opus eſt facto : ideò verba non ſufficiunt,vt not.Bart. in l.
prætor ait.§. ſi quis paratus. de ope. no. nun. ſed cum dico
[ volo te in meam vxorem. ] & illa reſpondet [ & ego te
in meum virum ] tunc quia matrimonium ſolo cōſenſu per
ficitur,vt ꝫ.eo.c.cum locum.meritò, vtriuſque voluntate in
vnum concurrente,matrimonium eſt contractum. & adde
ad prædicta quod no.in l.q ſe patris.C.vnde lib.& l. 2 .C.de
iuris,& fac. igno. & quæ dicta ſunt de verbo [ volo ] idem
intellige de verbo [ placet ] quia pro eodem promiſcuè
hic vtuntur Doc. vt patet in nouella. & prædicta eſt diſtin-
ctio Bar.in l.ſerui electione. de qua etiam per eum in d. l.
1 .C.de ſumma tri.¶Vlterius gl.vlti. ingreditur materiam,
8 † cum verba alicuius diſpoſitionis ſunt obſcura [b] : ad quē
b pertineat ipſa declarare.& tangit hoc per duo membra:
quia aut talis dubitatio verſatur in iudiciis: aut in contra-
ctibus.proſequamur ergo in iudiciis quid iuris.glo.leuiter
pertranſit.tu latius dic,quòd regulariter ambigua petitiō,
ſiue exc.interpretatur ſecundùm proferentem , vt l. ſi quis
intentione.ff.de iudi. & hoc quando contingit ambiguitas
ſuper verbis prolatis ab eorum altero.ſi verò contingit du
bietas circa aliud, quàm circa verba : tunc recurre ad di-
ctam gloſſ.& Docto.quia aut loquimur de his , quæ perti-
nent ad litis ordinationem:& tunc ſi actor inſtat,& perſe-
quitur:& fauemus actori,vt l.de die.ff.qui ſatiſ.cog.Si verò
actor nō inſtat:& fauemus reo,vt l.ſi ea.C.qui accu.nō poſ.
Aut loquimur in his,quæ pertinent ad litis deciſionem , &

fit interpretatio pro liberatione, vt l. Arrianus. de act.&
9 ob.¶ Secundò quæro.† quid in dicto teſtis ambiguo,cõtra quẽ debeat interpretari.& quid in dicto ambiguo procuratoris, vel domini, qui deceſſit:an hæres eius poterit declarare?dicit Bar.ſic.quando in iudicio oritur dubitatio ſuper verbis,diſtingue.quia aut ſunt prolata ab vno ex litigatoribus : aut ab alio.primo caſu, quando ab vno ex his, ſemper fit interpretatio ſecundùm declarationem , per d. l.ſi quis intentione ambigua . ſiue ſit actor , ſiue reus,vt in reg.contra eum.de re.iur. lib. 6. per Dy. quandoque ſunt prolata ab alio, non ab ipſis litigatoribus , vt in teſte : vel defunctus eſt,qui illa verba protulit obſcura: & tunc , aut vis facere interpretationem cauſa vitandi aliquam contrarietatem:& tunc poteſt fieri interpretatio,& debet , vt contrarietas euitetur,vt c.cum tu fili.ſ.de teſti.& quod ibi dixi de hoc : aut non vis facere cauſa vitandi contrarietatem, ſed vt proſit aliis,vel propter aliquam cauſam:& tũc iudex ex officio poſſet repetere teſtem , vt declaret dictũ ſuum,vt c. cum clamor.de teſti. ſi autem declaratum non fuerit,debet interpretari contra producentem, vt in c. in præſentia.de proba.& in Auth.de teſt.§.quia verò. ver.illud tamen.& ibi no.in glo.& in Spe.de teſte.§. 1. ver. quia quod obſcurè.hæres autem declarare nõ poſſet verba ambigua actoris ſui prolata in iudicijs,vt in glo.no.in l.Pomponius ſcribit ſi frumentum.ff.de rei ven.in fi.& l.inter ſtipu.§.Stichum.de ver.obli.& idem in procuratore:vt verba ambigua prolata à dño non poſſit declarare:nec ecõuerſo dñs verba ambigua procuratoris ; quia iſta declaratio eſt perſonaliſſima, vt not.Bart.in d.§.ſi Stichum. Sed hoc non videtur bene dictum : quia habeo caſum,quòd ſi dñs non declarauit voluntatem ſuam,quem vellet ex ſeruis,vel rebus alijs ſibi legatis : poterit hæres eius eligendo declarare,vt l.ſi ſtipulatus fuerim.de verb.oblig. Item põt quis eligere per procuratorem,vt l.ſi is qui Stichum.de procu. facit l.ſi quis à filio.§.ſi plures.de le. 1.ſo. aliud in iure eligendi . aliud in declaratione dubiæ voluntatis . rationem differentiæ reddit Bar.in d.§.ſi Stichum. ¶ Iterum oppo. & videtur , quòd ad proferentem non pertineat declaratio voluntatis dubiæ , vt c.in preſentia.de proba. ibi enim verbum [ minor annis ] fuit prolatum à parte : & tamen cõtra ipſum fit interpretatio.ſo.no.ex eo,quòd declaratio fieri non debuerit à proferente:ſed ex eo , quòd obſcurè, vt deduxit,probauit,fit interpretatio contra eum, non ex defectu potentiæ declarandi , ſed ex defectu intentionis ambiguæ non probatæ: licèt enim poſſit pars dicere ſe ſic intellexiſſe : tamen non ſequitur. ergo ſic intellexit teſtis. vnde intentio ambigua , quatenus venit probanda , debet probari explicitè,& litatè,& in hoc ,pderit actori;qa explicitũ,& clarũ dictũ teſtis poterit declarare,& dicere [ poſitionem meam implicitam declaro . prout teſtes explicitè teſtificati ſunt.] ſi aũt dictũ teſtis ſit ambiguum,vt poſitio, tunc non releuat probantem ratione prædicta,vt di
10 cto c.in præſentia.¶ Circa hoc quæro. † ſi circa idem intentio actoris eſt ambigua,& reſponſio rei ambigua.exẽplum. actor dicit rem ad ſe pertinere:reus dicit,quòd credit ad eum pertinere:intelligitur ne ſecũdùm intentionem actoris,ſeu rei?dic , quòd quando intentio actoris eſt clara , & limitata:tunc ambigua reſponſio rei intelligitur ſecundùm intentionem actoris:vt videatur ad interrogata reſpondiſſe , vt l. ſi fideiuſſor. §. primo. de inter. ac. ſed quando intentio actoris eſt ambigua : ipſa poteſt interpretari,prout vult,vt d.l.ſi quis intentione.non tamen videbitur confeſſata intentio actoris ſecundùm intẽtionem eius,vt no.Barto.in dicta. l. ſi quis intẽtione.ad quod vide quod ipſe no.in dicto.§.ſi Stichum.circa prin.& quod ipſe no.in l.ſtipulatio iſta.§.in ſtipulationibus.ff. de verbo.ob. vbi no.an poſſit ille,qui obſcurè locutus eſt,cogi ad declarandum. de quo etiam per eũ in dicta l. ſi quis intentione. & prædicta ſufficiant,quando verſatur obſcuritas in iudicijs.In contractibus verò, vltimis voluntatibus , ſententijs priuilegijs,& alijs diſpoſitionibus longum eſſet explicare. in contractibus dic,vt in glo.& l.veteribus.ff.de pac. & in reg.contra eum.de regu.iur.lib.6.In ſententijs dic,vt l. ab executore.ff.de appel.In priuilegijs dic,vt in c.cum veniſſent.de iud.In ſtatutis dic,vt p Bar.in l.oẽs populi.de iuſtitia,& iure.In vltimis volũtatibus dic,vt notat Azo.in ſumma de rebus dubijs.& his omnibus iunctis ſimul, & extenſis,poſſes iſtud c.ſolemniter cõmẽtare.In maleficijs dic, vt l.ſi præſes.de pœn.& l.interpretatione.

ADDITIONES.

a ¶ Verba derogatoria reddunt actum,qui ſequitur,inefficacem.Adde Bal.in l.clari. verſ. no. quòd verba. C. de fideicom.

b ¶ Quando verba proferuntur obſcura : per quem debeant declarari.vide hic no.Adde Doct.in c.ſi de bene ficio.de conceſſ.præben. & non declarata non operantur.Bal.in l.potuit.6.q.in fi.C.de iure delibe.

SVMMAE.

1 *Nullus de conſanguinitatem poteſt ducere ſponſam de præſenti ſui conſanguinei.*
2 *Conſanguinei vſque ad quem gradum dicantur interdicti ducere deſponſatam conſanguineo.*
3 *Cõſanguinei, ſpurij, & alij illegitimè nati,an intelligãtur ſub iſta prohibitione publicæ honeſtatis.*

1 SPonſam. No.regulam , † quòd nullus de conſanguinitate poteſt ducere ſponſam ſui conſanguinei. & intellige ſponſam de pſenti,& de futuro. quod patet hic,dũ dicitur [ nubili ætati proxima ] cum tali enim non poſſunt eſſe ſponſalia de præſenti.& in hoc dicit Petrus,ꝙ multi errant,qui contrahunt cum ſponſis ſuorum conſanguineorum de futuro.& vide quod dixi de iſto impedimento.ſ.eo.c.ad audiẽtiam.¶ Quærit Ioan.An.te x.interdicit omnibus conſan-
2 guineis ducere hanc conſanguineo deſponſatam.† quæro vſque ad quem gradum.dicit,ꝙ vſque ad quartum.de cõ
3 ſan.& affi.c.non debet. Ego quæro,† vtrum ſub iſta prohibitione publicæ honeſtatis veniant conſanguinei,ſpurij, & alij illegitimè nati.videtur ꝙ non:quia illud non eſt impedimentum proueniens à natura,ſiue iure naturali,ſed à iure merè poſitiuo, vt dixi. ſ. eo. c. iuuenis.de iure autem poſitiuo iſti non ſunt filij nuncupandi,& ſunt legibus odioſi,vt in Auth.ex cõplexu.C.de ince.nup.ar. cõtra,de l.adoptiuis.ff.de ritu nup.§. ſeruiles. vbi tex.dicit [ in contrahendis matrimonijs naturale ius , & pudor inſpiciendus eſt ] & de iſtis filijs ſpurijs,& baſtardis vide quod dixi. ſ. de teſtamẽtis.in c.Raynaldus. & de proba.c.in præſentia.

SVMMAE.

1 *Matrimonium de præſenti inducitur per verba præteriti imperfecti.*
2 *Vxorem non eſt licitum dimittere, niſi ex cauſa fornicationis carnalis,ſiue ſpiritualis.*
3 *Adulter poteſt repeti per vxorem non adulteram.*
4 *Maritus tenetur ſibi reconciliare vxorem adulteram: non tamen nimis frequenter.*
5 *Vir ſi dicat [ promitto tibi,quòd ducam te in vxorem, & de cætero tenebo te , vt vxorem ] deinde contrahit cum ſecunda per verba de præſenti : cui adhærebit , quòd ſecundæ.*
*Quid ſi dicat [ promitto, quòd ſemper habebo te,& tractabo,vt vxorem ] vel [ ſemper prouidebo tibi, vt vxori ] nu.6.*
*Quid ſi dicat [ promitto, quòd non dimittam te pro meliori,vel peiori ] nu.7.*
8 *Teſtes an debeant eſſe rogati in matrimonijs.*



EX parte. Si vir,& mulier ſibi promittunt,quòd ab eo tempore ſe habebunt pro legitimis coniugibus : inter eos matrimonium eſt cõtractum. In prima ponit caſum narratum.In ſecunda diffiniendum committit.¶Not.primò , ꝙ quandoque in matrimonio contrahendo interuenit iuramentum.& in quolibet contractu eſt magnæ efficaciæ, & producit plures effectus.circa quod vide quod no. ſ.de iu. iuran.c.cũ contingat.ſ.de præb.c.dilecto.per Inn.& Doc.
1 ¶Secundò no.quòd † per verba præteriti imperfecti inducitur matrimonium de præſenti, vt per verbum,teneret,haberet,ſeruaret,&c.ſed hoc ideò,quia ipſis adiicitur verbũ, quod ſignificat præſens tempus, dum dicit [ ab eo tempore ] &c.Idem ſi diceret [ ex nunc tenebo te pro vxore mea ]
2 &c.quæ ſit ratio,dicam.j.¶ Tertiò no. † quòd non niſi ex cauſa fornicationis eſt licitum vxorem dimittere.& intellige fornicationis carnalis,& ſpiritualis.32.q.1. c. dixit. 28.
3 q.1.c.idolatria.¶Quartò no.† ꝙ adulter poteſt repeti per vxorem non adulteram:ipſa autem inuita eum recipere nõ
4 cogetur.32.q.1.c.de benedicto.¶ Quintò no. † quòd maritus tenetur reconciliare ſibi vxorem adulteram : non tamen nimis frequẽter.quod dic,vt j.de adul.c.ſi vir. ¶Op. hic Papa matrimonium ſecundum mandat ſeparari.Sed cõtra , quia cum prima non fuerunt contracta ſponſalia de præſenti:quia quæ contrahuntur per verba de præſenti,puta [ accipio te ] &c.vt j.eo.c.pen.& de ſpon.du.c.licèt Papa:& iſta verba [ Iurauit ſe habiturũ, &c. & illa [ pro coniuge tenere.] ſonant in futurum:ſicut illa [ tenebo,ducam ] &c.ar.j.de condi. ap.c.ſuper eo.ergo videtur, quòd ſecundum matrimonium tenuerit,& per ipſum ſoluantur prima ſponſalia de futuro,vt j.eo.c.pe.ſo.quandoque verbis futuri temporis aliqua dictio adijcitur , quæ ſignificat præſens tempus,puta [ ad hoc tenebo te,vt vxorem, & fidem ſeruabo.] & tunc illa verba futuri temporis intelliguntur ſecundùm ſignificationem præcedentium , quæ ſapiunt præſens tempus.facit ad hoc l.3.ff.de condi.& demon. quandoque verba futuri temporis ponuntur in ſpõſalibus ſimpliciter : puta [ habebo , vel tenebo te pro vxore mea ] & tunc ſa-
5 piunt ſponſalia de futuro.j.de cõdi.ap.c.ſuper eo.¶ † Quid ſi dicatur [ promitto tibi,quòd ducam te in vxorem , & de cetero tenebo te,vt vxorem. ] deinde contrahit cum ſecunda per verba de præſenti : cui adherebit ? dic quòd ſecundæ;quia illud verbum [ de cetero ] &c. recipit intellectum à verbis præcedentibus:quæ fuerunt de futuro.ar.ff.de ver.
6 obli.l.Titia.§. 1. † Quid ergo ſi dicatur [ promitto , quòd ſemper habebo te,& tractabo vt vxorem: vel ſemper prouidebo tibi,vt vxori.] dicit Io. And.ꝙ in aptis perſonis ad matrimonium iudicabit ſemper in dubio pro matrimonio,
7 ar.ſ.c.ex literis.& j.qui ma.ac.poſ.c. videtur. † Idem dicit ſi dicatur [ promitto , quòd non dimittam te pro meliori , vel peiori ] nam in talibus,& ſimilibus dubiis pro matrimonio iudicamus.de re iu.c.fin.Non enim eſt uis in verbis;ex quo de mente,& conſenſu conſtat.ſ.eo.c.ex literis. Et iſta diuerſorum diuerſitas , an ſcilicet concipiantur per verba præſentis temporis,vel futuri,habet locum in ſponſalibus . In ſtipulationibus autem ſemper debet cõcipi in futurum, puta [ promitto , quòd dabo tibi centum ] nec valeret ſtipulatio,ſi diceretur [ promitto,ꝙ do tibi centum ] vt not. in l.ſtipulationum.§.ſtiplõ.ff.de ver.ob.vbi per Bar.plenius. quandoque verba futuri temporis trahuntur ad præſens . quandoque econuerſo præſentis ad futurum, vt l.ſi quis id, quod.de iuriſ.omn.iud.& l.ſi ita.de auro,& ar.leg.vbi plenè per Bar.verba autem infinitiui modi ſunt apta comprehendere omne tempus,vt no.in d.l.ſtip.§.ſtip. Quid dices de illa forma [ promitto,quòd non habebo aliam vxorem,niſi te ] vide plenè in Spec.e.tit.in prin.& l.ſi eum.in fi.ff.ſi quis cau.& l.actione.C.de tranſac.& c.pactum.de reg.iur.lib.6.
8 per Dy.de iſta dictione, niſi.¶ Quærit Io.And. † vtrùm in matrimonijs teſtes debeant eſſe rogati.Ala.quòd non.quia iſtud non reperitur in iure cautum.4.q. 3. ad fin.de hoc. 3. q.8.c.ſi debitum.alias §. de his.& 30.q.5. c.noſtrates. & in Spec.de teſte.§. 1.pen.col.ver.item quod non fuit.& an præſumantur rogati,ibi no.

SVMMAE.

1 *Factum alienum quis promittere quandoque poteſt.*
2 *Impuberes iurantes contrahere,conſentiente patre , ex tali promiſſione obligantur efficaciter.*
3 *Iuranti periculoſum eſt venire contra ſuam promiſſionem.*
4 *Contrahere promittens per verba de futuro, poteſt compelli præciſè, vt contrahat de præſenti : niſi ex cauſa rationabili excuſetur.*
5 *Iuramentum impuberis de teſtimonio perhibendo nõ tenet:ſecus de matrimonio contrahendo.*
6 *Iurauit quidam accipere vnam de filiabus Titij in vxorem : poſtea dormiuit cum vna illarum : an compelli debeat ipſam accipere, cum aliam ducere non poſſit .*
*Quid ſi præſentibus quattuor,vel pluribus ſororibus ita dico [ iuro , quòd accipiam vnam de vobis in meam vxorem ] illæ autem reſpondent [ placet ] deinde vnã cognoſcit:an ſit matrimonium.nu.7.*
*Quid ſi iuraui vnam ducere in vxorem , quæ non fuit præſens , & poſtea ratum habuit:an ſint ſponſalia. num.8.*

EX literis. Qui iurauit contrahere : ſi non ſubeſt impedimentum, per cenſuram eccleſiaſticam contrahere compelletur.& duo facit.primò ponit caſum narratum. ſecundò diffiniendum committit,ibi [ quia igitur. ] ¶ Not. primò
1 promiſerunt hic , quòd filii contraherent . † & ſic factum alienum videtur,quòd quis poſſit promittere.de quo in gl. 1.quæ hic tangit in promiſſione,quam facit extraneus:ſed de illa,quam facit pater,qui cenſetur eadem perſona cum filio,an obliget filium.dic,quòd non,in caſu iſto, ſcilicet ad matrimonium contrahendum:in quo requiritur conſenſus contrahentium, non aliorum:quorum auctoritas fortè eſſet in alijs actibus neceſſaria:quia matrimonia non ſunt in adminiſtratione patrimonij,vt l.in copulandis.C.de nup.de honeſtate tamen requiritur conſenſus patris in matrimonio.27.q.2.c.ſufficiat.facit.ſ.de reſti.ſpo.c.ex parte.¶Secũdò no.† quòd iſti impuberes iurauerunt,conſentiente patre,contrahere:& ex tali promiſſione obligantur efficaciter,vt apparet hic.quod intelligunt quidam, ſi talem promiſſionem habuerunt ratam poſt pubertatem : tunc enim ſi recuſarent, cogi non poſſent. j.c. 1. acceſsit. cum alijs ſequentibus.ſed dicit Ioan. And. quòd etiam ſi non haberẽt ratam promiſſionem poſt pubertatem , deberent propter iuramentum cogi,vt ſ.de iureiur. c. ſi verò. ¶ Tertiò not.

† quòd

2 † ꝙ iſti impuberes iurauerunt,conſentiente patre,contra-
here:& ex tali promiſsione obligantur efficaciter,vt appa-
ret hic. quod intelligunt quidã, ſi talem promiſsionem ha
buerunt ratam poſt pubertatem:tunc enim , ſi recuſarent,
cogi non poſſent.j̃.c.1.acceſsit.cum alijs ſequentibus . ſed
dicit Ioã.An.ꝙ etiã ſi non haberent ratam promiſsionem
poſt pubertatem, deberent propter iuramentum cogi, vt
3 s̃.de iureiu.c.ſi verò.¶ Tertiò no. † ꝙ periculoſum eſt iu-
ranti venire contra ſuam promiſsionem . Incurrit enim ex
hoc perpetuam infamiam.s̃.de teſti.c. teſti.nam etiã ſi du-
bitetur,an iuramentum ſit licitum:non debet iurans con-
4 trauenire.de quo.s̃.de elec.c. ven. ¶ Quartò no.† ꝙ ille,
qui promittit contrahere per verba de futuro, poteſt com
pelli præciſè,vt contrahat de præſenti:niſi ex cauſa ratio-
nabili excuſetur.cauſæ autem ſunt plures:quas Ho. per ver
ſus colligit hoc modo.

*Crimen,diſſenſus,fuga,tempus,& ordo.*
*Morbus & affinis,vox publica cunque reclamant.*
*Quodlibet iſtorum ſponſalia ſoluit eorum.*

Ioan.An.remittit ad ſummam huius libri.in prin. ¶ Op.di
citur hic,quòd patres cum iuramento promiſerunt , ꝙ fi-
lij contraherent:ſed contra,factum alienũ promittere quis
non poteſt,vt l.ſtipulatio iſta.de ver. ob.hic autem dicitur
contrarium:& quod peius,eſt recipere iuramentum ſuper
facto tertij , contra l. Marcellus.§. 1. rerum amo. ſo. vt in
glo.1.ꝙ ex iſta promiſsione patres non ſimpliciter obligã
tur ad factum alienum:ſed debent facere, & curare , ꝙ filij
obſeruabunt promiſſa ab eis.ad hoc l.inter ſtip. in prin.de
ver.ob.& per hoc dicit Ioan.And.ꝙ ſi patres feciſſent cum
filijs iuxta poſſe,vt cõſentirent:& facere nollent, nõ eſſent
periuri,nec tenerentur ad pœnam, cum non ſtaret per eos
ſecundùm Vin.j̃.e.c.gẽma.& no.j̃. e. c. ſicut. & vide quod
de hoc no.3.q.2.c.vno.& 43.di.c.tibi domino.& 91. di. c.
primo. & prædicta habent locum , quando quis promittit
ſimpliciter factum alienum.ſi autẽ nõ promittit:an tenea-
tur de facto alieno,no.in d.l.ſtipulatio iſta.in prin.vbi Bar.
ſic diſtinguit:cum quæritur ex cuius facto ſtipulatio com-
a mittatur.[a] aut quis promiſit de ſe tantùm: & committitur.
ex facto ſuo,& ſucceſſorum,vt prealle. l. ver.& ſi ſequitur.
de facto verò extranei non tenetur , niſi præcederet contra
ctus:de cuius natura pro facto extranei teneretur,vt l.em-
ptorem.§.ſi quis.de ac. emp. aut quis de extraneo ꝓmiſit.
& tunc aut promiſit ſe facturum,ꝙ alius &c.& tunc com-
mittitur,vt l.quoties quis.de ver.ob.aut non promiſit quis
ſe facturum,vel curaturum:& tũc aut præcedit contractus,
de cuius natura tenetur de facto ſuorum,& extranei, vt d.
l.emptorem. aut non præcedit talis contractus:& non tene
tur,vt d.l.ſtipulatio iſta.ver. ſi quis.prealle. Sed ſi eſt pœna
lis ſtipulatio interpoſita:tunc metu pœnæ tenebitur de fa-
cto alterius.in d.l.ſtipulatio.verſi.ac ſi quis.Si verò ſtipula-
tio fuit concepta ſimpliciter : & tunc aut præcedit contra-
ctus , de cuius natura tenetur ad factum alienum : & tene-
bitur de facto extranei , vt l. inter ſtip. in princ. de verbo.
oblig.aut talis contractus non præceſsit : & non tenetur,ni
ſi de facto ſuo,& ſucceſſorum ſuorum, quos potuit prohi-
bere,vt d.l.ſtipulatio iſta.ver.ſed quatenus. & prædicta lo-
cum habent,cum quæritur: an quis teneatur ex facto alie-
no promiſſo,vel non promiſſo. eſt & alia materia : vtrùm
quis poſsit alteri ſtipulari, ſicut hic, etiam quæri poteſt: an
ex promiſsione facta plurib. poſsint eorũ filij agere. & idẽ,
ſi exneus extraneo abſenti ſtipulatur. dic, vt d.l. ſtiplõ iſta
§.alteri.¶ Secundò op.hic. pueri iurauerunt, & ex eo obli-
gantur.contra. 22. q. 5. c. paruuli. non enim plenè intelli-
git iſta ætas, quid agat,vt l.1.C.de fal.mo.& l. pupillus. de
acq.hæred.ergo non videtur iuramentum tenere , cum ca-
reat iudicio:quod eſt vnum de tribus comitibus iuramen-
ti,vt eadem cauſa.& q.2.c.animaduertendum.ſol.dicit glo.
5 à te.† iuramentum impuberis non tenet, cum de teſtimo-
nio perhibendo quæritur : ſecus ſi de matrimonio contra-
hendo.quid ſi quæritur de contractu ineundo.dic,vt Auth.
ſacramenta puberum.C.ſi aduer. vendi. & vide l. ſi quis in
graui.§.ſed tamen.ff.ad Silleia. vbi de teſtimonio impube-
ris.¶ Tertiò op. & videtur , quòd iſte non debeat præciſè
cogi,vt j̃.eo. c. præterea. vbi quis non præciſè compellitur
contrahere:ſed moneri debet,vt ibi patet.ſol.glo.fin. ponit
primò duas ſo.quas impugnat:& reſidet,quòd de iure com
muni compelli debet:quia Eccleſia monebit eũ, vt contra-
hat:quod ſi non faciat,excommunicabit eum. ſi tamen vi-
debit non proficere, abſoluet eum , ſecundùm Ioan. And.
poſt Hu.& aduerte , qa iſta materia,an quis poſsit præciſè
compelli facere, quod promiſit , verſatur in multis caſibus
alijs,quàm in cõtractu matrimonij: puta promiſit ſcriptor
ſcribere librum: vel tradere fundum,vel ædificare inſulam:
ſi recuſat:an poſsit præciſè cogi ad factum : vel liberetur,
præſtando intereſſe.difficilis,& prolixa materia eſt:de qua
per Bar.plenè in l.ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus.
de ver.obl.¶ Quærit hic gl.de vna quæſtione diſputabili.
6 † pone quidã iurauit accipere vnã de filiabus Titij in vxo
rem:poſtmodum dormiuit cum vna illarum:quæritur , an
compelli debeat ipſam accipere,cum aliam ducere nõ poſ
ſit.dicit quidam,quòd non:& hæc eſt opin.Vin. & Phi. qui
dicunt eum præciſè non compellendum : & pœnitentiam
ſibi debere imponi de periurio:quia per eum ſtat, ar.s̃. eo.
c.de illis.alii dicunt,quòd debet compelli. quod tenẽt Lau.
& Gof.ſicut enim ſponſalia conditionalia per aduentũ con
ditionis purificantur,vt j̃.de condi.ap.c.de illis.c. ſuper eo.
& c.per tuas.Ita & iſta incertitudine à principio poſtea de-
clarata per carnalem copulam alterius earundem, tranſire
facit in matrimonium de præſenti.glo.tenet hic, quòd non
cogatur iſte vigore ſponſaliorum:ſed propter iuramẽtum .
& hanc opin. ſequitur Hoſt. Sed cum ſupra dixerim, quòd
propter iuramentum iurans præciſè non compellitur : er-
go patet , quòd illa carnalis copula non firmauit incom-
mutabiliter illa ſponſalia.Sed contra.j̃.eo.c.is qui. ſolu. ibi
loquitur , cum ſponſalia fuerunt contracta de futuro , vel
etiam ſub conditione , quæ carnali copula præciſè confir-
mantur:ſed hic nulla ſponſalia præceſſerunt : nam ſi cum
omnibus fuiſſent contracta ſpõſalia,mutuò ſe impedirent :
quia ſi alia fuiſſent ſponſalia:iſtam eius ſororem non poſſet
ducere:nec etiam econuerſo.vt s̃.c. ad audientiam. & per il
la etiam dicit Hoſti.quòd ſi quis iuraret ducere vnã de om
nibus mulieribus mundi,vel certi loci:aliquam cognoſcen-
do,non videtur illam elegiſſe:quia poteſt aliam eligere:nec
deierat:imò iuramentum obſeruat,cum alia contrahendo:
licèt æquius faceret,ſi cum illa cõtraheret:licèt non tutius,
propter bigamiam:de quo.s̃. de cleri.coniu. c. ſanè.c.1.eſt
etiam ratio:quia conſenſus meus ſolus,etiam accedente co
pula maritali,effectu non facit matrimonium: niſi illa con-
ſentiat. vnde quia in illa , & quæſtione p̃cedenti conſenſus
mulieris nòn interceſsit:ideò ſolo alterius conſenſu matri-
monium non eſt contractum.quid ergo dices, ſi præſenti-
7 bus quatuor,vel pluribus ſororibus ita dico. [ † iuro,quòd
accipiam vnam de vobis in meam vxorem.] illæ autem re-
ſpondent [ placet. ] deinde vnam cognoſcit : an ſit matri-
monium.videtur,quòd non , quia hanc copulam non præ-
ceſſerunt ſponſalia:quod eſt opus.vt j̃.c.is quidem.incerta
enim fuerunt illa:nec magis cum iſta cognita , quàm cum
alijs firmata.contrarium tenet Ioan.And.hic enim fuerunt
contracta ſponſalia cum omnibus:ſed cum vna ex eis,licèt
incerta : quæ incertitudo per electionem alterius declara-
tur:ſicut dixi de ſponſalibus conditionalibus , quæ purifi-
ſo



cãtur per carnalem copulam.j̃.de condi.appo.c.de illis.ip-
ſo enim facto,cum vtrique eſſet nota conuentio : videntur
matrimonium contraxiſſe.ff.de legi. l.de quib.& de ap.c. di
lecti.& ſoluitur ſecundùm Ioan. And. iſta quæſtio per id ,
quod leg.& not.j̃.de diuor.c.gaudemus. §. ſi verò pagani.
carnalis enim copula ſubſequens referenda eſt ad ſponſa-
lia,quæ præcedunt:ſicut vſus poſſeſsionis ad terminũ præ-
cedẽtem,vt l.quædam mulier.de rei ven.ſecus credo,ſi iſte
abſentibus illis ſororibus iuraſſet ducere vnam ex illis. ſi
enim poſtea aliquam ex eis de hoc inſciam cognouiſſet :
non eſſent contracta ſpõſalia,ſiue matrimonium: quod exi
git duorum conſenſum,vt dixi.s̃. in 2. q. ¶ Vltimò quærit
8 Io.And.† ſi iurauit ducere vnã in vxorem,quæ nõ fuit pñs :
& poſtea ratum habuit : an ſint ſponſalia. dicit Ioan. And.
ꝙ ſic:adeò ꝙ ſi poſtea ſequitur copula , matrimonium eſt
præſumptum.de conuer.coniu.c.ex parte.de iureiu.c.quẽ-
admodum.hoc,quod dicit de præſumpto matrimonio,ve-
rũ credo in prædicto caſu:ſed in eo, quod dicit,ꝙ ratifica-
tio talis faciat matrimonium:magis dubito, quia iſte con-
ſenſus videtur accommodandus in præſenti,non ex inter-
uallo.ſi enim hodie dicerẽ mulieri [ ego accipio te in meã
vxorem ] & illa poſt triduum reſponderet [ & ego accipio
te in meum virum ] non credo eſſe matrimonium,ar.l.non
erit.& l.ſe.ff.de iureiu.niſi fortè ratione iuramenti aliud di
ceres:quia ex eo quæritur abſenti,ſicut per nunciũ,& epi-
ſtolam.vt no. 1.q.7.c.quoties cordis oculus.

ADDITIO

a ¶ Stipulatio committatur. Vide in l.ſtipulatio iſta.§ al-
teri.de ver.obl.& in Spe. de arbi.§.ſequitur.verſi.ſed po
ne.Bald.& Rapha.in l.illud.in 2.q.C.de ſac.ſan. ec. Ra-
pha.Cu.in prealleg.§.alteri.glo. 1.q. 7.c.quoties cordis
oculus.vide Floria.in l.ſi quis donaturus.de vſuf.

*SVMMAE.*

1 *Vxores filiorum non debent eſſe penes patrem : ſed filios ſequi.*
2 *Do debet eſſe penes habitantem cum vxore ſcorſum à patre.*
3 *Diſcordia poteſt quandoque eſſe inter patrem & filium.*
4 *Maritus poteſt petere vxorem ſuam, quæ ab alio detinetur. & qua actione.*
5 *Prouincia appellatur territorium cuiuſlibet prælati.*
6 *Pœna noua deambulatoria de loco ad locum.*
7 *Propter delictum domini ſubijcitur eius terra , & prouincia interdicto.*
8 *Baptiſmata paruulorum , & pœnitentiæ morientium excipiuntur à generali interdicto loci.rationem red dit nu.12.*
9 *Cauſa matrimonialis quomodocunque deducatur tractanda eſt coram iudice eccleſiaſtico.*
10 *Prohibitum ad tempus , poſt tempus videtur eſſe permiſſum.*
11 *Suſpenſione durante, an poſſint clerici celebrare ſumiſſa voce, ianuis clauſis.*
13 *Matrimonium an poſſit contrahi apud interdictos.*

NOn eſt vobis. Compellitur pa
ter p̃ cẽſurã ec-
cleſiaſticam reſtituere filio vxorem eius , quã
detinet.& narrat caſum:cui ſecundò prouidet,ibi [ nos ita
que, ] primò per monitionem.ſecũdò per pœnam. ¶ No.
1 primò,† quòd vxores filiorum non debent eſſe penes pa-
trem:ſed filios ſequi;quia non ſunt in adminiſtratione pa-
trimonij,vt l.in copulãdis.C.de nup. bona enim filij debẽt
eſſe penes patrem quò ad adminiſtrationem , & vſumfru.
2 vt C.de bo.quæ lib.l.cum non ſolùm. ¶ † Quid dices de do
te:an debeat eſſe penes habitantem cum vxore ſeorſum à
patre? no.Dyn.in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ff. ſol.
mat.& videtur tenere , quòd ſic:vt ſic ibi ſit dos , vbi ſunt
onera matrimonij,arg.j̃.de dona.inter vi.& vxo. c. pruden
3 tia.¶ Secundò no.† ꝙ inter patrem, & filium poteſt quan-
doque eſſe d.ſcordia:licet lex dicat, quòd lis nulla inter pa
trem,& filium eſſe poteſt,vt l.lis nulla. ff. de iudi. cenſetur
enim eadem perſona , vt l.vltima.C.de inſti.& ſubſt.dice-
4 mus.j̃.¶ Tertiò no.† ꝙ maritus poteſt petere vxorẽ ſuã a,
a quæ ab alio detinetur.qua autem actione dicit gl. 1. quòd
per interdictum de vxore exhibenda, ſi detinetur in vita :
ſecus ſi volens . Hoſtien. dicit , quòd ſiue inuita , ſiue vo-
lens detineatur,poteſt repeti quaſi poſſeſſorium:nec cura-
mus de ſpecie actionis.ad hoc.s̃.de iudi.dilecti.& vt lite nõ
cõteſta.c. accedens.& per Io.An. s̃. de reſti.ſpo.c.ex parte.
in glo. quaſi dicat. & quod etiam ipſe no. in Spe. qui ſi.ſint
legiti.ſuper verſi.competit.& de vxore,& alijs perſonis, in
quibus aliquis ius prætendit,quo iure petantur. dic, vt no.
ff.de rei ven.l.1.§.per hanc.& s̃.de conuer.infide.d. c.1.
¶ Quartò no. tex. ibi [ in quacunque prouinciarum ] &c.
coniũcta ſupraſcriptione,ex qua patet , ꝙ dirigitur archi-
5 epiſcopis,epiſcopis,& prælatis.† & ſic patet, quòd appel-
lat hic prouinciam territorium cuiuſlibet prælati. ſic ergo
poteſt ſumi prouincia.C. vbi de crimi. ag.oportet Authen.
qua in prouincia . de hoc tamen vide in ſumma de iuriſdi.
om.iud.§.quibus ex cauſis.ver. in quo autem loco. & ſe. &
Bar.etiam no.in extrauagan.ad reprimẽdam. §. ſi qui ſint
rebelles.vel dic,ſecundùm Io. An.ꝙ hoc nomen [ prouin-
ciarum ] reſpicit archiepiſcopum tantùm:quia quãdo de
lictum tangit prouinciam,eſt ad archiepiſcopum recurren
6 dum.s̃.de inſti.c.3.ſecundùm Hoſt.¶ Quintò nota † nouã
pœnam ambulatoriam de loco ad locum. concor. clem. ſi
quis ſuadente.§.terra quoque.& contingit iſte trãſitus pro
pter receptionem perſonæ contumacis , & rebellis . tales
enim non debent receptari. ſicut nec ſerui fugitiui,exban-
niti,& ſimiles odioſi legibus,vt l.quicunque.C. de ſeruis fu
7 gitiuis.& l.prima.ff.de recep.¶ Sextò not. † quòd propter
delictum domini ſubijcitur eius terra, & prouincia interdi
cto:& ſic odio alterius prægrauatur,contra l.ſi quis in ſuo.
C.de inoffi.teſt.& de pœnis.l.ſancimus. licèt ſpeciale eſt in
interdicto.dic tamen,vt no.j̃.de ſenten.excom.c.ſi ciuitas.
8 li.6.¶ Septimò no.† quòd à generali interdictò loci exci-
piuntur baptiſmata paruulorum,& pœnitentiæ morientiũ.
iſta enim duo ſacramenta excipiuntur de quolibet interdi
cto.rationem ſpecialitatis aſsignat glo. pen. de quo etiam
no.in dicto.§.ſed notandum. quem glo.allegat . & quod di
cit text.excipi penitentiam morientium,dic quòd etiam vi
uentium:quoniam nulli deneganda eſt pœnitentia.de pœ-
ni.& re.c.qđ quidem.& de pœn.di.vltima.c.vlt. & j̃.de ſen.
excom.c.vlt.lib.6. Chriſma etiam tempore interdicti con-
9 ficitur.j̃.de ſent. exc. c.rñſo. ¶ Octauò not. † quòd cauſa
matrimonij,etiam ſi ſit certum de matrimonio,curritur ad
Eccleſiam,etiam ſi illud , quòd merè in facto conſiſtat , in
cõtrouerſiã deducatur:puta reſtõ. de hoc etiã fortè poſſet
adiri iudex ſpiritualis , quando non eſt quæſtio ſuper iure
& ſpiritualitate:ſed ſup facto,iuxta theoricam,de qua dixi.
s̃.de or.cog.c.tuam.& Bar.in l.Titia.ff.ſo.mat. ¶ Op.dici-
tur hic, quòd erat quæſtio inter patrem & filios. contra d.
l.lis nulla.ff.de iudi.ſo.regulare eſt, quod dicitur in contra-
rio:quia filius non poteſt agere contra patrem:imò nec cõ
tra alium ſine patris conſenſu,vt l.cum non ſolùm.§.neceſ-
ſitatis.C.de bo.quę li.fallit in cauſa matrimonij,quod regu
latur iure naturali,& diuino,non poſitiuo.nec quod regu-
latur

latur iure naturali, & diuino, non poſitiuo. nec poteſt lex
poſitiua metas præfigere legi diuinæ, vt c.cum inferior. de
ma.& ob.ſecundùm Ioan.An. tu dic latius: nam quando-
que lis infertur à filio patri, & poteſt eſſe lis de omnib. ad
quæ facienda filio poteſt pater compelli iure actionis.pone
exemplum in caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi peculio. Item in
aduentitio hodie, in caſibus, in quibus patri non quæritur
vſusfructus: & ſic non eſt legitimus adminiſtrator. officio
iudicis, vt in petendis alimentis. Item vt dotet filiam, vt l.
qui liberos.de ritu nuptia.Item vt promittat dotem pro fi-
lio recipiente, vt no.Dy.in l. ſi cum dotem. §. tranſgredia-
mur.ff.ſol.ma.& in caſu huius. c. vbi officio iudicis proui-
detur filio contra patrem:& iſtis caſibus, & ſimilibus, in
quibus filij habent liberam perſonam,& exercitium admi-
niſtrationis reſidet penes eos, poſsint agere contra patres.
econuerſo autem, ſi lis infertur à patre filio: tunc in omni-
bus caſibus, in quibus pater iure patriæ poteſtatis non po
teſt ſibi ius dicere, conſiſtit iudicium, vt in caſtrenſi, vel
quaſi:& in aduentitijs, in quibus non habet vſumfructum.
Item ſi infertur quæſtio de filiatione: vel patria pote-
ſtate, vt not.in dicta l.lis nulla. Item ex cauſa ingratitu-
dinis. C. de ingra. li. l. prima. Item ſi vellet eum cogere,
vt emancipationem recipiat, ſecundùm ea, quę no.in l.qui-
dam cum filium.de verb.obli.& ſi qui ſunt caſus ſimiles: re
gulariter verò non poteſt, vt l.lis nulla.Inter ſeruum verò,
& dominum an poſsit eſſe iudicium. dic vt ff. de iudi. l. vix
certis.¶Secundò op. dicitur hic in text. [ quòd donec ibi
manſerint ] &c.& ſic innuit, quòd iſtud interdictum ſit tẽ-
porale:& ipſis inde recedentibus, celebrare poſsint.ſed cõ
tra.C.de his, qui no.infa.l.ad tempus.ſo.dicit gl. hic loqui-
10 tur de ſuſpenſione iuris ad tempus limitata: † & ideò pro-
hibitum ad tempus, poſt tempus videtur eſſe permiſſum:
ſicut quod de vno negatur, de alio conceditur, vt l. cum
prætor.ff.de iudi.& l.ſtatu liberum.§.1.de legatis. 2. elap-
ſo ergo tempore, ipſo iure, ſine abſolutione iſti ſic ſuſpenſi
celebrabunt:nec indigent abſolutione.de quo.j.de ma.cõ-
tra.c.vltimo.& hoc tenet Io. And. alia ratione. dicit enim,
quòd in primo c.terra non fuit interdicta:ſed organa ſuſpẽ
ſa ad tempus, ſm̃ Inn.qui ẽt dicit, ꝙ celebrantes ibi contra
iſtam prohibitionem eſſent irregulares:contrarium no. de
offic.ord. c. irrefragabili. circa quod vide quod no.Ioan.
And.de offic.or.c. ſi canonici. ſuper. 4. glo. ¶ Quærit glo.
11 † nunquid durãte iſta ſuſpẽſione, poterunt clerici celebra-
re ſubmiſſa voce, ianuis clauſis.dicit ꝙ nõ:niſi eccleſia eſſet
priuilegiata.de quo hodie dic, vt.j.de ſent.excom.c.vlti. li.
12 6.¶ Secundò quæro de ratione: † quare iſta duo ſacramẽ
ta ſunt magis permiſſa iſto tempore ſuſpenſionis, quã alia,
dicit glo.ideò quia ſunt neceſsitatis: ideò in neceſsitate, vt
dicit, poſſent recipi ab hæretico.alij vt Phi. contra. in pœ
nitentia.ne fortè nos in deſperationẽ inducant, ar.de pœn.
li.6. c.1.& de pœ.di.1.& pe.di.1.his poteſtatis.vbi de hoc.
13 ¶ Tertiò quærit Inn.† an matrimonium poſsit contrahi
apud interdictos.dicit ꝙ ſic, ſicut & apud infideles.26.diſ.
c.deinde.de preſ.nõ bap.c.veniens.& apud excommunica-
tos.de eo, qui du.in mat.c.ſignificaſti.Ho.tamẽ putat, quòd
ſolemnitates ſuſpendantur.de ſimo.c.capellanus.de ordine
dixit Inno.ꝙ laici de loco interdicto non poſſunt ad ordi-
nes promoueri:ſed qui clerici erant, nunquid ad vlteriores?
videtur, quòd ſic.j.de ſen.excom.c.quoniam.lib. 6. Bona.
hic contra.ſecundùm Io.An.

ADDITIO.

a ¶ Vxorem ſuam. Adde Cy.in l.ſi inuita.C.de.nup.Doc.
in l. 1. C.de rei ven.Inno.in c.ex parte.de reſti.ſpo.& in
quibus reſtituatur vxor viro, quam non petit, glo. in c.
1.vt li.non conte.c.gaudemus.de diuor.Spec.in tit.de pe
ti.& poſ.§.1.ver.ſed in caſibus.

*S V M M AE.*

1 *Diffamatio tertij impedit matrimonium inter duos con
trahi.*
2 *Vota canonicorum debent in electionibus exprimi in ſe
creto.*
3 *Dictum vnius impedit matrimonium contrahendum.*
4 *Argumentum tenue impedit matrimonium contrahen-
dum.ibidem.*
5 *Promiſsio de contrahendo, iuramento firmata non reſcin
ditur ad dictum vnius aſſerentis impedimentum.*

PRæterea. Dictum vnius aſſerentis impe
dimentum, impedit matrimo
nium contrahendum: ſi non interuenit iuramen-
tum.non diuiditur.¶Not. primò, † quòd diffamatio tertij
impedit matrimonium inter duos contrahi.contra iſtos au
1 tem diffamatores proditum eſt remedium, vt cogantur in-
fra certum terminum agere, vt l.diffamari.de inge.ma. & l.
Titia. ff. de accuſa. & hoc quando ex diffamatione ius ſibi
competere contendunt, quando non vendicant ſibi ius:ſed
aliter ex eorum infamia tertius damnum ſentit.& eſt caſus
hic, quòd impedit quandoque tertiam perſonam talis infa
matio, ne poſsit contrahere:& tunc credo, quòd poſſet age
re cõtra eum ad ſuum intereſſe, vt c.quàm ſit graue. de ex-
ceſ.præla.& quod no.Bar.in l.1.ff.vti poſ.¶Secundò not.ꝙ
propter alterius metum, & potentiã cõtingit, ꝙ aliquis cõ-
2 fitetur in ſecreto, qd̃ nõ audet in publico affirmare.†& hac
rõne vota canonicorum debent in electionib.exprimi in ſe
3 creto.s̃.de elec.c.quia pp. ¶ Tertiò not. † ꝙ dictum vnius
impedit matrimonium contrahendum. Gof.dicit, quòd te
nue ar. impedit matrimonium contrahendum: ſed vehe-
mens ſuſpicio dirimit iam contractum 32.q.1.c. dixit.ra-
tio eſt: quia in non contrahendo eſt vnum præiudicium:
quia ſi non poteſt cum vna, poteſt cum alia:ideò leuis pro
batio habetur in iſtis leuibus pro plena probatione, vt l.
theſaurus.ff.ad exhi.& s̃.de reſti. in inte.c. ex literis. & de
re iu.c.cum Bertoldus.in dirimendo verò magnum verſa-
tur præiudicium: ideò cautius agendum, vt c.vbi periculũ.
de ele ct.hinc dicimus, ꝙ multa impediunt, quæ non diri-
munt, vt patet in mutilatis, cæcis, morboſis, & ſimil.ad be-
neficia, & ordines non promouendis:& tamen ſi poſt pro-
motionem talia ſuperueniant, non remouebuntur, vt patet
4 de cle. ægro. per totum. ¶ Quartò no.† ꝙ promiſsio de
contrahendo, iuramento firmata non reſcinditur ad dictũ
vnius aſſerentis impedimentum.& hoc tenet hic glo.& In-
no.Hoſt. ſupp et ad tex.maximè ſecundùm quoſdam, pro
pter rationem, quæ remanet [ ne deterius inde contingat]
&c.poſſet enim contingere hoc modo:ꝙ ſi verum foret, qd̃
cõſanguinea aſſerit, illa cum eius conſanguineo poſtea cõ
trahendo, non erit vxor in perpetuum:nec copulati taliter
contra illius aſſertionem, deficiẽte alia probatione, vnq̃ po
terunt conualere:& ſic continget deterius, vt in tex.dicitur,
quod ergo vituperari põt, cauendum eſt. s̃. de ſeruis nõ or.
c.1.quia tamen hoc poſſet contingere in fraudẽ ad matri-
monium impediendum:ex eo fortè, ꝙ erat fœmina ditiſsi-
ma:ad quam ambo conſanguinei anhelabant:& vt vnus a-
lium impedit:ita fortè confixerit.conſulit Hoſt.ad obuian-
dum fraudi, ꝙ iudex cõſideret qualitatem teſtificantis per-
ſonæ:& an ſibi aliàs diſpliceat matrimonium, vel nõ,& vtrũ
ſit vilis perſona, vel grauis, & alias circunſtantias occur-
rentes.& ſecundùm hoc, an prohibeat matrimonium fie-
ri, aut concedat.j.eo.c.cum in tua.& de iureiur.c.fin.trahat
etiam iudex mulierem in ſecreto, & interroget de hoc fa-
cto, & præcipuè, an ſit virgo.& ſi dixerit, quòd ſic: faciat
eam



eam inſpici à matronis:& ſi ſic reperta fuerit, nõ adhibeat
illi talẽ fidem.iſta enim, & ſimilia debet iudex in iſtis, maxi
mè ſpiritualibus cauſis, inueſtigare ex officio:& ſibi relin-
quitur, quanta ſit fides teſtibus adhibẽda, vt l.3.ff. de teſti.
in vno ergo teſte debet iudex prædicta conſiderare:& non
ſimpliciter ad ipſius dictum, matrimonium impedire: ſe-
cus ſi eẽt fama impedimento.talis enim fama impediret cõ
tractum matrimonij. Item ſi interueniſſet promiſsio iura-
menro firmata. & in hoc maioris eſt efficaciæ fama, quàm
iuramentum, ſecundùm Tan.Phi.& Gof. & idem Ber. in c.
ſuper eo.de conſang. & affi.

*S V M M AE.*

1 *Matrimonium primum, quod eſt nullum, impedit ſe-
cundum.*
2 *Matrimonium ſecundùm per vim contractum poteſt
reſcindi.*
3 *Pater poteſt pro filio interuenire in cauſa matrimoniali.*
4 *Opponentes ſe executioni ſententiæ poſſunt compeſci à
moleſtia per cenſuram eccleſiaſticam.*
5 *Tertius ſe opponens quid operetur.*

VEniens. Si mulier inuita cum aliquo
contrahat:nec in eum poſtea
conſentiat:ſi alteri nubat, tenet matrimonium,
in prima factum. in ſecunda diffiniendum committit.ſecun
da ibi.[ mandamus.] ¶ No.primò, quòd hic fuerunt con-
tracta matrimonia tria per iſtam Mariotam:primum con-
traxit volens. ſecundum inuita, & coacta à parentibus.
tertium ſimiliter volens: cum quo cogitur remanere, ſi
primum non tenuit ratione conſanguinitatis, & ſecundum
morte viri ſeparatum fuit. in tertio igitur remanebit.
1 ¶Ex quo no.† quòd primum matrimonium, quod eſt nul
lũ, non impedit ſecundum, vt in regula non præſtat. & hoc
in glo.pen.& collige etiam, ꝙ licèt non teneat ſecunda ele-
ctio, non caſſata prima.s̃.de electio. c. conſiderauimus. ta-
men bene tenet ſecundum matrimonium, non caſſato pri-
mo:licèt enim diuertere non debuerit, licentia non obten-
ta:tamen contractum contra Eccleſiæ interdictum tenet.
j.de ma.contra. contrac. inter.c.1.& 2.non enim matrimo
nia, ſicut electiones, regulantur iure poſitiuo, maximè quò
ad diſſolutionem, vt patet ex not. s̃. de conuer. coniu. c.
ex publico.¶Secundò not. ꝙ iſta mulier, lite mota tamen
primo ſuper conſanguinitate primi, cum tertio contraxit:
quod fieri nõ debuit: quia litis pendentia impedit aliquid
innouari, vel in aliam perſonam rem litigioſam transferri,
vt s̃.vt lite pen.per totum.& eo.ti.c.1.li.6.Tertiò no. ꝙ iſta
debet remanere cum tertio, ſi ſecundus deceſsit. Idem ſi vi
2 ueret, poſtquam inuita cum eo contraxit, vt j.c.proxi.† po
teſt enim illud ſecundum per vim contractũ reſcindi: ergo
non impedit tertium.ſecus in electione, & beneficiorũ im-
petratione:vbi titulus coloratus nocet primæ collationi, &
impetrationi.j.de conceſ.præben. c. cum noſtris. & de ex-
ceſ.præ.l. c.inter dilectos.¶Quartò no.in ver.alioqui.ꝙ pa
ter iſtius T.oppoſuit, ꝙ filius nõ poterat: quia alius deſpon
ſauerat illam prius:& intellige per verba de præſenti; quia
aliàs deſponſatio de futuro non impediuiſſet.j.eod.c.inter
3 virũ.† Collige ẽt, ꝙ pater põt pro filio interuenire in cau-
ſa matrimoniali:ſimiliter ipſe filius ẽt ſine patris conſenſu,
vt s̃.de reſt.ſpo.c.ex parte.& de iudi.c.fi.lib. 6. non tñ talis
ſpũalitatis rõ tollit priuilegium agendi, & defendendi illum
in iudicio, quod certis perſonis eſt à iure cõceſſum, vt l.pa-
tri pro filio.ff.de minoribus.& l.ſed & hæc.de pcu.vñ pr̃, fra
ter, & ſimiles perſonæ, de quib.s̃.de reſcri.c.fi.potuerũt age
re pro coniuncta pſona in cauſis beneficialib. & ſpũalibus,
ſicut poſſunt literas impetrare, vt dicto c.fin. quod eſt not.
4 ¶Quintò no.† ꝙ illi, qui ſe opponunt executioni ſnĩæ, poſ-
ſunt compeſci à moleſtia per cẽſuram eccleſiaſticam. facit
s̃.de offi.dele.c.1.& hoc intellige, cũ iniuſtè ſe opponunt. ſi
autem iuſtè:an debeant andiri, tangit hic Inn.cuius appa-
ratum recita per vnam q.dicitur hic, ꝙ ſi illa, quam iſte T.
ſuperinduxit, opponit ſe cõtra executionem, debet excom
municari.pone ergo, ꝙ iſta ſuperinducta comparet coram
ordinario, vel delegato de cauſa cognoſcente.& dicit iſtum
T. eſſe virum ſuum: vel vult aſsiſtere liti motæ contra di-
ctum T.& probationes inducere cõtra dictam Mariotam:
vel vult impedire executionẽ ſententię ex eo, ꝙ ipſa ſit vxor
dicti T. & hoc vult probare:an poterit ſe taliter opponere?
ſo.dicit Inn.ꝙ dicta ſuperinducta poterit dicere illũ eſſe vi
rum ſuũ, & erit audienda corã delegato, & ordinario, etiã
qui non ſit aliàs iudex ſuus, arg. ff.de qui.re.appella.in ea.
per totum.Itẽ ſi pendente lite cum M.velit aſsiſtere, & di-
ctum T.defendere, tanquam virum ſuũ, debebit admitti, ar.
C.de liti.Auth.nũc ſi hæres.vnde ſi vir ille defeciſſet in pro-
batione alicuius articuli, poſsit iſta probare, maximè ſi hoc
ignorauit, vt s̃.de re iu.c.cũ ſuper.vbi plenè de hoc. aduer-
te tñ, ſm̃ eũ, ꝙ licèt poſsit aſsiſtere:non tñ eſt in proſecutio
ne cauſæ præferenda dicto T.tunc.n.ſolùm quis pfertur, cũ
primo loco ipſius cauſæ ad ipſum defenſio pertinet.ff.de re
iud.l.ſæpe.facit de procura.c.2.in fi.li.6.quid ergo dices, ſi
non aſtitit proceſſui:an ſnĩa lata contra T.poſſet iſta ſuper-
inducta appellare?dicit Inn.ꝙ ſic, vt s̃.de re iu.c.cũ ſuper.&
intra tpa appellandi non vr̃ dubiũ, ſed poſtquam via appel-
landi eſt præcluſa principali, vel per lapſum tpis appellan-
di? vel quia contumax manifeſtus:an poterit ille, cuius inte
reſt, appellare.dic vt ſubtiliter no.Inn.in d.c.ſuper. & quod
5 ibi dixi.¶ † Vlterius ad idẽ quæritur, an poſsit impedire,
vel retardare executionẽ iſta ſuperinducta, opponendo ali
qua, pp quę dicit T.eſſe virũ ſuũ, nõ illius Mariotæ, pro qua
ſnĩa lata eſt.dicit Inn.ꝙ ad impediendã reſtitutionẽ fiendã
dictæ M.nõ poteſt iſta ſuperinducta proponere de proprie
tate, ꝙ prius fuerit deſpõſata:vel ꝙ nõ teneat matrimoniũ
contractũ cũ alia, propter aliquod impedimentum:niſi for-
tè ſtatim probare velit.de reſti. ſpo.c. literas. ad fi. facit l. à
diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.de re iud. ſimiliter & iſta non poſ
ſet opponere ante ſnĩam, ſi illa T. poterat tanquam ſpolia-
ta petere virum ſuum ſibi reſtitui:poſſet tñ dicto caſu oppo
nere, & negare poſſeſsionẽ, & ſpoliationẽ: vel alias legiti-
mas exceptiones opponere, vt no.s̃.de reſti.ſpo.c.cũ ad ſe-
dem. in gl.ſed cum agatur.& no.iſta de iſto tertio ſe oppo-
nente in iudicio:nam qñq; ſe opponit in cauſæ proceſſu, &
hoc dupliciter:vel volendo totã in ſe litẽ transferre:vel liti-
gatori aſsiſtere.qñq; ſe opponit poſt latam ſnĩam infra tpa
appellandi, & tpe executionis:& quid iuris in quolibet ca-
ſu.ex prædictis apparet, ꝙ qñq; poſt factã executionẽ vult
agere:& tũc, an poſsit, dic, vt s̃.de re iudic.c. quãuis.& reli-
qua non perfectè examinata per illa, quæ dicta ſunt, vide in
dicto. c.cũ ſuper.de re iudi.per Inn.latè.& l.Titia.ff.ſo.ma.

*S V M M AE.*

1 *Conſenſus non eſt liber, vbi eſt metus, vel coactio:*
2 *Matrimonium inter ſeruos quare tenet de iure cano-
nico.*
3 *Obligatio, quando oritur ex conſenſu, debet tolli materia
metus.*
4 *Minor pars Capituli poteſt vocare maiorem, vt habeat
locum tutum, propter timorem veroſimilem oppreſsio-
nis in electione.*
5 *Matrimonium ſolo conſenſu cntrahitur.*

6 *Animus illius, de cuius matrimonio agitur, debet indagari.*
7 *Reuerentia nimia iuſtum metum inducit.*
8 *Iudex debet poni facere rem in ſequeſtro, quando timetur oppreſſio, & inuaſio in re, quæ petitur,*
9 *Caſtrum petitur à quodam nobili, à quo iudex manu militari non poſſet auferre: volendo ſententiam exequi, & c. quid iuris.*
10 *Metus, & coactio qualiter differant.*
11 *Detentus in vinculis pro pecunia extorquẽda ſi matrimonium contrahat, tenet.*

CVm locum. Si timet̃ inferri violentia puellæ: de cuius matrimonio agitur, prouidebit iudex, ꝙ maneat in loco tuto, & honeſto, donec cã terminetur: tradit regulam, ponit genus, infert ſpeciem. & ſic potes diuidere in tres partes. ſecunda ibi [ matrimonium. ] tertia ibi [ quocirca. ] ¶ No. primò regulã, † ꝙ vbi eſt metus, vel coactio,
1 non eſt liber conſenſus. & debet intelligi liber conſenſus, ſm̃ primeuã libertatem: quæ eſt viuere, vt velis. † & iſta eſt
2 ratio, quare de iure canonico inter ſeruos tenet matrimonium: quia retinent ea, quæ ſunt de iure naturali: vt conſenſus, ex quo naturaliter obligantur. facit ĩ. de coniu. ſer. c. 1. & qd ibi dicit de matrimonio carnali, idẽ dicas, quando contrahitur intra eccleſiam, & prælatũ: ceſſat. n. ſi poteſtas adimitur eligendi, c. vbi periculum. §. cetera. de elec. ¶ Secũdò no. † vbi obligatio oritur ex conſenſu, debet tolli mate-
3 ria metus: & materiam voco omnem veroſimilem metus præſumptionem. ſufficit enim metus in poteſtate: licèt non ſit in actu, vt patet ex no. ſ̃. quod metus cauſa. c. 1. ſicut alibi dicimus, quòd ſufficit terror armorum, vt no. in l. 1. C. vnde vi. & per hoc dicit hic Io. And. † ꝙ propter timorem ve-
4 roſimilem oppreſſionis in electione minor pars Capituli poteſt vocare maiorem, vt habeant locum tutum. de elect. c. bonæ. primo. ¶ Tertiò. no. † quòd matrimonium
5 ſolo conſenſu contrahitur. concor. c. ſufficiat. quod glo. allegat. ſimiliter & multi alij contractus ſolo conſenſu perfi-
6 ciuntur, vt l. conſenſu. de ac. & ob. ¶ Quartò not. † quòd illius animus, de cuius matrimonio agitur, debet indagari: quia meticuloſus aliud exprimit ore, quàm corde. debet ergo metus probari ex varijs coniecturis: ſicut & dolus ſemper in metu velatus, & incluſus, vt l. dolum. C. de
7 dolo. † nam quandoque nimia reuerentia iuſtum metũ inducit, vt l. 1. §. quæ onerandæ. ff. qua. re. ac. non da. 22. q. 4. c. vnuſquiſque. apparet enim quandoque aliquem in aſpectu eſſe liberi arbitrij ad gerendum actum: qui nõ eſt, propter metũ continuatum ex aptitudine ad inferendũ paratum, vt d. c. Piſanis. in rõne ſui. ad fi. de reſt. ſpo. & l. qui nec.
8 de ver. ſig. ¶ Quintò no. † ꝙ cum timetur oppreſſio, & inuaſio in re, quę petitur: debet iudex eam poni facere in ſequeſtro. & hoc verum, quando poſſeſſio, de qua contenditur, non erat penes aliquem ex litigatoribus: quo caſu, ne aliquis ex ipſis eam occupet: poteſt iudex interponere partes, non ſolum in matrimonio, vt hic: ſed etiam, cũ eſt quæſtio de rebus prophanis, vt no. Inn. ſ̃. de proba. c. in præſentia. Si autem erat penes vnum ex litigatoribus, non eſſet ſequeſtranda: niſi timeretur de ſæuitia, ſiue baratatione, vt l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſa. cog. & facit c. literas. ad fin. de re-
9 ſti. ſpo. ¶ Quid dices, † ſi petitur caſtrum à quodam nobili, à quo iudex manu militari non poſſet auferre, volendo ſententiam exequi (quia fortè erat in loco difficili: vel inexpugnabili) certè æquitas ſuggerit, vel quòd caueat (vt ſic dixerim) de iudicato ſoluendo: vel tanquam à ſuſpecto poſſeſſio ſequeſtretur: non enim cenſetur talis idoneus fideiuſſor, vt no. in l. 2. ff. qui ſatiſdare cog. ergo tanquàm à ſuſpecto, etiam ſi principalis, æquum eſt dicere; quòd cogatur ad alterum ex prædictis: ne iudicium ſit deluſorium, vt l. Marcellus. ff. de iudi. & l. ſi fideiuſſor. ¶ Quæro pro declaratione tex. dicitur hic [ quòd vbi metus, vel coactio. ] &c.
10 † quæ eſt differentia inter metum, & coactionem. dicit Io. And. quòd coactio accipitur pro metu, qui poſſit cadere in conſtantem, præter captionem, vel pœnam corporalẽ. coactio verò corporalem pœnã, vel actionem ſignificat: nec diſtinguitur quò ad matrimonium, ſit abſoluta, vel cõditionalis. de hoc. ſ̃. e. c. de muliere. vel dicit, quòd coactio eſt, ſi timeat filia mortem, vel captiuitatem patris, vel aliud ſimile: nõ. n. valet matrimoniũ, ſecũdùm Inn. Hoſt. & Abb. arg. 31. q. 2. c. 1. & 2. nã iuſtus timor eſt: ſicut dicitur econuerſo. ff. quod metus cauſa. l. ſi quidem. ſi verò conſenſus filij eſſet liber (licèt pater habeat iuſtum metũ) teneret matrimonium, ſecundùm Io. And. qui quærit quid iuris, ſi ſu-
11 per diuerſis interueniat conſenſus, & coactio: † vt ſi detentus in uinculis pro pecunia extorquenda, matrimoniũ contrahat. dicit, ꝙ tenet: quia tunc põt agere per procuratorẽ. ff. de mino. l. Papi. exuli. ſecundùm Inn. niſi captus eſſet ab hoſtibus: quia ex hoc eſſet ſeruus, & ſic conſenſum non habet. ff. ex qui. cau. ma. l. ait prætor. ſm̃ Inn. quod non placet Io. And. ĩ. de ſecũdis nup. c. dominus. ubi de hoc per eum. facit l. qui carcerem. ff. quod metus cau. ¶ Quærit glo. per quem timebat iſta domina ſibi inferri uiolentiam. dicit gl. fi. ꝙ iſte intellectus amicatur literæ: erant. n. duo aſpirantes ad iſtam: de quorũ altero timebatur raptus, & oppreſſio, ſi in cauſa ſuccumberet: quia alter erat debilis, & impotẽs: & illa ſequeſtratio fieri poteſt; quia nullus ipſorum fuit in ipſius quaſi poſſeſſione. ſi autem fuiſſet, & illa ſe ſubtraheret, quid iuris. dic ut ſ̃. de reſti. ſpoliatorũ. c. literas. & quod dixi ſupra in ſecundo notabili.

*S V M M AE.*

1 *Sponſalia de futuro, ſi ſecuta eſt carnalis copula, non ſoluuntur per ſequentia ſponſalia de præſenti: niſi per metum, qui potuiſſet cadere in conſtantem, contracta fuiſſent.*
2 *Sponſalia ſola de præſenti ſine copula non legitimant prolem.*
3 *Copula, quæ præceſſit ſponſalia de futuro, non facit tranſire in matrimonium.*
4 *Vir, vt præſumatur cognouiſſe aliquã, quæ requirãtur.*
5 *Sponſalia de futuro ſi quis contraxit: deinde cum alia ſponſalia de præſenti: ſi primam cognoſcit, antequam iſtam ſecũdam. debet remanere cũ prima. & quid, ſi cognoſcit ipſam, poſtea proteſtando, quòd non cognoſcit eam animo conſummandi matrimonium: ſed ex mera libidine. nu. 7.*
6 *Matrimonium metu contractum non tenet ipſo iure.*

neceſſaria.& altero deficiente,neceſſe eſt vtrunque ſupple
ri.ſuper quo remittit ad not.per eum de ſacra.non rei.c.1.
ſuper verbo.ſuppiendũ.Ego non percipio, quomodo ſur-
dus, & mutus ab origine per ſigna ſit capax huius ſacra-
menti baptiſmi:cum licèt actu percipiat,& facto quod agi
tur,cum confertur:tamen effectum actus nunquam intelle
xit.Vnde ſaluo ſemper ſaniori iudicio,idem dico, quod in
matrimonio ſupra dixi.Quid de ſacramento euchariſtiæ.
dicit idem ſcilicet,quòd mutus non poteſt conficere: ſed
ab alio confectũ poteſt per ſigna recipere: & etiã alijs da-
re,ſi ſit ſacerdos: puta euchariſtiam reſeruatã ad opus in-
firmorum: nullo enim iure cauetur,quòd idem debeat eſ-
ſe conficiens,& concedens,& contrarium patet.93.diſt. c.
diaconus.Item certum eſt,quòd verba,quæ dicuntur in re
ceptione ſcilicet[Domine nõ ſum dignus.]&c.nõ ſunt ſub
ſtantia ia:ſed ex deuotione dicuntur.quod patet:quia non
Chriſti, ſed centurionis fuerunt illa verba,quæ habentur
7 Matth.8.¶Vlterius quærit.†quid de ſacrõ pœnitentiæ. di
cit,quòd obmuteſcentia, vel ſurditas impedit confeſſorẽ:
& confitentem:ſi enim ſacerdos eſt ſurdus,peccatum non
audiet:ſed mutus nec pœnitentiam imponet.idem in pœ-
nitente, ſiue confitente: quia mutus peccata non expri-
met

met: ſurdus pœnitentiæ impoſitionem non audiet. videtur
tamen, quòd ſi talis ſciat ſcribere. poſsit per literas ſcribe-
re peccata ſua. & ſibi pœnitentiam deſcribi faciet. de Za-
charia legitur Luc. 1. ¶ Sed contra hoc op. de c. quem pœ-
nitet. de pœni. diſt. 1. vbi dicit, quòd hoc fieri nõ debet per
nuncium, vel ſcripturam: ſed dic, quòd iſtud in abſente: præ
ſens autem hoc poſſet: vel iſtud ſine cauſa: illud ex cauſa. &
ſic loquitur. 30. q. 5. c. qualis. in fi. quod placet hic Vin. &
quod no. Ioan. And. de pœni. c. omnis. poſt princip. ſuper
ver. confiteatur. vbi hoc tenet Innoc. de ſurdo, & muto lo
quendo. Si autem confeſsio nullo modo ab illo poſsit habe
ri, dicit Hoſti. pro eo orandum. quod vide in ſumma de pœ
ni. ver. pe. certum eſt etiam, quòd reconciliationem talium
pœnitentium, quorum contritio apparet per ſigna (licèt
obmutuerint) ꝑmittunt canones. 36. q. 6. c. is qui. 1. & 2. &
c. qui recedunt. facit de ſen. exc. c. nobis. 2. conſtat autem, ꝙ
neceſsitas plus vrget confitentem, qui non poteſt morbum
deponere, quàm in confeſſore, qui poteſt omitti: & alius
8 dari. de quo vide de offi. archi. c. fi. ¶ † Quid de extrema
vnctione. dicit Io. An. ꝙ hæc ſepiſsimè datur mutis, & ſur-
dis, qui. ſ. propter mortalem infirmitatem, nec loquuntur,
nec intelligunt. facit de hæret. c. filij. lib. 6. ſurditas etiam nõ
impedit dantes: ſed obmuteſcentia ſic, debet enim interue-
nire vnctio, & oratio, quam dicere non poteſt mutus pri-
mum patet Ia. vlti. & habetur. 85. di. §. ſed iſtud. & de ſacra
vnct. c. vno. poſt prin. ¶ Deinde quærit de ſacro ordinis, &
9 de collatore. dicendum eſt, vt ſ. † videlicet, ꝙ ſurdus poſsit
conferre: mutus non. de volente ordinari videtur, ꝙ ſurdi-
tas, & obmuteſcentia non repellat: quia inter perſonas pro
hibitas in Leuitico non numerantur, vt patet. 49. diſt. c. 1.
Item alibi dicitur. [non maledices ſurdo.] 18. diſt. [Male
dicere autem videtur, qui eum à promotione repellit.] Itẽ
in materijs proprijs lex canonica non repellit tales. 55. di.
per totum. ſ. de cor. vi. c. 1. & poteſt eſſe ratio, quia iſti defe
ctus non ſunt ſic patentes: ſicut de cæcis, claudis, gibbis, &
ſimilibus. & hoc fortè reſpectu lex Leuitici illos expreſsit:
10 iſtos omiſit † Contrarium tenet Ioan. And. ſcilicet quòd ta
les non ſint ordinandi. & ꝙ tales ſint prohibiti, probatur
per c. 1. 55. di. quod generaliter prohibet corpore vitiatos.
& c. pœnitentes. eadem di. prohibet paſſos aliqua membro
rum damna. vnde facit. 1. q. 1. §. ecce ſi clericus. in fi. Item
tales prohibentur iudicare, & poſtulare. ff. de iudi. l. cum
prætor. & de poſtu. l. 1. §. caſum. pate vtrunque in q. 7. c.
tria. bene facit de cle. ægro. c. 1. vbi ei, qui poſt promotionẽ
obmutuit, datur coadiutor: ergo prius mutus promoueri
non debuiſſe. Nõ ob. l. Leuitici. quia non deſcripſit omnes:
ſed aliquos. Non ob. quòd alia ſacramenta, de quibus. ſ. di
xi, talibus conceduntur: quia iſtud ſacramentum ordinis
eſt ſacramentum dignitatis, ſupradicta non: ſed tantùm re-
cipientis gratia conferunt. 1. q. 1. §. ſigno. & §. ecce. & not.
de coniu. ſer. c. 1. in gl. 2. Non ob. quòd nõ debet ſurdo ma-
ledici: quia ibi prohibetur conuitium ſibi fieri: quia in hoc
non peccauit, vt l. eum qui nocentem. de iniur. tales eũ ſunt
morboſi. & hac de cauſa habet locum in eis redhibitoria.
ff. de edi. edic. l. 3. & l. mutum. lex autem Leuitici prohibet
generaliter omnes habentes maculam, ſiue morbum. ha-
bes ergo plenè, qualiter ſingulorum ſacramentorum muti,
& ſurdi ſint capaces actiuè, & paſsiuè. ¶ Expedito igitur ar
11 ticulo de ſacramentis, tertiò quæro: † an mutus poſsit teſti
b ficari. [b] & in teſtamentis certum eſt, quòd, non Inſti. de te
ſtamentis. §. teſtes. in alijs cauſis Vin. hic dicit, quòd poteſt,
ſi eſt literatus: iurabit enim, & poſtea ſcribet teſtimonium
ſuum. ſed contra. 3. q. 9. c. teſtes. dic in Spec. de teſte. §. nunc
12 tractandum. ver. quid de muto. ¶ Quartò quæro. † an poſ-
ſint ſurdus, & mutus teſtari: vel poſsint hæredes inſtitui, vel
adire. Ad primum dic, quòd legiſtæ habent ius Digeſto. &
ius Codicis, ſecundùm ius Digeſto. laborans etiam altero
morbo tantùm (niſi hoc impetraret à principe) teſtari
non poterat. ff. de teſtamentis. l. mutus. Sed. C. de teſtamen-
tis. l. diſcretis. diſtinguitur: aut laborat vtroq; morbo: aut
altero tm̃. ſi vtroq;, aut ab origine: aut à caſu accidenti. ſi
ab origine regulariter eſt inteſtabilis. fallit in milite, q̃diu
militat: & in caſtris degit. ff. de teſtamentis. l. iure militari.
ſed à caſu ſubdiſtinguit: aut nouit literas: & tunc teſtari
poteſt: aut non nouit: & tũc teſtari non poteſt. ¶ Secundo
caſu principali, quando laborat altero morbo tantùm: &
tunc aut ſolùm ſurdus. & hoc caſu ſiue ab origine, ſiue ex
accidenti, teſtari poteſt. aut mutus tantùm: aut nouit ſcribe
re. & hoc caſu, ſiue ab origine, ſiue à caſu ſit morb. ſcribẽdo,
teſtari poteſt. & iſta intelligas de ſurdo, qui oĩo nõ audit: nõ
de eo, qui tardè audit. Item & de muto, qui omnino non lo
quitur: non de illo, qui tardè loquitur, vt Inſti. qui te. fa. poſ.
§. item ſurdus, & mutus. Aduerte etiam, quia ea, quæ dicta
ſunt, habent locum, cum tempore teſtamenti, vel actus, qui
geritur, iſti morbi adſiſtunt: ſi autem poſt teſtamentum ce
lebratum ſuperueniunt, non vitiant teſtamentum, quod le
gitimè factũ eſt. 32. q. 5. c. ſi vxorem. & in regu. actum legi-
timè. de reg. iur. li. 6. Si autem, dum teſtamentum eſt in fie-
ri, ſuperuenit amiſsio loquelæ, furor, vel dementia, totum
vitiatur. quod dic, vt no. in l. furioſum. C. de teſtamen. & de
leg. 3. l. 11. in prin. & ff. de teſtamentis. l. ex ea. facit quod
de iſtis inhabilibus no. ſ. de bapt. c. maiores. Ad illud, quod
in hac. q. ſubiunxi: an muti, & ſurdi poſsint hęredes inſtitui,
vel adire. dicit Io. An. ꝙ ſic. Inſti. de hæred. qua. & diffe. §. vt
ti. & ff. de bon. poſ. l. furioſo. facit de leg. 2. l. cum pater. §. ſur
do. & de acqui. hæred. l. mutum. & iſta omnia iura loquun
tur: ſi mutus, & ſurdus intelligant. ¶ Sed pro declaratione
omnium prædictorum, in quibus dictum eſt, quòd volun-
13 tas ſurdi, & muti per ſigna oſtenditur. † quæro quomodo
notarius rogatus de contractu matrimonij, aditionis hære
ditatis, vel ſimilis actus celebrati à muto exprimat ſigna in
inſtrumento, indicantia eius velle, vel nolle. Ioan. And. non
tangit Bar. ita dicit: ſiquidem notarius intelliget per ſe nu-
tum muti: ſecurè poteſt ſcribere, quomodo talis mutus hæ
reditatem adiuit. ff. de leg. 3. l. nutu. non enim habet neceſ-
ſe notarius ſcribere omnia verba, & omnes actus contra-
hentium: ſed ſufficit, quòd ſcribat effectum iuris: puta, talis
fideiuſsit pro tali. ff. de verb. oblig. l. ſciendum. licèt ad fide-
iuſsionem multa verba requirantur. ſi verò per ſe non intel
ligeret: adhibeat aliquem conſanguineum muti, qui intelli-
gat, & ſcribat in inſtrumento, quomodo ipſe notarius certi
ficatus per talem conſanguineum, tanquam interpretem, vi
dit talem facientem ſigna, & nutus: per quæ volebat adire
hæreditatem, arg. l. 1. in fi. de verb. ob. Sed qualiter hoc pro-
baretur per teſtes: illud eſt magis dubium: cum debeant de-
ponere de hoc, quod viderunt, non de effectu eius, quod ip
ſi indicant, vt l. qui teſtamento. in fin. de teſtamentis. dicit
Bar. quòd ſiquidem teſtes eſſent conſanguinei, vel aliàs do
meſtici: ſufficeret, quòd deponerent ſimpliciter ſe vidiſſe ta
lem mutum facientem actus, & ſigna: per quæ ſignificabat
ſe velle adire hæreditatem: tales enim perſonæ præſumun-
tur ſcire actus, & conſuetudines muti: vt ipſum intelligant,
vt l. octaui. ȷ̃. vnde cogna. & C. de reſti. in integ. l. de tutela. Si
autem eſſent extranei: tũc deberent deponere nominatim
de ſignis hoc modo. forſan, vidi talem mutum digito oſten
dere domum, vel res hæreditarias: & poſtea ſtringere bra-
chia ad ſe: propter quæ nos intelligebamus, ipſum velle di-
cere ipſas res pertinere ad ſe. eſſet etiam vtile, & neceſſariũ,
quòd quandoque circa hoc adhiberẽtur alij teſtes, conſan-
guinei, & domeſtici muti dicerent, ꝙ qui conſuetudo erat
muti per talia ſigna hoc uelle ſignificare. iſta ſunt verba Bar
to. in l. mutum. ff. de acqui. hæred. quæ pro complemento
prædi-



prædictorum fuerunt ſummè neceſſaria.

ADDITIONES.

a ¶ Surdus. Surdus etiam ſi intelligat ad motum labiorũ,
non poteſt ſtipulari. gl. Bar. & Alex. in prin. de verborũ
obli. Bar. & Pau. in l. 1. ad fi. de tute. Anto. de But. hic.
b ¶ Teſtificari. Vide Spec. de teſte. §. nunc tractandum.
verſi. quid de muto. Rom. in ſing. ſuis. ver. teſtis 3. q. 9. c.
teſtes. Alex. in l. qui iuraſſe. in prin. ff. de iureiur. & in l. 1.
de verbo. ob. Doct. in c. teſtibus. de teſte. Io. Fab. Inſt. de
inuti. ſtipu. §. mutum.

*SVMMAE.*

1 *Furioſus matrimonium contrahere non poteſt.*
2 *Matrimonium contractum cum furioſo, quare non te-
neat.*
3 *Mulier aliqua contraxit cum furioſo: poſtquam reuer
ſus eſt ad ſanam mentem, conſentit in ipſam: an erit
matrimonium.*
4 *Furioſus ſi eligitur in prelatum, non tenet electio.*

1 DIlectus. † Furioſus matrimonium con
trahere nõ poteſt. prima pars
cum deciſa ponit factum. ſecunda cauſas inſerẽ
2 do, reſpondet, ibi [cum autem.] ¶ Not. primò † quia non
tenet matrimonium cum furioſo contractum. ratio eſt; q̃a
caret conſenſu: & per omnia, & in omnibus habetur loco
abſentis, & quieſcentis, vt l. 2. ff. de iure co. & l. patre furio
ſo. de his qui ſunt ſui, vel ali. iuris. & l. furioſo. de re iudi. quę
rere tamen ſibi poteſt ex vltima voluntate, vt l. filius. ff. de
teſtamentis. & vide bonam glo. in l. in negotijs. ff. de reg. iu.
tales autem furioſi debent habere curatorem, qui eorum
bona adminiſtret, vt. ff. de cur. fu. l. 1. & per totum. & C. de
cura. fu. l. fi. & l. pe. & in dicta l. fi. videas de acquiſitione hæ
reditatis furioſo delatæ. delinquere verò vtrùm poſsit. dic
vt l. diuus. ff. de offi. præſi. & 3. q. 9. c. iudicas. vbi de illo, qui
habet dilucida interualla, & in dicta l. fi. ¶ Opp. & videtur,
quòd iſta cum furioſo non contraxerit; quia hoc non eſt
veroſimile: nec admittenda videtur non veroſimilis excõ-
municatio contra matrimonium, vt ſupra eodem. c. ad id.
ſo. dicit glo. iſte in conſpectu apparuit ſanæ mentis: & mul
ti ita videntur prima facie, qui non ſunt, vt l. quod meo. §. ſi
furioſo. ff. de acqui. hære. & ego vidi vnum de nobiliſsima
domo de Biſentio. qui interfecit patrem nomine Catalu-
cium: & cum fuiſſet captus, ita dolebat, & plorabat de tan
to exceſſu, quòd omnibus apparebat ſanæ mentis: & tan-
dem illicò vertebatur in furiam: & proferebat verba de-
3 mentia. ¶ Quærit glo. pone † quòd aliqua contraxit cum
furioſo: poſtquam reuerſus eſt ad ſanam mentem, conſen-
tit in ipſam: an erit matrimonium? Ioa. tenet, quòd non ſit
matrimonium. Tan. dicit hoc dictum Io. verum, ſi quis re-
ferat ſe ad primum conſenſum: ſed vt ex nunc valebit. &
idem tunc Vin. & Goff. ar. ad hoc l. obſeruare. in fi. de offi.
procon. Hoſt. dicit hoc verum, ſi mulier conſentit tacitè:
vel expreſsè, poſtquam redijt ad ſanam mentem. ſecus, ſi,
antequam rediret, apparuit de eius diſſenſu per fugã, vel
alio modo: licèt enim furioſus poſtea reuerſus ad ſanam
mentem velit conſentire: ipſa ad hoc cogi non debet. infra
tit. 1. c. de illis. 1. & 2. & c. duo pueri. ¶ Sed contra hoc opp.
furioſus, & abſens æquiparantur. ff. de iure. cod. l. 2. Sed ſi
conſentio in abſentem: & illa de meo conſenſu certificata,
ratificat: non poſſum poſtea diſſentire, ar. infra de procu. c.
fi. li. 6. & ratihabitio ſubſequens trahitur ad diẽ celebrati
contractus, vt in regula rati. de regu. iur. li. 6. Sed dic, quòd
illud verum, quando abſens erat talis perſona, quæ pote-
rat à principio conſentire: & vſque ad ſuum conſenſum al
terius conſenſus continuatur: & ſic concurrunt illi duo cõ
ſenſus in eodem tempore: aliàs, ſi in idem tempus conſen-
ſus duorum contrahentium non concurrunt, non erit ma
trimonium, ſecundùm Hoſt. & Ioa. And. ratio eſt: quia iſti
conſenſus adhibiti diuerſi temporis, iuris fictione videtur
in idem tempus concurrere, poſtquam voluntas contraria
nõ apparet, vt c. maiores. in fi. ſ. de bapti. In fictionibus au
tem debent extrema coniungi, extremum à quo, & extre-
mum ad quod. & altero deficiente, fictio ceſſat, iuxta illa,
quæ dicam. ȷ̃. eodem. c. is, qui fidem. Aduerte tamen, quia
illud non eſſet verum in quolibet contractu: vt exigatur
iſte conſenſus eodem tempore vtriuſque conſenſus. pone,
mitto nuncium, vel epiſtolam, vt contraham cum abſente:
poſtquam me pœnituit, abſens epiſtolam, & nuncium reci
pit: & conſentit. an orietur obligatio? videtur, quòd non, ꝑ
rationem prædictam: quia non concurrunt in eodem tem-
pore. Sed contrarium no. in l. 1. in fi. ff. de contrahen. emp.
de hac ergo materia dic, vt no. in cle. 1. de renun. vbi gloſſ.
magiſtra. facit c. vlti. de procura. lib. 6, obſtat etiam prædi-
cta opi. Io. And. c. 1. ȷ̃. de eo qui duxit vxor. quam pol. per
adul. Sed reſpondeo ad c. 1. dicit ipſe, ibi ſpeciale in eo, ꝙ
4 deliquerat: quia cogitur conſentire. ¶ Quærit Io. And. † ſi
furioſus eligitur in prælatum: vtrùm teneat electio. dicit, ꝙ
non: & eligentes ſunt priuati poteſtate eligendi; quia malè
fecerunt. 33. di. c. maritum. argui tamen poſſet eum tunc eſ
ſe prælatum, cum ad ſanam mentem peruenerit: ſicut tu-
tor. Inſti. qui dari tu. poſ. §. furioſo. & furioſo poteſt com-
mitti cauſa. ff. de iudic. l. cum furioſus. ſed illud ideo, quia
mutus iudex dari poteſt. ergo abſens, & furioſus. de regu.
iu. l. poteſt.

*SVMMAE.*

1 *Matrimonium non contrahitur ſolis verbis ſine conſen
ſu.*
2 *Verba neceſſaria ſunt in matrimonio, quantùm ad Ec
cleſiam.*
3 *Eccleſia non iudicat de occultis.*
4 *Matrimonium ſpirituale, & carnale in quibus diffe-
rant.*

TVæ. Per ſola verba non contrahitur matri-
monium: ſed per coniungendorum cõ
ſenſum verbis expreſſum, ſi loqui poſſunt. ponit q.
1 ſecudò. ipſius ſolutio. quã probat exẽplis. ¶ No. primò † ꝙ
ſolis verbis ſine conſenſu matrimonium non contrahitur:
ſed econuerſo ſine verbis ex conſenſu legitimo contrahi-
tur. & hoc probatur in mutis. & quòd ſolis verbis ſine cõ
ſenſu non contrahatur, probat in impuberibus. Secundò
2 no. † quòd quantùm ad Eccleſiam ſunt neceſſaria verba:
ſic & matrimonium ſpirituale contrahitur conſenſu eligẽ
tium, & electi: & tamen neceſſaria ſunt verba. primum pa-
tet. ſ. de transla. c. inter ſecundum. ſ. de elect. c. cum inter
canonicos. & c. quia propter. & expone quod dicit, quan-
3 tùm ad Eccleſiam. ideſt quò ad forum contentioſum. † in
quo Eccleſia non iudicat de occultis. 32. quæſt. 5. cap. Chri
ſtiana. & ſequitur ea, quæ apparent, licèt non ſint. vnde
eius iudicium ſæpe fallit, & fallitur. ȷ̃. de ſen. excom. cap. à
nobis. 2. ¶ Opponitur de iſto tex. ad ſeipſum. dicit enim
primò, quòd quantùm ad Eccleſiam ſunt verba neceſſa-
ria: & deinde ſubdit, quòd muti poſſunt contrahere: ſed
cum muti verba non proferant, vt ſupra cap. cum appel.
ergo malè dicit, quòd verba ſint neceſſaria: quia ſine ver-
bis valet matrimonium: quia muti contrahunt, etiam quò
ad

ad eccleſiam,vt dicto.c.cum apud.ſo.dicit glo. in illis, qui loqui poſſunt, ſunt verba neceſſaria: & in ois non contrahitur ſine verbis,vt hic:in illis verò,qui loqui nequeunt:ſufficit,quòd per ſigna contrahant:quia idem faciunt ſigna in mutis,quod verba in loquentibus.Sed hoc non videtur bñ dictum,imò etiam hi,qui loqui poſſunt,videntur poſſe cõtrahere ſine verbis:puta nutu,vel ſubarrhatione.32.q.2.c. honorantur.ſo.dicit gl.ibi loquitur,cum parentes contrahunt nomine filiorum:quo caſu ſufficit filios tacitè conſentire.& idem ſi per alios contrahatur , ſecundùm gloſſ. quæ bene loquitur:quia tex.iſte dicit,quòd ſunt neceſſaria verba:nec dicit,cum intelligantur à quocunque prolata: quia quando verba ſunt concepta imperſonaliter , ſiue in rem: non ſunt magis ad vnum, quàm ad alium referenda. facit l.hæc verba.& quod ibi no. per Bar.ff.de adul.¶Iterũopp. & videtur,quòd etiam in illis , qui loqui poſſunt , non ſint neceſſaria verba de præſenti,vt infra eodem.c. is qui fidẽ,
2 So.ibi loquitur in matrimonio præſumpto : quod interdũ etiam ſine conſenſu,quò ad Eccleſiam,eſt efficax:præſumit enim interdum ita pro matrimonio, quod non admittit probationem in contrarium,vt ibi.in foro tamen pœnitentiali ſemper inſpicitur veritas.tenet ergo Ber. quòd in his, qui poſſunt loqui,in matrimonio vero,non præſumpto requiruntur neceſſariò verba,vel ſigna,& conſenſus.Idẽ Io. Go.Inno.& Bar:Brixien.43.di.c.ſit rector.arg.ꝫ. eod. c.ſi inter.& de ſpon.du.c.licèt ibi[vtroque dicente]&c.vbi idẽ tenet Tan.plus dicit Innocen. ꝙ etiam ſi conſtaret de conſenſu(quia vterque confitetur)non tamen eſſet matrimonium ſine verbis:quia Eccleſia hoc ſtatuit:ne tantum ſacramentum ſit in incerto : & ex contrario ſequeretur abſurditas,quòd euntes per viam contraherent : quod periculoſum eſſet.Alij,vt Hoſti.Vin.& Ala.dicunt ſolo facto matrimonium contrahi ſine verbis:nam ſi ille, qui non poteſt loqui , poteſt contrahere per nutum:fortius is,qui loqui poteſt.nec enim quærimus , an verba ſint apta:ſed conſenſũ. ff.de verbo.oblig.l.ſi ſtipuler.§. ſi in locando. vnde & ſine verbis dicitur mulier tacitè conſentire.ff.de ſponſa.l.ſponſalia.& l.in ſponſalibus.& de ritu nupt.l.2.vnde quamuis verborum forma omnino deficiat:ſi de violenta præſumptione conſtat euidenter in foro contentioſo,pro matrimonio iudicatur,quicquid ſit de pœnitentiali.ꝫ.c.prox.Non obſt. ratio Inno.de euntibus per viã:ꝙ Eccleſia nõ iudicabit ꝓ matrimonio:niſi conſtet de conſenſu,vel per verba,vel per alia æquipollentia.ſed in exemplo prædicto Inno.non poſſet fieri fides Eccleſiæ de conſenſu.Io.An.diſtinguit , quòd aut præceſſit tractatus:& ſic vera opi.Hoſtien. quaſi tunc verba in tractatu habita referantur ad ſigna , quæ poſtea ſubſequuntur,ar.l.Titia.ff.de verb. obli. aut nullus præceſſit tractatus:& ſic vera opi.Inno.ex qua ſequitur , quòd ſi quis retinuerit in domo vnam vt vxorem in lecto , menſa, indumentis,annulis,& ſi. ſi alter eorum negat vigere matrimonium inter eos : ex illis actibus , quantuncunque probatis , non iudicabitur pro matrimonio. quod poteſt eſſe verum de iure canonico,per no.per Inno.in c. ex parte.de reſti.ſpo.ſecus de iure ciuili, vt l. in liberæ.ff. de ritu nupt.Item eſſet verum quò ad ipſos:ſecus quò ad filios , q eoipſo ſunt legitimi reputandi:quòd pater,& mater tractauerunt ſe inuicem , vt maritus & vxor,vt no.Inno.ꝫ.de verbo.ſigni.c.veniens.& ſ.de proba.c. illud. videtur mihi tamen opi.Hoſti.multum æqua:quòd probatis actibus communiter conuenientibus marito,& vxori:ſit probatum matrimonium.& ſatis eſt durum dicere,quòd ſi ego , qui huc Venetias dominam meam duxi , & cum omni honore retineo;quia teſtes hic non habeo , quòd contraxi cum ea', ſit contra matrimonium pronunciandum.ad hoc dicta l.in liberæ.de ritu nupt.ex actibus enim deputatis certæ rei debemus præſumere,& iudicare,vt ſup. de reg.c.vidua. & de elec.c.quòd ſicut.Nec obſtat, quòd quandoque volentes tegere peccatum,& verecundiam ſuam fingunt matrimonium,vbi non eſt,vt dicit Inno.ſupra de præſump. c. illud. Nam illud rarò contingit : & iura ad ea , quæ communiter accidunt,adaptantur,vt l.nam ad ea.de legi.facit quod no.Io.An.de matrimonio ſpirituali,& ſacerdote, qui lõgo tẽpore ſe pro tali geſſit.ꝫ.de eo,qui fur.or.ſu.c.innotuit.Itẽ facit , ꝙ in aditione,quam facit filius,eſt neceſſarius iuſſus patris,vt l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.de acqui.hære.& tamen ſi filius diu hæreditatem poſſedit: & omnia geſſit, vt hæres,patre ſciente , præſumitur præceſſiſſe iuſſus, vt l.5. poſt prin.de acqui.hære.& vide quod dicam.ꝫ.c.conſultationi.in tertio no.
4 ¶Quærit Io.An. † quia ſæpe arguimus de matrimonio carnali ad ſpirituale ; & econuerſo : an in omnibus conueniant.dicit,quòd non : ſed in multis differunt : vnde ponit Hoſt.verſus.

*Vnus conſenſus , cupienſque pecunia pura.*
*Mens concors diſtant,ſpiritus,atq; caro.*

Io.An.ſubdit verſus tales .

*Mens concors ſacramentas perficit.item ſimul.*
*Illa, ætas,& qualitas tempus,& cauſa,proleſq;.*

Prima dña notatur per id, quod dicit [ vnus] qa reqrit in carnali,ꝙ qs ſit vnus,& ecõuerſo.de diuor.c. gaudemus.in ſpirituali vna eccleſia.ſ.generalis,hẽt plures ſpõſos:vt not. de transla.c.inter corporalia.& vnus plures ſponſas particulares ex diſpenſatione,vt no.de præben.cap.de multa. ¶Secunda differentia in eo,quòd dicit [conſenſus.] quia carnale ſolo conſenſu contrahitur,vt eſt dictum.ſpirituale nunquam contrahitur ſine conſenſu eligentium , & electi, vt probatum eſt ſupra. Conueniunt autem,quia neutrum coniungendum eſt,vel diſſoluendum ſine licentia Eccleſiæ. de hoc.ꝫ.tit.1.c. 2. ¶ Tertia differentia eſt,dum dicit [cupiens.]quia ab initio non debet quis contrahere matrimonium carnale:niſi merè voluntarius, & appetens,& importunè petens.27.q.1.c.inſtitutum.Sed in ſpirituali debet ab initio reperiri nolens,& ſe non ingerens:ſed etiam inuitatus effugiens.ſ.de elec.c.qualiter.& C.de epi. & cle. cap.ſi quamquam.¶Quarta differentia denotatur,dum dicit[pecunia]quia in ſpirituali nunquam debet interuenire pecunia,quæ ſit cauſa contrahendi.ſ. de elec. c. ſi alicuius. Sed in carnali poteſt,& debet interuenire.30.q.5.c.nullum. 4. q.iiij. c.conſanguineorum.¶Quinta differentia ibi[pura] quia carnale admittit conditionem:ſpirituale non. de condi.appel.c.ſuper eo.de elect.cap.2.lib.6. ¶Sexta differẽtia no. ibi,dum dicitur [ mens. ] quia in carnali debet venire cum propoſito aliam non ducendi.de condi.ap.c.ſi.in ſpirituali poteſt in mente gerere , ꝙ ab vna adminiſtratione ad aliam transferatur,non tamen ambiẽdo: ſed magis proficere deſiderando,vt pater de transla:epiſcopi.c.ſi.8.q.1. c.qui epiſcopatũ. ¶ Septima differẽtia ibi[ concors ] quia carnale nec tranſactionẽ , nec amicabilẽ compoſitionem admittit.de tranſac.c.fin.ſecus in ſpirituali de præbẽ.c. niſi eſſent. ¶ Octaua differentia ibi[ſacrans] quia per matrimoniale conſenſum in carnali ſtatim eſt ſacramentum:in ſpirituali non.facit.ſ.de elec.cap.cum inter canonicos.vbi argum.contra. ¶ Nona differentia,ibi [perficit]quia carnale perfectum,& ratum,perfecto conſenſu:ſpirituale nõ. de hoc ſupra de tranſla.c.vlti.& quod no.in c.ſi electio. de elect.lib.6.¶Decima differentia,ibi[Item ſimul.]quia carnale ſimul, & vno momẽto perficitur:illud ex interuallo. ¶Vndecima differentia,ibi [ætas.] quia alia ætas requirit in carnali,quàm in ſpirituali,vt patet.ſupra de elect. cap. cum in cunctis. & infra titu.1. per totum . ¶Duodecima differentia,ibi[qualitas]quia talis ad vnum admittitur,qui ſpirituali,non à carnali.de fi.presby.c.per tuas.Item frigidus, & caſtratus admittitur ad ſpirituale , non ad carnale. vt no.ꝫ.de frigi.c.1.¶ Decimatertia differentia ibi [ tempus.] & hoc dupliciter: quia ſcilicet carnale præceſſit inſtitutione.de voto.c.1.lib. 6. Item quia ad ſpirituale præfixũ eſt certũ tps.de elect.c. ne pro defectu. de conceſ. præben. c.2.ad carnale non. ¶ Decimaquarta differentia ibi [ cã.] alia cauſa inſtitutionis,primi.ſ.ad prolem, vel ad vitandam fornicationem.32.q.2.§.his ita. iſta ad regimen fideliũ , & aiarum curam.¶Decimaquinta differentia , ibi [ proles ] quia ex carnali proles carnalis:ex ſpirituali ſpiritualis proles producitur.8.q.1.c.olim.Has differentias ponit Io.An. quem quaſi ad literam mutuatus ſum:quod fuit potius laborioſum,quàm ſubtile.



### SVMMAE.

1 *Obligatio non impeditur in foro iudiciali : ſi alter contrahentium mutat nomen.& nu.2.*
3 *Imperſonalitas verbi, an vitiet contractum.*
4 *Imperſonalitas in vltimis voluntatibus nunquã vitiat.*
5 *Mutatio nominis non prodeſt ei , qui cauſa decipiendi alterum mutat ſibi nomen.*
6 *Contractus initus per dolum valet in præiudicium committentis dolum.*
7 *Subſtantia in contractu dicitur conſenſus . Forma , verba .*
8 *Proteſtatio quando valeat,& quando non.*

TVa nos. Non eſt matrimonium , vbi alter contrahentium non conſentit.& duo facit.primò ponit conſultationem . ſecundò ipſius ſolutionem.Secũda ibi[ ſuper quo.]ſolutio duplex eſt:primò quò ad forum iudiciale. ſecundò quò ad forum pœnitentiale ibi [ nos autem.]. ¶ Not.primò , † ꝙ in
1 foro iudiciali non impeditur obligatio,ſi alter cõtrahentiũ mutat nomen.cõtrarium videbatur:quia cũ in nomine proprio teſtatoris erratur, inſtitutio eſt nulla.ff. de hære.inſti. l.ſi. Sed non obſtat:quia hic loquitur in contractu, vbi perſona ad oculum demonſtratur : quod idem eſt , ſi proprio nomine appelletur,vt l.certum.ff.ſi ce.pet.facit quod no.in l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de le.1.vbi in noĩbus appellatiuis à natura non eſt error probabilis : niſi partes conueniſſent,ꝙ ſi dixerim de boue,intelligat de aſino.valet enim tale pactum,vt ibi no.facit etiam quod no. in l.pacta nouiſſima.C.de pac.Io.An.tamen reſpõdendo ad dictã l.ſi.dicit, ꝙ hoc ratificat ſubſequens copula:quæ eſt tãti effectus, ꝙ verba futuri tẽporis retorquet ad præſens.ꝫ.e.c.is qui fidẽ. Item de expreſſo diſſenſu facit conſenſum.ſ.eo. c. veniens. & ꝫ.e.c.conſultationi.Itẽ conditionalẽ promiſſionẽ reddit puram.de condi.ap.c.de illis.& c. per tuas.non ergo mirũ, ſi verba tertię perſonę trahit ad primam perſonam, vt hic: qa ex quò ſponſalia,vel aliquid mr̃moniale pceſſit,oĩa ratificat,& oĩa ſupplet.ſ.e.c.de illis.& c.cõmiſſũ. tractatus enĩ precedens,qui hic interceſſit,ibi [ aliter inducere nequiuiſſet,niſi, ] &c.& ſubſequens copula inducit matrimonium, vt ꝫ.de condi.ap.c.de illis. Item & dolus viri,qui hic interceſſit,etiam ſi non ſit matrimonium , cogi deberet matrimonialiter conſentire.ꝫ.de eo,qui dux.in ma.c.1.tria autẽ, ꝙ nõ ſit hic matrimoniũ,faciũt pro viro. ſ.ꝙ nõ propoſuit illã ducere. Itẽ ꝙ nunquã in coniugiũ cõſenſit. Itẽ ꝙ deficit hic forma,& ſubſtantia matrimonij.nec credit Goff.ꝙ dolus viri ſufficiat ad cogendum eum, vt cõtrahat. Nõ ob. c.1.præalle.quia ibi fuit conſenſus,licèt illegitimus,& verba apta:hic neutrum.& pro tanto Papa hic,ſcilicet de ſpõſalib.in prędicta forma , & copula , & tractatu præambulo eſſet pro matrimonio iudicandum,ſecundùm Ioan.An.
2 ¶ Secundò no.† ꝙ ſi ille, qui contrahit , profert de ſeipſo verba in tertia pſona , obligat in foro iudiciali.de notario non eſt vis,proferat verba in inſtrumento in prima,vel tertia perſona.de cõuer.coniu. c.dudum.quandoque verò expreſſo nomine alicuius, proferuntur verba imperſonaliter. ex parte loquentis:vt ſi dico [ ſatisfaciet tibi. ] an talis im-
a perſonalitas ²vitiet. †diſtinguũt ſic legiſtæ. aut eſt imper-
3 ſonale verbũ executiuũ:aut verbũ obligatiuũ.ſi executiuũ: valet cõtractus,vt l.ſi.ff.ſi cer.pe.& l.ſtiplõ iſta. 2. de verb, ob.ſi obligatiuũ,tũc refert. aut eſt imperſonalitas ex parte debitoris:& nõ valet cõtractus.aut ex pte creditoris:& tũc valet.& eſt ratio;quia in generali ſermone odij non continetur perſona loquentis:ſed in generali ſermone fauoris, ſic.& ita ſentit glo.in Auth.ſi quando.C.de conſti.pec.† In
4 vltimis verò voluntatibus nunquam imperſonalitas vitiat, quia in eis non refert.cum quo quis loquatur:ſed in quem voluntatis intentio dirigatur,vt l.cum pater.§.de nouis. ff.
5 de le.2.¶ Tertiò no.† ꝙ mutatio nominis non prodeſt ei, qui cauſa decipiẽdi alterũ,mutat ſibi nomẽ:imò tenetur pęna falſi,vt.l.1.C.de mu.no.facit l. Titio cum eſſet.ad muni. de nomine tñ non curamus , cum de corpore conſtat, vt l. quoti.ff.de hære.inſti.facit.c.quãto.ſ.de his. quæ fi.a prӕl.
6 ¶ Quartò no. † ꝙ contractus initus per dolũ,valet in præiudicium cõmittentis dolum:non enim licet ei allegare , ꝙ doloſè nomen ſuũ mutauerit.ſ.de dona.c.inter dilectos.facit quod no.in l.elegãter.in princi.ff.de dolo.¶Quintò no.
7 ꝙ in contractu debet eſſe ſubſtantia , & forma. † pro ſubſtantia intellige conſenſum:pro forma accipe verba , vt ſ. e.c.tuę.omiſſio enim formę,vel modi vitiat diſpoſitionem, vt l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de ver.ob.& ſ.de reſti.ſpol.c.Pi
8 ſanis.& vide quod dixi.ſ.c.1.¶ Quærit gl.ponẽ† ꝙ aliquis proteſtetur coram pluribus,ꝙ oĩa, quæ dicet , vel faciet , nõ faciet aĩo cõtrahendi matrimoniũ:& poſtea publicè dicat [ conſentio in te. ] an erit matrimoniũ,vel non.glo. dicit, ꝙ ſic, & bene, ſecundùm Io.An.nam econtrario daretur materia omnibus matrimonia cantrahentibus ſic proteſtãtibus,vt poſtea diuerterent à coniugibus , ſi diſpliceret.Hoſtien.dicit hanc opi.veram, quando proteſtatio fit ſine iuſto metu : vel alia cauſa, quæ proteſtationẽ corroboret:quia tunc,quãdo ex cauſa fieret,valeret:nec per contrariũ videretur ab ea receſſum.ſ.quod me. cauſa.c. 1.31. q. 2.Lotharius. ſed ꝑ copulam, ſi ſequatur, indiſtinctè dicit receſſum à proteſtatione, etiam facta ex iuſta cauſa,ſecundùm Hoſti.Sed contra iſtam determinationem glo.opponit de l.qui in aliena.§. Celſus.ff.de acqui.hære.vbi proteſtatio præcedẽs actui ſequenti contraria facit præciſè, vt ſubſequens actus non valeat.So.quandoque actus, qui geritur,pendet ex poteſtate proteſtãtis tantùm, vt aditio hæreditatis:& tunc proteſtatio præcedens impedit actum ſequentem.& ita loquitur ille.§.quandoque actus , qui geritur,pendet ex voluntate mea,& alterius : & tunc proteſtatio debet innoteſcere parti:aliás proteſtatio nil valeret, vt l.1.§.item ſi prædixerit.ff.nau.cau.ſta.tangitur per Doc. in l. pacta nouiſſima. C. de pac. facit c.ſolitudinem.de ap. & l. cum in plures . §. locator. ſicut enim propoſitum meum in mente retentum non nocet alteri contrahenti mecum , vt l. ſi repetendi . C. de condi. ob cãm. ita talis proteſtatio facta clam non nocet cõtrahẽti mecũ.quod intelligo,ſm Hoſti.niſi per iuſtũ metũ nõ auderet in ſua præſentia proteſtari.& ſic loquitur,quod no.in d.§. Celſuſ.vbi dicit, ꝙ ſi aliquis timet , ne cogatur ab aliquo ad aliquem contractum:conſiliũ eſt, ꝙ proteſtetur clam, ꝙ ſi illũ cõtractum facit,facit metu:vt ſic ſequens actus nihil operetur.& de iſta materia proteſtationis vide per Bar.in l.non ſolùm.

§.ſi.deo op.no.nun.& per Doc.noſtros.ſ.de cōſti.c.cum.M.
Ferrar. poſſet etiam huic c.applicari materia:cum quis po
teſt gerere actum nomine ſuo,& nomine alieno:& ſimpli-
citer ipſum gerit:puta tutor:prælatus : procurator:& alij,
qui iure ſuo,& eorum,quorum gerunt negotia,poſſunt ini
re contractus:cuius nomine in dubio præſumemus contra
ctus,& alia geſsiſſe?dic vt no.Bar.in l.poſt mortem.ff.quan
do ex fac.tu.& l.ſi ita ſtipulatio.§.Chriſogonus.de ver.obl.
vbi perſona extrinſeca non intelligitur in contractu.& cir-
ca hoc vnum not. quòd quando præcedit mandatum ali-
cuius de aliquo faciendo:& tu facis poſtea , licèt non ex-
primas te facere nomine illius:tamen præſumitur,ꝙ nomi
ne illius,& pro ipſo feceris,vt l.qui ſeruum.de inter. ac. &
quod no.in l.ſi pupilli.§.1.in glo.mag.de neg.geſt.quod eſt
verum,quantùm ad mandantem:quia ipſe habet actus mā
dati contra facientem:& faciens contra eum non, quantùm
ad illum,cum quo contrahitur:niſi hoc ſciuerit,vt l.ſed Iul.
§.1.ff.ad Mace.& ita no.Bar.in l.qui in aliena.§.ſi is qui.de
acqui.hære.

ADDITIO.

a ¶ Imperſonalitas . dic quòd imperſonalitas non vitiat legatū, l.ſi ſeruus.§. qui margaritam.de le.1.tex.& Bal. in Auth.ſi quando.C.de conſti.pec. Alex. in l. ſtip. §. ſi quis ita.de verb.obli.

*SVMMAE.*

1 *Bannimenta per edicta fiunt in carnali matrimonio.*
2 *Verba aliquando ſunt intelligenda contra propriam ſignificationem ex communi vſu loquendi.*
3 *Fama probatur per vnum teſtem , qui ſit notabilis , ac grauis perſona.*
4 *Fama ſi eſt contra aliquem , poteſt teſtes producere ad probandum contrariam famam.*
5 *Iudex ſuper fama poteſt ſe informare de plano , & ex officio.*
6 *Inquiſitio veritatis committitur arbitrio iudicis.*

CVm in tua. Ad denunciationem
vnius honeſti viri,
qui defert conſanguinitatem : & de eius fama,
vel ſcandalo docet , impeditur matrimonium contrahen-
dum. & ponitur conſultatio. Secundò ipſius reſponſio. ibi
1 [ ad quod.]¶ Not.1.quòd † ſicut in matrimonio ſpirituali
debent poni edicta,ſi quis velit ſe opponere,infra de elect.
c.fina.lib.6. Ita & in carnali matrimonio fiunt bannimen-
ta per edicta , vt hic.per edicta autem melius , quàm per
vocem præconis, talia innoteſcunt, vt Authen. qui ſemel.
C.quomodo, & quando iud. ¶ Secundò not. quòd Papa
deſeruit vulgari uſui loquendi vigenti in loco. ſimile infra
de hære.c.accuſatus.§.ſcdo.lib.6.& iuriſperitus vtitur ver-
2 bis ruſticorū.ff.de le.3.l.ſi chorus.† ex cōmuni enim vſu lo
quendi quandoque ſunt verba intelligenda contra pro-
priam ſignificationem . facit l. Labeo . ff. de ſup. leg. &
ſupra c.ex literis . ¶ Tertiò not. quòd quandoque fama
dicitur de eo,quod priuatim ad iudicem fama defert. quo
caſu iudex debet de iſta fama inquirere,etiam nemine nū-
ciante. In iſtis enim ſpiritualibus iudicis officium eſt latiſ-
ſimum , vt ſupra de elect. c. cum nobis olim . & hoc ideò,
quia verſatur in eis animarum periculum : de quibus præ-
lati debent reddere rationem Deo. vt ſupra de offic. or. c.
3 irrefragabili . ¶ Quartò not. † quòd per vnum teſtem,
qui ſit notabilis,ac grauis perſona, probatur fama : & hoc
verum quò ad impediendum matrimonium contrahen-
dum.quod facilius impeditur , quàm contractum dirima-
tur.in nō contrahendo enim vertitur modicum præiudiciū:
ideò leuior probatio ſufficit:puta vnus teſtis cum fama, vt
hic. ſecus ſi de magno præiudicio ageretur : quia tunc vni
teſti cum fama nō creditur,vt not.ſ.de teſti.c.veniens. & c.
tam literis.facit quod no.in l.3.ff.de teſt.glo.tamen,quæ in
cipit,ſentit,ꝙ iſte,qui veniebat ad impediendum matrimo
nium,erat denuncians,& non teſtis.Nam contra vnum te-
ſtem cum fama non videtur contraria probatio , vt ſentit
illa glo.credo contrarium,ſi iudici videbitur,vt in illo tex.
4 ¶ Quintò not. † quòd ſi eſt fama contra aliquem , poteſt
teſtes producere ad probandum contrariam famā : vnde
ſi probatur aliquem eſſe malæ famæ:poteſt probare ſe eſſe
a bonæ famæ.a ita dicit glo. quam no.& adde quod no.i.eo.
c.is qui.in glo.magna.& no.In.ſ.de ele. c.bonæ memoriæ.
in glo.no.ꝙ in illo facto.& i.de accu.c.qualiter & quando.
in prima gl.circa medium ibi[ſi actor probet]&c.& cap.
inquiſitionis.in fi.vbi Inn.no.contrarium. & de hoc etiam
5 per Io. An.in c. cum oportet. i. de accu. ¶ Sextò no. † ꝙ
ſuper fama iudex de plano,& ex officio poteſt ſe informa-
re.vnde dicit Inno. & etiam glo. ꝙ ſine ordine iudiciario:
& ſine teſtib.poterat quis certiorari de fama. & vide quod
no.Io.An.ſ.de poſtul.cap.1.ſuper verbo requiſitus.per qđ
intelligas,quòd hic dicit de teſtibus:& habebis concor. ſe
6 cundùm Io.And.¶ Septimò no. † quòd inquiſitio verita-
tis cōmittitur arbitrio iudicis, & etiā cui magis credat,vel
famæ,vel teſtibus probātibus contra famam:non enim ſu-
per his,quæ in facto conſiſtunt, poteſt ius inſtruere iudicē:
ideò dicit tex.[ tu magis ſcire potes,quanta ſit teſtibus fi-
des adhibenda. ] in l.3.ff.de teſt. cum enim ex varijs varia
præſumantur:& propter varietatem temporum,& maliciā
hominum plus in vno loco,quàm in alio,nō poſsit dari cer
ta regula:arbitrio iudicis cōmittēdū fuit.facit ſ.de tranſac.
c.fi.illa quidē,quæ in facto conſiſtunt, iura non audent dif
finire,vt l.mora.ff.de vſur.facit quod no.Inno.ſ. de proba.
in c.in præſentia .¶ Oppo. dicitur, quòd ad dictum vnius
ita demum impeditur matrimonium, ſi ſit perſona grauis.
ſed contra hoc oppo.& videtur,ꝙ impediatur, etiam ſi ſit
leuis,vt ſ.c.præterea.ſo.dicit glo.ꝙ ibi loquitur,cum impe
dimentum trahit originem à perſona denunciante.ſed cer
tè ſecundùm hoc minus deberet credi.de confeſ.c.1. & de
teſti.c.veniens.dicit Hoſtien.hoc arbitrarium:vt epiſcopus
poſsit admittere etiam turpes perſonas, hoc denunciantes
(ſi ſibi videbitur )propter periculum animæ.2.q.1.c.ſi pec
cauerit.vbi de hoc.& ſi ſibi videbitur,repellat. ¶ Secundò
opp.de iſto tex.ad ſeipſum , primò cōtra priuatam famam
prohibet recipi iuramentum parentum. deinde contra fa-
mam,& vnius teſtimonium mandat recipi iuramenta pro
pinquorū. videtur ergo tex. contradicere ſibijpſi. Sol.dicit
Io.An.ideò prohibet recipi parentes:quia ſe offerebant.&
ſic tanquam ſe ingerentes erāt ſuſpecti,vt l. quæ omnia.ff.
de procura.non ita ſe ingerebant iſti propinqui.vel poteſt
dici, ꝙ hic parentes ſumantur pro genitoribus tantū:ſicut
4.q.3.c.parentes.non pro cōſanguineis:ſicut ponitur. 3.q.
5.c.1.& 35.q. 6. cap. de parentela. vnde quia hic paren-
tes tractabant,& erant auctores de matrimonio filiorū:me
ritò ipſorum teſtimonium , tanquam in facto principaliū,
erat ſuſpectum : aliorum verò cōſanguineorū non ingeren
tium admittatur, vt hic. quæ ſo. recidit in idē cum prima.

ADDITIO.

a ¶ Bonę famę. An ſemper ſit curādū de bona fama apud omnes.vide Io.de Tur.cre.in ca.ſen.11.q.1.

*SVMMAE.*

1 *Sponſus, & ſponſa recipiunt benedictionem à presbytero: & quid debeat monere.*



2 *Aſſeueratio ſimplex partis nō præiudicat legitimæ probationi teſtium.*
3 *Matrimonium debet probari legitimis teſtibus.*
4 *Mulier admittitur ad probandum , quòd in virum veraciter non conſenſit:& ſic negatiuam.*

COnſultationi. Mulieri , quæ ſe
negat in matri-
monium conſenſiſſe, non creditur,marito pro-
bante contrarium:ſed ſi probat ſe conſenſiſſe per metum,
qui potuit cadere in conſtantem:non tenet matrimonium.
1 duos caſus determinat.ſecunda.ibi [ ſane.] No.primò † ꝙ
ſponſus, & ſponſa recipiunt benedictionem à presbytero:
qui debet eos monere,vt biduo,vel triduo , vel ſaltem pri-
ma nocte in virginitate permaneant . 23. diſ. c. vlti. 30.
2 q.5.c.aliter.Thobiæ . 6. & 8. ¶ Secundò not. † quòd ſim-
plex partis aſſeueratio non præiudicat legitimæ probatio-
ni teſtium.non enim partibus:ſed teſtibus eſt credendum.
ſimiliter non creditur iudici aſſerenti aliquid , quod per
acta nō appareat.ſ.de proba.c. quoniam. & de teſti.c.à no
bis.facit l.qui accuſare.C.de eden.¶ Tertiò no.† quòd ma
3 trimonium debet probari legitimis teſtibus:quia niſi appa
reant probationes:matrimonium non præſumitur:ſed ſtu
prum,vel adulterium.30.q.5.c.aliter.quod intelligas in fa
cto recenti : ſi enim longum tempus lapſum eſſet ( pono.
40. anni à tempore contractus ) ſufficerent præſūptiones
probabiles . ſcilicet quòd ipſam ſemper tenuit in vxorem.
ſcilicet ad menſam:& ad lectum . & extra prædicta. C. de
nup.l.ſi vicinus . ff. de ritu nup.l.in liberæ.Idem in clande-
ſtinis.nec mirum : quia per tales præſūptiones nedum im-
peditur matrimonium:ſed etiam ſeparatur.ſ. de præſūp.
c.3.& c. præcedenti. & ibi de hoc,ſecundùm Hoſti. & hoc
facit ad illa,quæ dixi.ſ.eo.c.tuæ.¶ Quartò not.quòd poſt
benedictionem admittitur ad probandum,quòd in dicto
matrimonio veroſimiliter non conſenſit . & hoc verum , ſi
ſtatim fugit:ſecus ſi remaneret , etiā ſi diceret ſibi diſplice
re.de ap.c.ſolicitudinem.¶ Quintò no.† quòd mulier ad-
4 mittitur ad probandum, quòd in virum veraciter non con
ſenſit:& ſic negatiuam.& hoc ideò,quia prægnans,vt ſ.de
renun.c.ſuper hoc . ſecus in purè negatiuis.facit quod not.
plenè Ioan.And.ſ.de elect.c.bonæ me.mag. ¶ Sextò no.
quòd ſi quis nititur contractum reſcindere ratione metus:
debet probare talem metum , qui potuerit cadere in con-
ſtantem.facit l. interpoſitas.C.de tranſac. & quod no. ſ.c.
de muliere.¶ Quæro,in primo reſponſo huius.c.ſimplici-
ter denegatur audientia iſtis mulieribus aſſerentibus con
trarium , dum dicit [ audiri non oportet. ] In 2. reſponſo
vult eas audiri. quare ergo magis in iſto , quàm in primo?
dicit Ioan.An.quòd in primo apparebant parentes,& alij
teſtes pro matrimonio : mulier autem ſimpliciter aſſere-
bat ſe non conſenſiſſe,vt patet ibi,dum dicit [ illarum ſim
plex aſſertio ] &c. Sed in ſecundo reſponſo non erat ſim
plex aſſertio , ſed colorata, dicendo ſe non veraciter con-
ſenſiſſe : quando enim contra aliquem eſt fortis præſum-
tio , non debet iudex de facili contra fortem præſumptio-
nem præbere audientiam,vt c.ſolicitè.& ſe. ſ. de reſti.ſpo.
& c.quia veroſimile.de præſump.oportet ergo,ꝙ coloratè,
& modo contrario veriſimili factum coram iudice dedu-
cat : vt ſic ad ſuſpicionem iudicem adducat,vt l.in le.Aqui
lia ſi deletum.ff.ad le.Aqui.& quod no.Bar.in l.admonen-
di.ff.de iureiu.& iſta eſt differentia inter primum caſum,&
ſecundum.

*SVMMAE.*

1 *Factum alienum quis poteſt promittere, adijciendo pœnam.*
2 *Notarij varijs modis loquendi vtūtur in contractibus.*
3 *Matrimonia debent eſſe libera.*
4 *Debitor poteſt agere, ne vexetur occaſione indebitæ obligationis.*
5 *Cognoſcens de principali,cognoſcit & de acceſſorio:etiā ſi de principali quæſtio non emergat.*
6 *Arrha,& pœna qualiter differant.*
7 *Promiſi me curaturum,quòd talis ingredietur monaſterium:vel quòd talis abbas recipiet : & traditæ ſunt arrhæ,quòd non valet talis promiſſio.*
8 *Teſtator legauit monaſterio centum, ſi abbatiſſa receperit in monialem Bertam:an monaſterium poſſit petere centum,licèt nolit eam recipere.*
9 *Teſtator reliquit filiæ mille:ita quòd non nubat mercatori:aliàs ipſa perdat.nupſit militi:an perdet ea.*
10 *Pignus an poſſit interuenire in ſponſalibus.*
11 *Confeſſio, quæ fit in inſtrumento,non habetur pro veritate:vbi poſſet fieri fraus legi.*
12 *Promittens contrahere ſponſalia:ſi recuſat,an teneatur ad intereſſe.*
13 *Extraneus promiſit ſe facturum,& curaturum , quòd Berta,cum erit ætatis legitimæ,contrahet cum Martino ſub certa pœna:deinde iſte extraneus,adueniente ætate legitima,fecit quicquid potuit,vt Berta contraheret:ſed noluit cōſentire:an iſte inciderit in pœnam.*

GEmma. In matrimonijs,& ſponſalibus
debet eſſe libertas : vnde in eis
pœnæ promiſsio non obligat.h.d. & duo facit.in
prima parte ponit mulieris querelam. In ſecunda dat ſibi
iudicē.ibi[ cum itaque.]¶ No .primò,ꝙ iſta Gēma permi
1 ſit,quòd filiam infantem traderet huic B.ſub pœna † & ſic
promiſit factū alienū;qđ regulariter eſſe poteſt, adijciendo
do pœnam,vt.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.de verb.obli.ſine pę
na verò regulariter nō poteſt quis promittere factum alie
num:niſi in caſibus,de quibus ibi , & Inſti. de inuti. ſtipu.
§.ſi alij.hic verò non tenuit promiſsio,etiā cum pœna:quia
matrimonia debent eſſe libera,vt hic.ver.cum itaque.¶ Se
cundò no. ꝙ parentes nomine filiorum infantium contra-
xerunt ſponſalia : & loquitur in matre.& ſic in tali contra-
ctu parem poteſtatem videtur habere mater:quam habet
pater.ſicut dicimus in vouendo tales impuberes religioni:
habet enim eandem poteſtatē mater,ſicut pater.quod dic,
vt ſ.de reg.c. 2. regulariter verò maior eſt poteſtas patris:
quia habet filium in poteſtate:non mater,vt Inſti.de adop.
§.fœminæ.ex qua patria poteſtate multa commoda habet
pater,vt patet.C.de bo.quæ lib.l.cum non ſolū.cū ſi.¶ Ter
tiò no.ꝙ pœna hic fuit promiſſa p ſtipulationē:nudo enim
pacto nō vr valere pœnæ promiſsio:ſicut ēt nec vſurarum.
vt ff.de ſeruis expor. l. ſeruus ea lege. Si autem nudo pacto
adijciatur pœna cōtractibus bonæ fidei,vel alijs.dic,vt no.
in l.ſi pacto quo pœnā.C.de pac. & l.petens.¶ Quartò no.
ꝙ pœna fuit appoſita per hæc verba pro parte , quæ contra
ueniret.quādo autem dicatur quis contrauenire:dic,vt no.
in l.ſi quis maior.C.de tranſac. & dixi.ſ.de foro compe. c.
2 ſi diligenti. † varijs enim modis loquendi vtuntur notarij
in cōtractu. quādoque dicūt [ promiſit non cōtrauenire ]
qñque [ nō cōtrafacere ] qñque [ nō petere. ]qñq; nō mo
leſtare. ]qñq; [ qōnē,vel cōtrouerſiā nō mouere: ] dic , vt
3 dixi.& per Bar.in l.amplius non peti.ff.rē ra.ha.¶ Quintò
no.† ꝙ matrimonia debent eſſe libera:& metu pœnæ non
debet quis cogi ad matrimoniū cōtrahendū, vt hic.& l.Ti
tia.ff.de ver.ob. vtrùm autē ſpe præmij poſsit quis ad ma-

trimonium inuitari cum perſona certa, aliàs præmio ca-
4 reat:dicam infra.¶ Sextò no. † quòd debitor poteſt age-
re, ne vexetur occaſione indebitæ obligationis: licèt ergo
directò non poſsit cogere creditorem: vt contra ipſum
agat,vt C.vt nemo inuitus.l.1.tamen quando obligatio eſt
inefficax,poteſt agere,ne moleſtetur. ſed hoc ideò contin
git: quia creditor moleſtabat illam dominam. quod patet
ex tex.ibi [ nititur extorquere ] &c.idem credo,ſi non ni-
teretur:ſed ſileret,vt hoc caſu debitor tutus exceptio.poſ-
ſit agere, vt ab illa promiſsione inualida liberetur, ſaltem
de facto,ar.l.ſi contendat.de fideiuſ. vbi agi poteſt, vt ali-
cui ſilentium imponatur. ad hoc l.Aurelius.§.ſi centum.de
lib.leg.& plenè per Barto.in l. ſi finita.§.eleganter.de dam
no infe. ¶ Septimò not. quòd hic erat quæſtio inter
laicos: & tamen aditus fuit iudex eccleſiaſticus: & hoc
ideò,quia iſta pœna erat de appendicijs,& acceſſoria ma-
5 trimonio: † ideò qui cognoſcit de principali: & de ac-
ceſſorio, etiam ſi de principali quæſtio non emergat, vt
hic.& ĩ.de do.inter vi.& vxor. c. de prudentia.¶ Oppo.di-
citur hic,quòd matrimonia debent eſſe libera à metu pœ-
næ.Sed contra de l. vlti.C.de ſpon. ſo. dicit gloſſ. quòd illa
l.loquitur in arrhis: in quibus ſtatutum eſt, quòd ſi ſtetit
per dantem,perdit arrhas.ſi verò per recipientem, reddit
duplicatas:niſi expreſsè dictum ſit, quòd quadruplicatas,
vel triplicatas reddat.C. de ſpon. l. mulier. 1. reſponſo.&
§.quadrupli.Iſte verò. text. loquitur in pœna. ¶ Sed inci-
6 denter quæro. † quæ eſt ratio differentiæ inter arrham,
& pœnam:videtur dicere, quòd nulla ſit ratio diuerſitatis:
imò eadem eſt ratio vtrobique. & debuiſſet eſſe idem ius:
licèt aliud ſit, ſecundùm leges, vt d.l.ſi.& ſic videtur ſenti-
re.Bart. quòd illud ſit ſecundùm canones: & quòd arrhæ
non poſsint interuenire.Hoſti. reprobat in gloſſ. & dicit,
quòd in hoc non debet poni, ſiue ſtatui ius diuerſum à le-
gibus,imò idem ius:erit ergo ratio, ſecundùm eum: quia
pœna ſolũ promittit:arrha verò dat.& ſic facilius promit
teret qs mille noĩe pœnæ,q̃ ſolueret cẽtũ noĩe arrharũ.ad
hãc rõnẽ vide qđ no.in c.ſtatutũ.ad ſi. ſup verbo remiſsio
ne. ĩ.de reſcrip.li.6.Itẽ quia arrhę dari ſolẽt in parua quã
titate:pœnæ verò ſolent eſſe magnæ.ideò plus concutit, &
timorem infert magna pœna, quàm parua arrha.facit pro
hac ratione.c.& ſi quæſtiones.de ſi. & omnia iura,quæ di-
cunt,de modicis non curandum.s̃. de reſcrip.c.ſi proponẽ
te.in glo. Hoſtien. reddit aliam rationem: quia arrha da-
tur:& in traditione rei ſuæ quilibet poteſt apponere omne
pactum, quod vult,vt l.in traditionibus.ff.de pac.Item re-
tinetur,& ſaluatur, ſi ſequatur matrimonium. In ſtipu.pœ
næ nil datur:& ſi contrahatur matrimonium,nulla reten
tio ſperatur. vnde in arrha præſumpſit lex, quòd contra-
hens amicabiliter inducatur propter lucrum retentionis
arrharum ad matrimonium.In pœna verò non eſt liber cõ
ſenſus propter timorem incuſſum ex ſtipulatione pœnali.
repellatur ergo.vt odioſa:& arrha,vt fauorabilis,admitta-
tur.remittit ad ſummam eo.tit.§.& vendicatur.Io.An. hic
non facit differentiam inter arrham,& pœnã:ſed in vtriuſ-
que,vtrùm valeat,vel non:debemus hoc ex quantitate me
tiri: vt ſi arrha fuerit exceſsiua nimis, vt de facto ſe vidiſſę
refert:ita reprobetur, ſicut appoſitio magnæ pœnæ.pone
enim,pauper nomine arrhæ recepit mille:ſi reddiderit du
plicatas,vel quadruplicatas,nil ſibi remanebit:non videtur
dubium timore huiuſmodi matrimonij contracturũ.& ecõ
uerſo,ſi arrha data fuerit in modica quãtitate debet valere:
ſimiliter & appoſitio paruę pœnę:ſi fortè erãt diuites pro-
miſſores.& ſic exceſſus vitiet arrhã,ſicut pœnam:& mode-
ramen vtriuſque debet recipi.Non ob.ſecundùm eum,l.ſi.
C.de ſpon.quia conſiderauit frequentiam; vel quod com-
muniter fieri ſolet. iſta eſt opi. Ioan.And.& videtur ſibi
æqua:quam ſequuntur Iaco.de Ra. Pet. & Cyn. in d.l.fin.
Barto. dicit, quòd non intendit recedere ab opi. gloſſ. &
Innoc. ſcilicet quòd eſt facienda differentia inter pœnam,
& arrhas: nã omnis pœna conuentionalis, quantuncun-
que modica,ſecundùm eum, non valet, primò per dictam
l.ſi.in ſi.de ſpon.quæ ſimpliciter loquitur,neque per alium
diſtinguitur.item per l.neque.C.de nup. cum glo.quæ dicit
quòd etiam ſi 10.promittuntur,non valet:& illa eſt modi-
ca quantitas.Item per l. ea,quæ. de dona. inter vi. & vxo.
vbi dicit tex. de 20. quæ eſt modica quantitas: & tamen
non valet,niſi à donatore procederet.Item per l.ſi ſtipula-
tio ita facta.de ver.obli.vbi contenti eſſe debemus pęnis le
galibus. & ſi per vnum denarium eſſet vltra, non valeret.
Item per l.Titia.eo.tit.Non ob.l.ſi. C. de ſpon.inquantum
promittit paciſci vſque ad quadruplum:quia illa eſt pœna
legalis,ex eo,ꝙ de mente legis interponit, vt in ſimili dicit
Bar.in l.in conuentionalibus.de ver.obli.& ita dicit Bar. in
l.Titia.ff.de ver.ob.vide conſilium Do.Fede. 164. concor.
cum Bar. ¶ Secundò op.in iſto c.mater pro filia promiſit.
& ſi contraueniret, promiſit pœnam:ſed mater quò ad fi-
liam eſt perſona extranea,vt l.1.§.extraneũ. ff. de rei vxo.
ac.& ſic videtur,quòd teneat pœnæ appoſitio:quæ non cõ
trahentes,ſed extraneos concernit: nec per hoc poſſunt di
ci matrimonia minus libera,vt l.ſi mulieri,& Titio.ff.de cõ
di.& demon.ad hoc allegat Io.An.l. 1. C. de indic. vi. & l.
hæres meus.§.1.de condi.& demon.So. dicunt quidam, ꝙ
quandoque ſtipulatio pœnalis concernit contrahentes ma
trimonium:vel habentes poteſtatẽ in cõtrahẽtes,& nõ va-
let,vt hic.aut perſonas extraneas,quæ nullam habent coer
ctionem in cõtrahentes:& tunc valet, vt in cõtrarijs.& iſta
eſt diſtinctio Vin. quam approbat Hoſti. qñ extranei pro-
mittunt inter ſe aliquid dari: vel fieri, ſi tales non contra-
xerint:ſecus autem,ſecundùm eum,ſi promittantur ſpon-
ſalia nomine mulieris, adiecta pœna nomine ſuo,ſi nõ fiãt:
quia tunc non tenet pœnæ promiſsio acceſſoria in princi-
pali,quod debet eſſe liberum.Iſta ſubdiſtinctio non habet
rationẽ reſpectu extraneorũ ſtipulãtiũ ſibijnuicẽ pœnam:
quia contractus matrimonij nõ magis hoc ſecundo caſu,
quã primo poteſt dici principale:nec magis obligatio de-
bentium contrahere matrimonium, glo. in d. l. Titia. dicit
ſimpliciter tenere promiſsionem extranei. Alij ſic diſtin-
gunt:aut vnus coniugum promittit extraneo: & tunc pro-
miſsio infirma. aut promittit extraneus extraneo:tunc re-
fert, an contrahere debentes ſint ſubiecti promittentibus
pœnas:& tunc eadem ratione nõ valet. ff. de in ius vocan.
l.1.& 2.Aut non ſunt ſubiecti:& tunc,aut eſt tanta coniũ-
ctio inter ipſos,quòd non eſt veroſimile illos reſilire à con
tractu:& tunc idem,vt l.hæres meus. ad fin. de hære. inſti.
& d.l.Titia. aut ſunt omnino extranei: & tunc teneat pœ-
næ promiſsio. ff.de condi.& dem.l.cum ita.& l.1. de indic.
vid.ita dicit Io.An.qui ſubdit poſt Abb. quòd ſæpe experi
mur,vbi obligatur de obligatione compromittẽtium pro-
mittunt extranei.remittit ad no. per eum in Spec. de arbi.
§. 1. ver. quid ſi compromiſſum.in ſuppletione, quæ inci-
pit. Dyn. verò tenuit etiam ibi.& iſtam diſtinctionem ſu-
pra proxi. approbat Barto.in d. l. Titia. & hoc in matri-
7 monio carnali. † quid in ſpirituali: promiſi me cura-
turum,quòd talis ingredietur monaſterium, vel quòd ta-
lis abbas recipiet: & traditæ ſunt arrhæ. dicit Barto.
quòd indiſtinctè non valet: quia ſiue metu pœnæ: ſiue
ſpe arrhæ: ſiue alio quocunque modo aliquid interueniat,
ſimonia eſt. ĩ. de ſimo. c. non ſatis. remittit ad ea, quæ
not.in d.l.Titio cẽtum.§.1.¶ Tertiò opp.& videtur,quòd
in matrimonijs poſsit adijci pœna,vt l.Titio centũ.§.1. de
cõdi.& demõ.ſo. pœna adiecta matrimonio cõtrahẽdo re
mittitur,vt hic: ſed cõditio,per quã quis ab ex̃neo inuitat
ad matri-



ad matrimonium, non ſpernitur, vt ibi.aliud eſt enim li-
bertatem matrimonij metu pœnæ auferri. aliud certa lege
8 ad præmium inuitari,vt ibi. † Et hoc facit ad q. teſtator le
gauit monaſterio centum,ſi abbatiſſa receperit in monialẽ
Bertam:an monaſterium poſsit petere centum, licèt nolit
eam recipere?quod non videtur:quia conditio videtur ſimo
niaca:ergo reijcienda,vt l.obtinuit.de condi.& demon.con
iuncto.c.non ſatis.de ſimo.& l.ab adminiſtratione.C.de le.
cõtrariũ fuit conſultũ per illũ.§.quia inuitari ad matrimo-
nium ab extraneo,non eſt prohibitũ:ab altero verò ex con
trahentibus vr̃ reprobatum, vt l.ſi ſtipulatus fuero te ſiſti.
§.ſi.ff.de ver.ob.& eo.ti.l.Titia.vbi per Bar.circa princ.ap-
9 paratus ſui.¶ Dominus Oldra.conſuluit in q̃one ſi.† teſta-
tor reliquit filiæ mille,ita ꝙ non nubat mercatori:aliàs ipſa
perdat:quare ſi nupſerit militi,ꝑdat ea. dicit ita vr̃ dicẽdũ,
ꝙ non:quia licèt matrimonia tam in contrahendo, quàm
in diſſoluendo debeant eſſe libera ab omni obligatione pœ
narum,vt l.Titia.de ver.ob.& iſto.c.& hoc tam inter ipſos,
quàm inter alios: quorum interpoſitio poteſt ad fraudem
dictæ l.accedere,vt ff.de condi.& demon. l. hæres meus. §.
vlt.tamen aliquid ſub huiuſmodi lege relinqui,non eſt pro-
hibitum:quaſi ſub ſpe cuiuſdã lucri ad certas honeſtas nu-
ptias inuitari.ff.de condi.inſti.l.vter ex fratribus.C.de inſti.
& ſubſti.l.2.& l.Titio centum.§.1.de condi.& demon.& li-
cèt tale præceptum videatur pœnã continere.C. de his,quę
pœ.no.l.vnica.& ff.de his,quæ pœnæ no.l.2. tamen ſecun-
dùm eum, rei veritate attenta, pœna non infligitur, per
quam aliquod propriũ abſit: vel abfuturum ſit: vnde pro-
priè pœna nõ eſt,ar.ff.de dam.infec.l.damnum.& l.Procu-
lus.ſed eſt certa lex,& conditio appoſita rei,quæ datur:qđ
eſt licitũ.ff.de pac.do.l.ob res.& ff.de ſol.l.1.nec refert,vtrũ
à principio huiuſmodi conditionis relinquatur: an purè re
lictũ ſub conditione huiuſmodi adimatur.ff.de adi. leg. l.ſi
legatum purè.& ita dicit Oldra.conſi. 16.¶ Venio ad q.&
primò quæro.dictum eſt.s̃.quòd in ſponſalibus poteſt in-
a teruenire arrha: [a] ſed non pœna. † ſed an poſsit interueni-
10 re pignus.videtur quòd ſic; quia pignora dicuntur arrhę.
vt C.de remiſ.pig.l.1.ad hoc.ĩ.de dona.inter vi.& vxo.c.&
ſi neceſſe.& de arbi.c.expoſita.Hoſt. dicit pignora hac oc-
caſione data retineri non poſſe.ita no.ĩ.de eo,qui cog.con.
vxo.ſuæ.c.veniens.2.Gui.in Spec.de ſpon.§.1.in ſi. dicit pi-
gnora interuenire poſſe.ratio eſt,ſecundùm eum: quia ille,
qui tradit pignora,non ſe obligat:ſed illa perdit, ſi recuſa-
uerit.ſed pœnam promittens ſe obligat: & plerunque con-
ſulitur alicui per retentionẽ,cui non datur actio,vt ff.de do
li excep.l.Paulus.& eadẽ ratio in arrhis,quę in pignoribus.
ad hoc. l.1.C.ſi rec.prouin.Accur.in d.l.Titia. diſtinguit,ꝙ
aut pignus datur pro arrha:& tenet.aut pro pœna: & nõ te
net.& eam tenet ibi Bar.quicquid dicat Cy.in l.1. C. ſi rec.
prouin. aduertendum tamen, ꝙ quandoque pignus tradi-
tur ſimpliciter, non expreſſò,pro arrha, vel pro pœna. ſed
pro ipſo matrimonio:& tunc eſt loco arrhæ,vt d.l. 1. quod
eſt verum,ſi pignora tradantur realiter,& conſiſtant in quã
titate. ſi enim pro arrhis do tibi fundum: & conſtituo me
nomine tuo poſsidere,nõ ſufficit:quia de eſſentia arrhæ eſt
traditio,vt patet in.d.l.Titia.ibi [accepit.] & no.Inſti.de re.
di.§.item lapilli.plus dicit.Bar.ꝙ ſi fundus, vel ſpecies de-
tur pro arrha, etiam ſi tradatur, non habet locum dicta l.
fin.C.de ſpon.quia tex. loquitur ibi in re,quæ poteſt dupla
ri, vel quadruplari: ſed in ſpecie non cadit iſta duplicatio,
vt l.Lucius.§.impuberem.de leg. 2. & per hoc, quod dixi,
quòd in arrhis requiritur traditio corporalis: tenet ibi
Bar. quòd ſi arrhæ verbo tenus promittuntur, non valet:ſi
tñ altera partiũ cõfiteret in inſtrõ ſe recepiſſe arrhas:vel tã
tũ nomine arrharũ ( nec aliter cõſtat de numeratione ) ſta
retur cõfeſsioni:niſi aliter probaretur fraus,per l.Publia.ff.
depo.Dominus Fede.dicto conſilio.2.& conſi. 189.videtur
11 ſentire contrarium,& melius videre meo.† cõfeſsio.n.quæ
ſit in inſtrumento,non habetur pro veritate, vbi poſſet fie-
ri fraus legi,vt l.cũ quis.§.ſi.ff.de leg.3.& nõ eundem effe-
ctum importat confeſsio,quem numeratio pecuniæ, vt l.ſi
ex cautione.& per totum.C.de nõ nu.pec. quia igitur pro-
prium,& ſubſtantia arrhæ eſt numeratio: confeſsio ſola nu
merationem non probat.facit l.ſi quis poſthac.C.de bo.dã.
Item eadẽ pronitate, ſiue facilitate, qua quis promitteret
mille nomine pœnæ:eadẽ facilitate confiteretur ſe recepiſ-
ſe mille pro arrhis.vbi ergo par,& ſimilis deceptio, eadem
debet eſſe iuris prouiſio in obuiando fraudibus,vt l.doli. §.
12 diuerſum.ff.de doli.excep. ¶ Secundò quæro † ſi quis pro-
mittit contrahere ſponſalia,& recuſat:an teneatur ad inte-
reſſe?glo.in dicta l.Titia.dicit ꝙ ſic.alibi dicit contrariũ. ff.
de ver.obli.l.ſi ſtipuler.& hoc cõiter tenet:& dicendo con-
trarium,ſequeretur,ꝙ ageretur ad pœnam,quanti intereſt,
cõtra hæc iura.ff.de ſer.exp.l.Titius.Dyn. diſtinguit, ꝙ aut
agitur ad intereſſe rõne damni: & tunc in eo, quod abeſt,
põt agi.quia non eſt pœna reſpectu agentis:ſed rei perſecu
tio.Aut agitur ratione lucri,quod futurũ erat matrimonio:
quod ei non obuenit,propter matrimoniũ nõ contractũ: &
tunc non agitur;cũ hic ſit ſpecies pœnæ,arg.ff.de fur. l.ſi is
cui.& de dam.infec. l. Proculus. ſed cũ per hoc impediatur
libertas matrimonij,dicunt quidã, quòd ſibi debet impu-
tare, qui damnum ſuſtinet ſciens, vel ſcire debens ſtipula-
tionem non tenere, ſecundùm Ioan. And. Bart. etiam hoc
tenet. ſcilicet quòd nullo modo poſsit agi ex illa ſtip.
niſi ille,qui recuſat implere, commiſiſſet dolum:tunc enim
ſi ego feci expenſas, tenetur mihi actione de dolo ad inte-
reſſe.& ita no.in d.l. Titia. ¶ Vltimò quæro. † quidam ex-
13 traneus promiſit ſe facturum, & curaturum, quòd Berta,
cum erit ætatis legitimæ, contrahet cum Martino ſub cer-
ta pœna:deinde iſte extraneus, adueniente ætate legitima,
fecit quicquid potuit, vt Berta contraheret:ſed noluit con-
ſentire. an iſte inciderit in pœnam? videtur quòd ſic: quia
difficultas præſtationis non liberat quem à pœna conuen-
tionali,vt l. continuus. §. illud.de ver. obli. ſed ibi loquitur
de commiſsione principalis ſtipu. à pœnali verò videtur
difficultas excuſare,vt l.ſi vehenda.§.pe.& ſi.ff. ad le.Rho.
de iac.& in hanc partem videtur inclinare dom.Fede.con-
ſilio.117.& per Bar.de materia in dicto.§.illud.

ADDITIO.

a ¶ Interuenire arrha.Vide gloſſ. in c. fœminę. in verbo annulus.30.quæſt.5.Et qua actione repetatur,Bald.in l. contractus. ver. deinde venio. C. de fid.inſtru. Spec. de ſolu. §. 5. & l. fin. C. quando lice. ab empt. diſcedere.

*SVMMAE.*

1 *Copula carnalis operatur, vt ſponſalia de futuro tranſeant in matrimonium de præſenti.& nu.2.*
3 *Probatio non eſt in contrarium admittenda contra præſumptionem,quæ à iure inducitur.*
4 *Pronunciatio pro vno eſt excluſio aliorum in rebus, ſiue iuribus,in quibus concurſus plurium non admittitur.*
5 *Conſtitutio expreſſa prouidens,quòd quicunque ſponſam ſuam cognoſcit,hoc ipſo ſit eius,quòd eſſet bona.*
6 *Duo dederunt ſibi fidem de contrahendo,& ſe inuicem abſoluerunt,& vnus alterum liberauit:& poſtea ſe carnaliter miſcuerunt,an ſit matrimonium.*

IS qui fidem. Sponſalia de futuro tranſeunt in matrimonium de præſenti per carnis copulam ſubſecutam:ſed non per niſum carnalis copulæ tantùm. h.d.cum.c.ſi.j.e.primò ponit dictum. ſecundò ſoluit obſtaculum, ex quo concludit
1 ſecunda,ibi[ quia licet ]tertia ibi [ ex quo. ]¶No.1.† ꝙ carnalis copula operatur,vt ſponſalia de futuro tranſeant in matrimonium de præſenti. quod eſt verum, ſecundùm Io. And. quando illa mulier ſic cognita poterat eſſe vxor: ſecus ſi non poterat ( puta, quia eius conſanguinea:vel alteri nupta, nam cum in talibus caſibus & ſimilibus matrimonium etiam contractum in facie eccleſiæ dirimatur, vt ſ.e.c. veniens.& c.1.multò magis iſtud matrimonium præſumptum dictis caſibus non valebit: quia non plus debet operari fictio:quàm veritas:imò in illis caſibus tantùm debet habere locum fictio,in quibus poſſet habere locum veritas,vt l.qui ad certum.ff. loca. ¶ Secundò no. ad hoc, vt illa ſimplex fidei datio tranſeat in matrimonium de præſenti,requiritur carnalis copula:qua ceſſante,non videtur, quòd cohabitatio donatoria:vel dotis conſtitutio hunc effectum producat:vt duo ſcilicet actus inducant matrimonium præſumptum.ad hoc.j.eo.c.fin.& c.1.de ma.contracto contra interdi.Ecc.Non ob.j.de deſpon.impu.c.1.lib. 6.vbi ſponſalia de futuro tranſeunt in matrimonium per cohabitationem:ibi enim loquitur de ſponſalibus,quæ ſecundùm mentem,& verba contrahentium erant de præſenti:licèt iuris interpretatione intelligantur de futuro.¶ Ter
2 tiò no.† ꝙ carnalis copula a ſubſequens poſt fidem datam de côtrahendo operatur matrimonium. ex duobus igitur, quorum neutrum per ſe ipſum ſufficeret,faciunt matrimonium.fidei enim datio hoc non facit,vt j.c.proxi.Item nec coitus:ſed ex iſtorum coniunctione reſultat matrimonium: ſicut ex titulo, & traditione coniunctis transfertur dominium:& tamen neutrum per ſe tantùm ſufficit,vt l.traditionibus. C. de pac. & l.traditio. ff. de acqui. re. do. refertur enim coitus ſubſequens ad præcedentem titulum. ideſt fidei dationem: & ex ea cauſa videntur ſimul coniungi:ſicut vſus poſſeſſionis refertur ad titulum præcedentem, vt l. quædam mulier.& ibi no.ff.de rei ven.& l.quidam.de condi.inſti.ſicut etiam inſtitutus hæres,adminiſtrando poſtea bona hæreditaria,videtur ſe gerere pro hærede,vt l.pro hærede.& l. gerit.de acqui.hære.cum ſi. ¶ Quartò no. quòd
3 †contra præſumptionem,quæ à iure inducitur,non eſt probatio in contrarium admittenda. eſt ergo iſta præſumptio iuris, & de iure. quæ non recipit probationem in contrarium,vt l.vnica.in priu.C.de rei vxo.ac.hoc verum,niſi per confeſſionem partis,vt no.in Auth. de æqua. do.poſt prin. vnde in caſu huius,c. ſi vir & mulier faterent copulam ſequutam poſt dationem interceſſiſſe animo fornicario, nô ratione præcedentis fidei: videtur iſta confeſſio contra præſumptionem, de qua in 1. c.admittenda per illam. G. licèt in contrarium faciat quod hic no. Ioan.An.vbi dicit, ꝙ contra ſecundum matrimonium, ſiue ſponſalia de præſenti ſecundò contracta non ſufficeret ſola confeſſio ipſius viri,& etiam mulieris,cui fidem dedit,ꝙ eam poſt fidei dationem,& ante contractum cũ hac ſecunda,cognouit:non enim crederetur eis in præiudicium ſecundi matrimonij, vt j.de eo,qui cog.conſan.vxo.ſuæ.c.ſuper eo. In hoc ergo c.conſtitit de carnali copula cũ prima:cui fidẽ dedit,aliter quàm per ipſorum côfeſſionẽ:aliter nô crederetur eis in præiudicium huius ſecundi matrimonij.de quo hic.¶ Quintò no.ꝙ eò ipſo,ꝙ côſtat aliquẽ prius legitimè contraxiſſe cũ vna:neceſſariò ſequitur,ꝙ côtractum ab eo matrimoniũ cum alia eſt nullum:quia non poteſt quis habere duas vxo
4 res eodem tempore, vt Inſti.de nup. §. item ſi adhuc. †In rebus enim, ſiue iuribus, in quibus côcurſus plurium non admittitur,pronunciatio pro vno eſt excluſio aliorum.vt iu c.ad petitionem.j.de accu.& ff.de procura.l. Pompo.§. 1. ¶ Op.& videtur, ꝙ Papa non poſſit inducere matrimoniũ præſumptum:quia matrimonium conſenſu contrahitur:& eſt de ſubſtantia,vt ſ.c.tuæ.& c.tua nos.Si ergo iſte vir cognouit iſtã mulierẽ coitu fornicario: & non animo contrahendi:non videtur,ꝙ canonica conſtitutio poſſit inducere matrimoniũ, vbi deficit côſenſus:quia côtra côſcientiã hominẽ vrgere nô pôt:& conſenſus valere.& licèt ſit.ſ.ius,tũ côſenſum, & diſſenſum, qui ſunt de iure naturali,corrumpere non pôt.vt Inſti.de iure na.gen. & ci. §. ſed naturalia. ſo.dicit Io. An. poſt Hoſtien. iſta conſtitutio propter hoc videtur periculoſa. & ſecundùm Vin. ſi vir fornicario affectu mulierem cognouit,non eſt in veritate matrimonium: nec deberet remanere cum illa : ſed potius excommunicationem pati:quam eccleſia ferre debet:quæ ſtat pro matrimonio præſumpto, & filij cenſebuntur legitimi : & ſi ipſe côtraheret cũ alia, cenſebitur bigamus. licèt nô ſit in veritate:nec audietur probatio côtra bigamiam:ſicut nec contra tale matrimoniũ præſumptũ,vt hic.Hoſt.dicit, ꝙ in vtroq; foro pœnitẽtiali, & côtentioſo obediendũ eſt Papæ : quia circa matrimoniũ non côſummatũ ſine offenſione Dei ſtatuere poteſt, quod ſibi placet,vt no.ſ.de conuer. coniu. c.
5 ex publico. fatetur tñ, † ꝙ bona eſſet expreſſa conſtitutio prouidens,ꝙ quicunque ſponſam ſuam cognoſcit: hoc ipſo ſit eius:nec audiretur,qui poſt conſtitutionem illam cognoſcens vellet dicere,quòd non conſenſit. ſicut nec audiretur, ſi per verba de præſenti conſenſit:niſi violentiã probaret, vel aliud rônabile. Ego credo, ꝙ iſta ſit illa conſtitutio,quam Hoſt.vellet Papam condere:quæ aliud non dicit,niſi ꝙ poſt ſponſalia de futuro,qui deſponſatam cognoſcit,cogitur eam recipere in vxorem, repulſa probatione, ꝙ eam alia intẽtione cognouerit. ſi enim verba de præſenti accipiunt iura pro vero matrimonio, ẽt ſine copula,vt j. c.prox..multò magis ſponſalia de futuro cum copula ſubſecuta debẽt inducere matrimonium de præſenti : quia clarior, & euidentior eſt declaratio voluntatis per actum facti,quàm per actum verbi,ar.l.de quibus.de legi.& l.certũ. ſi cer.pe.& præſumitur ſemper perſeuerantia voluntatis: niſi mutata probetur,vt c. maiores. ad ſi. de bap.& l. ſanci-
6 mus.C.de teſtamen.¶Quæro.pone † ꝙ iſti, qui dederunt ſibi fidem de contrahendo,ſe inuicem abſoluerunt:& vnus alterũ liberauit,& poſtea ſe carnaliter miſcuerũt:an habeat locum,quod hic dicitur.videtur,ꝙ idem. quia textus dicit, ꝙ côtra iſtud matrimonium præſumptum eſt probatio in contrarium admittenda.côtrarium ſen.it Io.And. & bene. per talẽ.n.abſolutionem fuerunt ſponſalia prima ipſo iure ſublata,vt in regula.nihil tam naturale.de regu.iur. ille ergo coitus ſecutus poſt nô reperit titulum aliquem matrimonialẽ, ſuper quo fundare ſe poſſit:& ſic cum ſit nudus, & ſimplex,matrimonium non inducit: poſtquam enim eſt à contractu receſſum , non poteſt reuiuiſcere:niſi interueniat actus retro ſimilis,vt l.ab emptione.ff.de pac.oportet ergo ad hoc,vt iſte coitus trahatur ad illam fidei dationẽ : ꝙ nô interueniat aliqua inhabilitas in extremis,nec in medio.vnde ſi deficit extremum à quo , ſcilicet quia conſenſus primus ſit extinctus:extremum ad quod,ſcilicet coitus, nihil prodeſt,vt dixi.idem econuerſo , ſi adſit extremũ ad quod:ſed deficiat extremum à quo:puta quia tpe, quo eã cognoſcit,effectus eſt furioſus:ſimiliter nô credo, ꝙ ſit matrimonium præſumptum.vnde ſi mulier,quæ ſponte fidem dedit de contrahendo, poſtea inuita, vel coacta cognoſcitur,non inducitur ex iſto coacto coitu matrimonium præſumptum,ſecundùm Io.And.ratio eſt,quam dixi:ꝗa debet eſſe habilitas extremorum.item & medij. vnde ſi poſt fidẽ datam de contrahendo alter ipſorum acciperet aliam per



verba de præſenti:rupta eẽt illa datio fidei,vt ſ. eodem. c. ſicut ex literis.in materia enim huius c. quod fundatur in quadã iuris fictione,debemus accipe regulã, quam tradit Bar.in materia fictionis:quæ eſt , vt extrema ſint ſemp habilia.Item fictio iſta locum habeat,vbi ſecundùm ius poſſet habere locum veritas.In caſibus enim, vbi verum matrimonium eſſe non poſſet,vel reſcindi poſſet : poterit tamen reſcindi iſtud præſumptũ:vt ratione metus : ratione conſanguinitatis:æffinitatis:frigiditatis:& cuiuſlibet alterius impedimenti. ad proxime dicta vide no.per Bart. de illa materia fictionum in l.ſi is,qui pro emptore.ff.de vſuca.facit l.bonorum.ff.rem ra.ha.cum ſimilibus.Item quod dixi.ſ.de coactione in copula.dicit Io.An. quòd habet locum in coactione abſoluta,quæ cadit in muliere,non in viro,vt ipſe no.ſ.quod met.cauſa.c.ſacris. conditionalis autem coactio intercedens,tenet ipſe, ꝙ non excuſet in foro contentioſo propter ſpontaneum conſenſum, qui præceſſit:& non admitteretur probatio, ꝙ coactè contraxerit. Glo.hic ponit materiam præſumptionum. de qua etiam ꝑ Hoſti.in ſumma de præſump.§.2.in Spe.de præſump. §. 2. & 54. di.c.fraternitatem.& 50.di.c.ferrum. & ff.quod metus cauſa.l.non eſt veroſimile.vbi de hoc.& 44.diſtin.cap. multis.ſ.de præſump.c.quia veroſimile.& de renun. c. ſuper hoc.

ADDITIONES.

a ¶Carnalis copula. Quæ in dubio præſumitur interueniſſe.Bal.in l. ſiue poſſidetis. verſi. deinde reſtat videre. C.de probat.Doct.in c.ex literis.de præſumpt.

b ¶Matrimonium.Matrimonium an ſit de iure naturali. vide Io.de Tur.cre.in c.ius naturale. 1.diſt.& 27. q.1.c. 1.& ibi an fuerit inſtitutum à Deo.

SVMMAE.

1 *Matrimonium contrahitur per verba de præſenti,vtroque loquente.*
2 *Matrimonium quando contrahitur de præſenti,quæ ſit forma verborum.*
3 *Matrimonium ſecundum , etiam confirmatum carnali copula , non rumpit ſponſalia de præſenti,prius contracta .*
4 *Sponſalia de futuro contracta primò , etiam cum iuramento , rumpuntur per ſponſalia de præſenti contracta poſtea.*
5 *Actus attentatus contra proprium iuramentum valet.*
6 *Plures ſi vendicant ſibi vnam in vxorem,ſi veniant diuerſo iure, ille præfertur , qui habet titulum magis validum.*

SI inter. Sponſalia de præſenti non ſoluuntur per ſequens matrimonium. etiã carnali copula conſummatum:ſed ſponſalia de futuro, & iurata , ſoluuntur per ſecuta ſponſalia de præſenti. duo
1 ſunt dicta.ſecundum ibi[ verum.]No. 1. † ꝙ per verba de
a præſenti,vtroque loquente, contrahitur matrimoniũ.& ꝑ hoc,ꝙ dicit[ vtroque loquente ]&c.colligit glo.ꝙ loquente altero tantu , non contrahitur.de quo dic,vt ſ.c. tuæ. & j. de coniu.ſer.c.ſi.in gloſ.ſi.& aduerte,ꝙ dicit[ vtroq; loquente]&c.Non enim declarat,an vno côtextu loqui debeant, nullo actu intermedio extraneo , ſed ſufficit,quandocunque alter reſpondeat.Io.An.tenet,ꝙ ad hoc vt matrimonium contrahatur , requiritur , quòd incontinenti reſpondeat:alias ſi reſponderet ex interuallo, non valeret contractus:quia extraneus actus inter interrogationem,& reſponſionem vitiat ſtipu.vt l.continuus.de verbo.oblig. Item vitiat teſtñ,vt l.ad teſtiũ.§.vno contextu.ff. de teſtamẽtis.& C.de teſta.l.antiqtas.& dixi de hoc.ſ.e.c.ex literis.¶Secũdò no.Io.An.ꝙ in matrimonio contrahendo prius profert verba vir,quàm mulier: tamen non eſt de ſubſtantia,& Pa
2 duæ ſeruatur contrarium,ſecundùm eum. ¶Tertiò not. † formam verborum,quando contrahitur matrimonium de præſenti:debent enim verba vnius verbis alterius correſpôdere:ſimiliter & hoc non eſt de ſubſtantia,vt omnino correſpondeant:ſed ſufficit qualitercunque conſtet de intentione per verba,puta viro dicenti[ ego te accipio in meam vxorem ]ſi illa reſpondeat[ contentor ]vel[ placet ]vel dicat [ & ego te. ]ſatis eſt ad interrogata reſponſum: quia ſimplex,& abſoluta reſponſio ſemper eſt in dubio referenda ad præcedentia verba,vt Inſti.de inuti.ſtip. §. præterea. & ff.de inter.ac.l.ſi defenſor.non enim debemus facere vim in verbis:ſed mentem conſiderare.j.de verb.ſign. c.intelligentia.& C. de li.præ.l.3. ¶Quartò no.in ver.quòd ſi fece
3 rit.†ꝙ ſecundum matrimonium etiam confirmatum carnali copula non rumpit ſponſalia de præſenti prius contracta:ſolus enim conſenſus facit matrimonium: & copula nihil, quò ad eius efficaciam:nec ductio ad domum. ſecus eſſet in acquiſitione rerum prophanarum, in quibus titulus poſterior cum poſſeſſione, ſiue traditione coniunctus præfertur habenti titulum priorẽ in tempore. de quo dic,vt no.in c.ſi tibi abſenti.de præben.li.6. ¶ Quintò not.
4 in ver.verum.†ꝙ ſponſalia de futuro contracta primò ,etiã cum iuramento, rumpuntur per ſponſalia de præſenti contracta poſtea: iuramentum igitur non eſt tanti roboris, vt ſponſalia de futuro faciat tranſire in matrimoniũ de præſenti:licèt faciat actum valere omni modo,quo melius poteſt,vt l.cum pater.§.filiis matrem.ff.de leg.2.Et collige ẽt
5 †ꝙ valet actus attentatus contra proprium iuramentum, de quo dic,vt dixi poſt Doc.ſ.de præben.c.dilecto.& in ti.
6 de teſtamentis.ſ.¶Sextò no.†ꝙ cum plures vendicant ſibi vnam in vxorem:ſi veniant diuerſo iure: ille præfertur, qui habet titulum magis validum:vt eſt ille,qui deſponſauit per verba de præſenti.ſi autem veniant eodem iure:ille præfertur,qui potior eſt in tempore,vt hic.& ſ.eod. cap.ſi cut ex literis . ſi aũt de prioritate , vel poſterioritate temporis non appareret:erit potior, qui eſt in poſſeſſione, vt ſ. de proba.c.licèt cauſam.in ſi.ſi autem neuter eſt in poſſeſſione:ſed ambo concurrunt:credo mulieris conſcientiæ relinquendum,cum quo primò ſe aſſerat contraxiſſe, ſi illo eam habeat.facit quod no.Hoſt.j.de ſpon.du.ſuper rubrica. vbi aũt neutrum vellet:an ſit cogenda eligere:credo,ꝙ ſic:poſtquam conſtat cum vtroque contraxiſſe per verba de præſenti.alterum enim eius eſſe maritum,quò ad Deũ, certum eſt,& apud ipſam:licèt apud iudicem incertum.facit.l.cum ad præſens.ff.ſi cer.pe.& Inſti.de ver.ob.§.ſed & ſi.¶Septimò no.ꝙ quandoque quis peccat contrahendo; & tamen contractus non vitiatur:ſed aliter ille punitur de violatione fidei.& hoc eſt ideò: quia reciſio non ſolum eſſet præiudicialis tranſgreſſori.ſed tertio,cum quo contraxit. ſi aũt ſoli doloſo pareret præiudicium,non valeret côtractus:ſed in eius odium reſcinderetur, vt l. eleganter. ff. de dolo.cum ſi.Item & alibi contingit, quòd valet actus, qui geritur contra iuris formam:ſoluta tamen pœna legali propter transgreſſionem legis,vt l. ait prætor. & ibi per Bar.ff.de no.ope.nun.

SVMMAE.

1 *Conatus circa aliquem actum , non eundem producit effectum, quem induceret , ſi actum illum perfeciſſet.*
2 *Forma contractus matrimonij de præſenti ſi deficit,non*

*ſuppletur per niſum carnalis copulæ:ſed per copulã,*
3 *Deſponſaui vnam per verba de futuro : & poſtea ſimul manſimus in eadem domo:vel aliter cũ ea domeſticè conuerſatus;an non probata aliter copula, erit inter nos matrimonium præſumptum.*
4 *Præſumptio duplex, non debet cadere circa eandem rem.*
5 *Argumentum à communiter accidentibus eſt licitum,*
6 *Matrimonium verum, quod dicatur. Quod præſumptum.nu.7.*
8 *Sponſus, cum tentaſſet cognoſcere ſponſam, aperta eſt ianua mulieris, & membrum viri intus miſſum:nõ tamẽ ſeminauit:an ſi poſtea contrahat cum alia per verba de præſenti, erit matrimonium cum ſecunda: vel cum prima ſic corrupta,vel tentata.*
9 *Quid ſi membrum viri non aperuit clauſtra pudoris: ſed intus ſemen effudit: an erit matrimonium conſummatum.nu.9,*

ADoleſcens. Summatum eſt.ſ.e. c, is qui. & ponit dictũ,
cauſam inſerens,ibi [ cum qua. ]¶ No.primò
ꝙ iſte textus loquitur in adoleſcente. qui niſus eſt cogno-
ſcere deſponſatam à ſe: ſecus eſſet,ſecundùm quoſdam, in
impubere deſponſato. qui ſi nititur poſt pubertatem co-
gnoſcere à ſe deſponſatam,fit ex illo niſu verum matrimo
niũ:quia ſola cohabitatio hoc facit,ſicut no.ĩ. tit. 1. c.at-
teſtationes.Alij,ſm̃ Inno.contra Io.An.remittunt ad no.ĩ.
1 de deſpon.impu.c.1.li.6. ¶ Secundò not.† ꝙ conatus cir-
ca aliquẽ actũ,nõ eũdẽ ꝑducit effectum,quẽ induceret, ſi
actũ illũ pfeciſſet.& hoc eſt,quod dicit tex.[ quid enim ob
fuit conatus,cũ iniuria nullũ habuit effectũ. ]in l.1.ff.quod
quiſque iuris.in fi.quandoque tamen conatus,& attentatio
reputatur pro opere conſummato:quia voluntas, & pro-
poſitum attenditur plus,quàm factum,vt in iuribus alle.in
glo.quæ allegat in illa materia pro & contra.de quo dic, vt
2 dixi.ſ.de biga. c. nuper. ¶ Tertiò not.† ꝙ forma contra-
ctus matrimonij de præſenti, ſi deficit, non ſuppletur per
niſum carnalis copulæ:ſed per copulam,vt ſ.eo.c.is qui.eſt
enim illud matrimonium præſumptum,vt ibi dicit tex.ſed
præſumi non debet à iure illud:cuius contrarium ad ocu-
lum demonſtratur.ſ. virginitas per aſpectum,arg.l. qui ad
certum.ff.loc.& quod dixi in dicto c.is qui.& per illud,qđ
hic dicitur, ꝙ niſus non operatur iſtum tranſitum : multò
minus donaria,oſcula, & communis habitatio : per quam
fortè,ſaltem per cohabitationẽ, præſumeretur cognita:&
3 haberet locum illud c.is qui.† pone enim, deſponſaui vnã
per verba de futuro : & poſtea ſimul manſimus in eadem
domo:vel aliter cum ea fui domeſticè conuerſatus.quæro,
an,non probata aliter copula,erit inter nos matrimonium
præſumptum.videtur ꝙ non:quia cohabitatio hoc non fa-
cit,nec niſus,vt hic:ſed carnalis copula . & ſi dicatur : car-
nalis copula præſumenda eſt ex iſtis actibus:reſpondetur,
4 ꝙ † duplex præſumptio, ſiue fictio nõ debet cadere circa
eãdem rem,vt l.1.C.de dotis promi.eſſet autem hic duplex
fictio iuris:vna,ꝙ præſumeretur cognita:alia,ꝙ ex iſta co-
gnitione præſumeretur matrimonium. In contrarium fa-
cit,ꝙ in dubijs debemus preſumere,qđ eſt veroſimilius:&
quod minus continet captionis, & periculi animarum, vt
5 ſ.eod. c. iuuenis. † Item arguendo à communiter acciden
tibus,quod eſt licitum,vt no.in l.neque natales.C. de pro-
ba.rarò contingit, ꝙ vir, & mulier ( maximè præcedentib.
ſponſalibus de futuro ) ſe inuicem non commiſceant, vbi
ſimul habitent:vel etiam conuerſentur.& hoc credo tutius;
& tenendum.Non ob.quod no.Io.An. ſ.eo.c.is qui.vbi ex
cohabitatione non inducitur matrimonium præſumptum.
dico enim illud verum,cum contraxit cum virgine:& quæ
virgo nunc deprehenditur . vel ſi contraxit cum corrupta,
probatur per domeſticos domus, ꝙ nunquam eam cogno
uit.quę negatiua eſt ꝓbabilis, vt pote coarctata loco,& tẽ
pore,iuxta materiã c.bonæ me.1.de elec.ſ.per Ioan. And.
aliàs hoc non probato ex cohabitatione : vel frequenti cõ
uerſatione cum vidua, vel corrupta deſponſata præſumo
carnalem copulam : quam probare ſufficit per coniectu-
ras in omni caſu,vt ſ.de præſumpt.c. literis. & c. tertio lo-
co.eo.tit.& ſ.de teſti.c.præterea.& hoc tenet hic Ioan.An.
6 ad literam ſic dicens.† verum matrimonium appellatur il-
lud,in quo verus conſenſus,& expreſſus intercedit hincin-
7 de:† præſumptum illud, in quo ( & ſi in veritate non con-
ſentiant contrahentes ) Eccleſia tamen eos interpretatur
conſenſiſſe ex aliquibus probabilibus coniecturis:& ipſos
diſtringit ſimul morari,ac ſi cõſenſiſſent.in quo pleruque
Eccleſia fallit,& fallitur.ĩ.de ſpon.ex.c.à nobis.2.accidit au
tem hæc præſumptio quandoque ex carnali copula . & de
hoc.ſ.eod.c.tua.aliquando ex tranſductione . ff. de ſpon.l.
quæſitum.vnde ſicut carnalis copula in virgine, & corru-
pta cognita à viro hanc præſumptionem inducit: ſic in ea,
quæ corrupta eſt,ſola tranſductio.ar.ſ.eo.c.veniens.de cõ
iu.le.c.fi.de proba.c.iurauit.de reſt.ſpo.c.ex parte.niſi trãſ
duceretur inuita,& ſtatim fugeret.ſ.eo.c.ad id. aliquando
ex ſubarrhatione,vt no.ĩ.tit.1.c.fi.aliquando ex tẽtatione,
vt ĩ.tit.1.c.atteſtationes.Aliquando ex conditione exiſten
te.ĩ.de condi. ap. c. ſuper eo. §. 1. aliquando ex temporis
diuturnitate,ſecundùm quoſdam.ĩ.tit. 1. c. de illis. vbi de
hoc.& ſ.eo.c.conſultationi. iſta ſunt verba Io.An.poſt Ho
ſti.¶ Quæro.dicitur hic [ carnaliter non cognoſcens ]&c.
quomodo poterit de hoc conſtare, cum ſit negatiua? dicit
Io.An.ꝙ per confeſsionẽ:ſecus ſi dubitaretur: quia tũc prę
ſumitur pro carnali copula,vt ſ.eo.c.iuuenis. & ĩ. tit. 1. c.
8 continebatur.† Sed pone,ꝙ cum eam tentaſſet cognoſce-
re:aperta eſt ianua mulieris,& mẽbrum viri intus miſſum:
non tamen ſeminauit : nunquid ſi poſtea contrahat cum
alia per verba de præſenti, erit matrimonium cum ſecun-
da:vel cum prima ſic corrupta,vel tentata,vt dixi?dicit Io.
And.quòd cum per ſeminis effuſionem matrimonium con
ſummari dicatur : cum nõ ſit ſemen effuſum cum prima,re
manere cogitur cum ſecunda.dicit tamen Ioan. And.quòd
illud eſſet difficillimũ probari,an emiſerit ſemen,necne.&
ideò concludit, quòd ſi ſic mulier deprehenderetur corru
pta:erit pro primo matrimonio iudicandum. facit contra
hoc,quod not.35.q.3. c. extraordinaria. vbi dicitur,quòd
talis commiſtio non inducit affinitatem . quid econuerſo,
9 † ſi membrum viri non aperuit clauſtra pudoris, ſed intus
ſemen effudit:an erit matrimonium conſummatum? Vin.
quòd ſic.Eccleſia tamen,quę non iudicat de occultis,ſi de
prehendat eam virginem, iudicabit contra tale matrimo-
nium:niſi de conceptione, & impręgnatione cõſtaret,ſecũ
dùm Ab.qui hoc no.ſ.eo.c.is qui.& quod no.Ioan.And.ĩ.
de eo, qui cog.conſ. vxo.ſuę.c.fraternitati.Io.An. iſta tan-
gens,non meminit de eo,quod ſcribitur lib. declamationũ
Senecę. vbi dicit.[ Sanctius eſt cauſę detrimẽta tacere, quã
verecundè dicere. ] & alibi[ Vbi turpis eſt medicina,ſanari
piget. ]eſt tamen vtilis iſta inueſtigatio in foro conſcientię,
vtrũ.ſ.ille,qui tentauit,& immiſit,ſed nõ ſeminauit:vel ecõ
uerſo ſeminauit,& nõ immiſit, poſsit ducere aliam in vxo
rem:ſi cum prima de futuro ad aliud nõ proceſsit.reſpon-
deat theologus,& ſubtiliter inueſtiget,& conſcientiam in-
ſtruat,prout.ſ.patet.





# De deſponſat.impuberũ.

VIſo de ſponſalibus in genere:ſubmittit de
ſponſalibus,quæ ab impuberibus cõtra-
huntur.Vel aliter.Quia in ſpõſalibus, de
quibus præmiſit,certa ætas determinata
eſt ad ſponſalia contrahenda:ideò de ip-
ſa ſubmittit.Itaque dici poteſt, ꝙ nunc
incipiat tractare de impedimentis matrimonij.habetur de
materia.20.q.1.c.1.repetitur in 6.

*S V M M AE.*

1 *Pater non poteſt pro filio adulto contrahere matrimonium.*
2 *Pater pro filio minore contrahit ſponſalia.*
*Sponſalia contracta per patrem filium impuberem non obligant præcisè.*
3 *Filius debet habere rata ſponſalia,quæ contraxit pater pro eo.Et ſufficit,ꝙ ſolùm conſentiat.nu.4.*
5 *Filia an cogatur ſponſalibus patris conſentire.*
6 *Pater an poſsit exhæredare filiam,ſi,eo inuito,cum aliquo contraxit.*

TVa. Pater pro filio impubere ſponſalia con-
trahit:pro pubere non, ſi non cõſentiat.
ponit quæſtionẽ.ſecundò reſponſionẽ ibi[ ad qđ di
1 cimus. ]¶No.primò,†ꝙ pater pro filio adulto nõ põt cõ
trahere matrimoniũ:licèt.n.ſit legitimus adminiſtrator bo
norũ filij,vt l.1.C.de bo.ma.& l.cũ non ſolũ.de bon.quæ li.
tñ iſta adminiſtratio nõ extẽdit ad cõtractũ mr̃imonij : qa
nõ ẽ ĩ adminiſtratione p̃rimonij,vt l.ĩ copulãdis.C.de nup.
2 & l.fi.de cura. fu. ¶Scđò not.† quòd pater pro filio mino
re contrahit ſponſalia:iſta tamen ſponſalia filium impube
rem non præcisè obligant:quia factus maior poteſt con-
a tradicere,a ſicut in matrimonio ſpirituali.ſ.de regu.c.cum
3 virum.& c.cum ſcimus.¶Tertiò no.† quòd filius debet ha
bere rata ſponſalia,quæ contraxit pater pro eo.idem dici
mus,ſi pater rem filij alienauit in caſu, quo non potuit:
non poteſt filius venire contra,ſi pater hæres extiterit . de
quo dic, vt l.cum à matre C.de rei ven.contra ſponſalia ve
rò à patre contracta poteſt venire, etiam ſi ſit hæres: quia
ex illa cõtrauentione non datur alteri parti actio,vel excõ
municatio.ar.eius,quod no.in l.Lucius.ff.ſolu. ma.¶Quar
4 tò no.† quòd ſponſalibus contractis à patre ſufficit, quòd
filius aliquo modo conſentiat:& ſic videtur, quòd ſufficit
tacitus conſenſus.Sed contra hoc oppo.de.c.tuæ.vbi in va-
lentibus loqui eſt neceſſarius conſenſus expreſſus.ſol.illud
verum,cum contrahuntur ab ipſis principalibus:ſecus ſi à
patre,vt.ff.de ſpon.l.in ſponſa.§.vlt.& §.licèt.ſi autem con
trahantur pro filio ab alio,quàm à patre, etiam ſufficit ta
cita ratihabitio.ſ.de reſti.ſpo.c.ex parte.& de hoc.ĩ.eodẽ.
c.vno.in fi.li.6.& vide glo.ĩ.de coniu.ſeruo.c.fi.& ſ.ti. 1. c.
penul.¶Op.dicitur hic[ quòd filius omnino debet ]&c.cõ
tra hoc op.& videtur,quòd filius non cogatur conſentire
ſponſalibus à patre contractis.ff.de ſpon.l.filiusfa. ſic etiã
non cogit pater inuitum filium ad matrimonium ſpiritua
le.ſ.de reg.c.cum virum.& c.cum ſcimus.ſo.dicit glo. fina.
iſte tex.loquitur ex debito honeſtatis, non neceſsitatis : ſi
enim vult expreſsè diſſentire,poteſt. quid ergò ſi coactio-
ne paterna conſentit in aliquam:vel ductus verecundia for
tè conſenſit?dic,quòd erit matrimonium,vt in glo. 1.con-
tra quam opp.de l.velle.ff.de reg.iur. vbi non creditur vel
le,qui obtẽperat imperio patris, vel domini:ſed illud quò
ad pœnam irrogandam,ſecundùm Io.An.nimia ergo reue
rentia filij erga patrem non reſcindit contractum matri-
monii.& hoc ideò: quia aſſentire debet ſibi ex debito ho-
neſtatis,vt dicit glo.quid ergo in alijs actibus,in quibus ex
debito honeſtatis non præcipitur filio condeſcendere vo-
tis patris?fortè in illis nimia verecundia in contradicendo:
vel nimia reuerentia vitiaret filij conſenſum . ad hoc.l.1.§.
quæ onerandæ.ff.qua . re.ac.non datur. & l.ſi cum dotem.
5 §. ſed ſi latitet. ff. ſo. ma. ¶Quærit gloſ. † quid in filia fœ-
mina:an cogatur ſponſalibus patris conſentire ? ſentit glo.
quòd ſic, ſecundùm l. niſi indignum,& moribus ſuis tur-
pem elegerit . ſed ſecundùm canones nullo modo cogi-
6 tur. Ita dicit gloſſ. ¶ Sed hic incidenter quæritur.† ſi filia
inuito patre,cum aliquo contraxerit : an poſsit eam exhæ-
redare ? videtur, quòd ſic,in Auten. vt cum de appel.cog.
§.ſi aliter. colla.8. Hoſtien. tenet contrarium : niſi in caſu,
quo mulier turpem vitam elegerit, vt in eadem Authen.
eſt expreſſum.ego dico, quòd non ſolùm,ſi vitam turpem
elegerit:ſed etiam, ſi contraheret cum infami, vel vili per-
ſona contra voluntatem patris,poterit eam exhæredare, vt
l.non tantùm.§. ſi emancipatus.ff. de contratabu.

ADDITIO

a ¶Contradicere.Adde not.in l.diſſentientis.cum Authẽ.
ibi poſita C. de repu.Bar.& Ang. in l.qui ſuper.ff.de ac-
qui.hære.

*S V M M AE.*

1 *Matrimonium non eſt, vbi non eſt conſenſus.*
2 *Statutum ſi defert aliquod lucrum viro de dote, vxore præmortua: non habebit locum illud lucrum, ſi quis duxerit puellam non aptam matrimonio.*
3 *Prohibita aliàs conceduntur pro vrgenti neceſsitate.*

VBi non eſt. Impuberes ambo, vel
alter, niſi pro bono pa
cis, coniungi non debent. & intellige de hone-
ſtate dictum.ponit inhibitionem, à qua neceſsitatem exci-
1 pit.ibi [ niſi fortè. ] ¶ No.primò † quòd vbi non eſt con-
ſenſus,non eſt matrimonium.30. q.2.c.vbi. ¶Secundò no.
quòd non debent coniungi, niſi qui ſunt in ætate legitima.
2 ex hoc argue † quòd ſi ſtatutum defert aliquid lucrum vi-
ro de dote,vxore præmortua: non habebit locum illud lu-
crum, ſi quis duxerit puellã non aptã matrimonio , ar.l.an
in patrem.ff. quod fal.tu.auct. ſimiliter non lucrabitur fru-
ctus dotis, qui talem non aptam ad viriles amplexus ad
domum vxoris nomine duxit.de quo dic, vt no.in l. ſi ante.
ff.ſo.matri.¶Tertiò no. quòd prohibet illos coniungi, qui
nondum venerunt ad ætatem determinatam. quæ autem
ſit iſta ætas, no.hic glo. & dicam infra c.proxi. ¶Quartò
3 no. † quòd pro vrgenti neceſsitate aliàs prohibita conce-
duntur.facit c.licèt.& quod ibi dixi, ſupra de fer. ¶Quęrit
glo. quare prohibetur iſtorum coniunctio.dicit gloſſ.quia
ſæpe reſiliunt : & pęnitentia ducti à ſponſalibus illis rece-
dunt (quod poſſunt ) & tamen remanet quoddam vincu-
lum,ſiue nexus: ex quo inducitur iuſtitia publicæ honeſta-
tis , propter quam neuter de conſanguinitate illius ſponſi
poterit illam ſic repudiatam ducere: nec ſimiliter iſte ſpõ-
ſus poterit aliquam ducere de conſanguinitate ſponſæ, vt
patet ſupra ti.1. c. ſponſa. & c. iuuenis. & quia damnoſum
eſt reipublicæ tot perſonas impediri per iſta ſponſalia, ſic
ad libitum diſſoluenda : facta fuit illa conſtitutio, prohi-
bens iſta ſponſalia:niſi ex cauſa neceſsitatis. nunquid ergo
contracta contra iſtam prohibitionem tenebunt? & ex
eis ſic contra prohibitionem orietur publicæ honeſtatis
iuſtitia ? videtur, quòd non teneant attentata contra l. vt
l. non dubium. C. de legi. ſicut non teneret matrimonium
contractum in gradu prohibito . infra de conſanguini,
& affi.

& affi.c.non debet.& verè æquum eſſet ſic ſentire:quòd nō
teneant contra prohibitionem huius conſtitutionis : vt ſic
per ipſa talis publica honeſtas, dirimens matrimonia poſt
contracta, contrahatur : & oriatur ex ſponſalibus talium
impuberum:quando fiunt de iuris conſcientia,non contra
iuris prohibitionem,vt te excitem:ſed non firmo. ¶Quæ-
rit Io. An. dicitur hic, quòd iſta ſponſalia ſunt quandoq;
permiſſa pro vrgentiſsima neceſsitate.ſed quis cognoſcet,
vtrùm ſubſit illa neceſsitas, nec ne.dicit Ioa.An. poſt Ho-
ſtien. quòd diœceſanus, ſine cuius licentia non debent cō-
trahere, vt hic. & infra e.c.continebatur.& c.duo pueri.ſi-
militer contracta non debent ſine eius authoritate diſſol-
ui.infra c.acceſsit.c.de illis.cum tribus.ca.ſe. Et hoc quidē
ſi de licentia obtinenda in contrahendo, & diſſoluēdo eſ-
ſet obſeruandum etiam in maioribus, propter multa peri-
cula animarum,vt ſupra c.1.cū in tua.& de clā.deſp.c. fi.&
in hoc ſit ſimile matrimonium carnale matrimonio ſpiri-
tuali,vt ſupra de inſti.c.3.& de renū.c.ammonet.& c.quod
in dubiis. Et iſta multò magis habent locum, quando ex-
traneus ignotus venit ad aliquam ciuitatem.dicit enim Io.
An. quòd ratione ſacramentorum intantum ſubiacet lai-
cus prelato ſuo:quòd ſicut clericus non eſt recipiendus ſi-
ne literis ab extraneo, ſupra de cle. non reſi.c.fraternitati.
ſic nec laicus.de po.c.nullus. & de pœni.& re.ca. omnis. &
expreſſè dicitur de laico.de conſe.di.5. c.nō oportet.caue-
re ergo debet ſacerdos, ne parochianam ſuam deſponſet
extraneo,inconſulto curato ipſius, vel eccleſia:quilibet.n.
paſtor debet cognoſcere ouem ſuam: & propriæ, non ex-
traneæ curam habere, prouer.27.& Ioan. 10. [Cognoſco
oues meas, & cognoſcunt me meæ.] hoc tamen,dicit Ho-
ſtien.malè practicatur:& peius ſeruatur.ſed quomodo pra
cticabit, vel cuſtodiet qui ignorat? certè malè expediret
hoc practicari Venetiis: vbi vidi vnum, qui duxit vnam in
Rhodo. aliam in inſula Cretæ. tertiam in Pirano. quartam
hic Venetiis. & quia prima legitima probatur mortua, de
proximo volebat remanere cū iſta.illa autem recuſabat.&
aufugit ab eo,cum hoc ſciuit.pro ea facit.j.de eo,qui dux.
vxo.c.1.& ibi dicam.

S V M M AE.

1 *Puberes ſunt, qui ex habitu corporis generare, & concipere poſſunt.& nu.3.*
2 *Pubes dicitur, qui impleuit.14.annum.*
4 *Teſtator reliquit mille cuidam pupillæ, cū nupſerit: ipſa nupſit in decimo anno: & apparet viripotens: quod conſequetur relictum.*
5 *Matrimonium contractum cum eo, qui compleuit. 14. annū: & apparet, quòd nullo modo poſsit generare: an valebit, quòd non.*
6 *Quid ſi mulier inſtat, vt à tali ſeparetur: quia mater. nume.6.*

1 PVberes. † Puberes ſunt, q ex habitu cor-
poris generare,& cōcipere poſ-
ſunt.Hoſtien. ita ſummat.Vnde pubes dicatur:&
antiquus modus probandi pubertatem tacitè reprobatur:
quomodo per teſtes pubertas probatur : qualiter ipſo fa-
cto ante tempus, viripotentia oſtendatur. ¶ No. primò,
vnde dicantur puberes. arguunt enim iura quandoque ab
ethimologia vocabuli.12.q.c.1. ſi cupis.& c.non dicatis.&
ſupra de præben.c. cum ſecundùm Apoſtolum. & ff.de te-
ſtamen.l.1.& l.2.§. appellata. ſi cer.peta. ¶ Secundò not.
2 † quòd pubes dicitur, qui impleuit.14.annum:& ſic requi
ritur annus completus. quandoque verò ſufficit attigiſſe.
de quo dic,vt l.3.§.minorem.de teſta.mino.& de teſtamē-
3 tis.l. qua ætate. ¶Tertiò. not. in ver. ceterùm. † quòd ille
dicitur pubes, qui generare iam poteſt.quòd intelligit, ēt
ſi ſit nouem annorum : ſicut narrat Gregorius in dialogo
de impubere.9.annorū,qui imprægnauit nutricem, vt not.
20. q.1. in ſumma. Idem dicit de puella, etiam ſi eſſet.7.
annorū,dūmodo diſcerneret,ar.s.ti.1.c.iuuenis.ſed ſi eſſet
triū annorū,non credit Hoſti.matrimoniū : cum talis non
conſentiat: nec poteſt præſumi conſentire, ſicut nec furio-
ſus.ſupra ti.1.c.dilectus.& breuiter dicit, quòd ex quò eſ-
ſet doli capax,ſemper diceretur matrimonium conſumma
tum:cum & talis conſentire poſsit.Inſti.de ob.quæ ex de-
lic.na.§.in ſumma. ¶Op. de iſto c. ad ſe ipſum. quia aliter
in primo reſponſo. aliter in ſecundo. aliter in tertio exiſti-
mat pubertatem.primò enim iudicat per aſpectum.ſecun-
dò per annorum numerum. tertiò per potentiam coeun-
di.& ſic dimittit nos in dubio.contra cap.erit autem lex.4.
di.ſo.ex dictis Io.An.dic, quòd primum reſponſum corri-
gitur per ver. quidam tamen. quia enim talis probatio per
piloſitatem eſt pudibunda, & quandoque falſa:ideò repro
bauit eam Imperator,vt l.indecorum.C.quando tu.vel.cu.
& Inſti.qui.mo. tu.fi.in prin.vnde ſi Imperatori hoc viſum
eſt pudibundum:non eſt credendum, quòd velit hic Papa
approbare.quod ergo dicit tex. [quidam tamen] &c.ſ.Iu-
ſtinianus,Iuriſperiti, & Romani pontifices ex annis. i.an-
norum numero pubertatem exiſtimāt.i. potentiam natu-
ræ conuenientem,communem, & rationabilem.verū quia
iſte annorum numerus quandoque præuenitur: ideò ſub-
mittit ver.[certū eſt autem] &c. vnde dicebat Inno.de ha-
bente.14.annos,& non valente coire,fuit dubitatū,an ma-
trimonium contrahere poſsit:ſed de potente coire,licèt ſit
minor.14.certum eſt,quòd contrahere poteſt.ita dicit ip-
ſe. ¶Secundò opp.& videtur, quòd probatio per aſpectū
corporis de iure canonico ſit conceſſa,& neceſſaria. 23.q.
1.c.nec aliqua.de prob.c.propoſuiſti.& c.cauſam matrimo
nij.Sed ego dixi in præcedenti ſolutione contrarium, ergo
malè.ſo.quò ad virginitatis,& membri probationem ſit ho
die hæc inſpectio: & ſic loquūtur iura proximè allegata.&
hoc contingit propter nimiam neceſsitatem, quæ non ha-
bet legem,vt ſupra de conſue.c.quanto. ¶Tertiò opp.& vi
detur, quòd omnino iudicetur pubertas ex annorum nu-
mero,non ex potentia generādi: vel aliter, vt Inſti.qui mo.
tu.fi. in prin.ſo.dicit glo. contrarium loquitur quò ad tute
lam, & curam.text.noſter loquitur quò ad matrimonium:
in quo etiā.9.annorum eſt aliquis aptus, & idoneus,vt di-
ctum eſt ſupra in tertio not.vbi etiam de quolibet doli ca-
pace.In matrimoniis ergo,tutelis,& curis qualiter conſide
4 retur pubertas:ex prædictis apparet. Sed in aliis materiis
poteſt eſſe dubium in prædictis: † pone enim, teſtator reli
quit mille cuidam pupillæ, cum nupſerit:iſta nupſit in 10.
anno, & apparet viripotens: credo, conſequetur relictum;
quia illud relictum debetur in cōſequentiam matrimonij:
in eo ergo, vt in matrimonio metiamur ætatē. & intelligo
hoc, cum conſtat per aſpectum:vel aliter,q ſit apta : aliàs
præueniendo in nuptiis tempus à iure præfixum,non præ-
ſumerem eam aptam:& in hoc ætatis taxatio, de qua hic,
eſt vtilis,& neceſſaria:vt niſi contrarium appareat, ſemper
ei ſtetur.quid dices in pupillari ſubſtitutione,quæ durat in
maſculo vſque ad annos.14. in femina vſque ad.12.ſi prius
pubeſcant,an expiret?dico, quòd ſi prius procrearent fi-
lios,expiraret,ar.l.ex facto. ff.de vulga. & pupilla.ceſſat.n.
vna de cauſis,propter quas inducta eſt ſubſtitutio pupilla-
ris.ſ.carētia nepotum ex filio pupillo. de quibus ſi teſtator
cogitaſſet:omnibus eos prætuliſſet, vt l.cum acutiſsimi.C.
de fideicom. ſi autem de potentia generādi ante pubertatē
conſtaret filij,vel filiæ impuberis (& ſic decederet) an tūc
expiraſſet ſubſtitutio, propter ſolam illam potentiam:vide
tur



tur quòd non; quia remanet alia cauſa ſubſtitutionis pu-
pillaris. ſ. quia non poteſt impubes facere teſtamentum
ſibi.vt Inſti.de pu.ſubſti.in prin.nec malitia ſupplet defe-
ctum ætatis in factione teſtamenti, ſicut in matrimonio,&
reſtitutionis beneficio. & no. hoc arg. quod nullus tangit.
5 ¶Quærit glo.1. † compleuit quis 14.annum: & apparet,
quòd nullo modo poteſt generare:an valebit matrimoniū
cum eo contractum?glo.tenet,quòd nō. quia non reperiū-
tur in eo tria bona matrimonij. Idem tenet Ala.alij, vt re-
fert glo.tenent contrarium:& quòd cum tali ſit verum ma
trimonium.& hāc opi.tenent Inn. & Hoſtien. niſi totaliter
eſſet frigidus,& maleficiatus.& ſic intelligitur infra de fri-
6 gi.c.quod ſedes. ¶Sed quid dices,† ſi inſtat mulier, vt à ta
li ſeparetur:quia vult fieri mater.conſuluit Hoſti.quòd iu-
dex expectet,donec maſculus ille compleuerit.14.annum:
& poſtea per menſem, vel duos, ſi duret talis impotentia,
ſeparentur, ſeruata ſolēnitate, de qua infra de frigi.ca.1.
mouetur Hoſti.ex eo,quòd etas. 14.annorum, licèt regu-
lariter apta ſit ad matrimonium:tamen quandoque proro
gatur. in Aut. de nup. §. per occaſionem. col.4. ætas enim
18.annorum eſt plena pubertas.& hac ratione,quia lex de
tali ætate confidit, quòd poſsit generare in illa ætate : non
ante permittit adoptare : quia adoptio in hoc imitatur na
turam.& ita intellige Inſtit.de adop.§.minorem.ff.de ado.
l.arrogato.§.pe.& de ali.& cib. leg.l.Mela. vbi etiā dicit in
muliere ſpectandos. 14.annos,quantùm ad plenam puber
tatem,ar.ſupra de reg.c. quia in inſulis. per quæ iura dixit
Hoſt.quòd ſicut conſtitutio reddit minores 14.annis inha
biles ad vouendū,& contrahendum(niſi per operis effectū
contrarium appareat,vt hic)ſic poſſet facere de minoribus
18.annis.quicquid circa hoc no. Hug. remittens ad not.in
d.c.quia in inſulis.In prædicta ergo quæſtione gloſ.teneas
opi.Hoſt.& Inn. vt in 14. anno quis ſit aptus ad matrimo-
nium contrahendum.licèt conſtet, quòd in dicta ætate vni
uerſaliter generare non poſsit: quod tenet etiam Ioa.An.ſi
enim in naturaliter frigido.& maleficiato expectamus triē
nium (quod dic vt infra de frigi.c.laudabilem.)multò ma-
gis in iſto, in quo non apparet per aſpectum ariditas, vel
defectus in membro: ſed ſolum temporale vitium ob de-
bilitatem fortè naturæ infirmatæ:vel ob aliam cauſam:quę
non eſt conſideranda in matrimoniis,vt l.ſed eſt quæſitum.
& l.ſi quis poſthumos.de lib. & poſthu. quæ ll. ſunt no. ad
prædicta ibi natura magis in homine generandi,& cōſue-
tudo ſpectanda eſt,quàm temporale vitium:aut valetudo,
propter quam abducatur homo à generandi facultate. &
per illa dico,quòd cum hic ſit verum matrimonium, lucra
bitur fructus dotis:& lucrum vxore præmoriente.& conſe
quetur relictum factum in tempus nuptiarum, vt dixi in ſi
mili.ſupra eo.c.1.

S V M M AE.

1 *Vinculum nullum oritur ex ſponſalibus cum infante contractis.*
2 *Iuſtitia publicæ honeſtatis nō oritur ex ſpōſalibus, quæ ſunt nulla, ratione ætatis.*
*Sed bene ex poſtea confirmatis.nu.4.*
3 *Aetas ſuperueniens firmat ſponſalia, quæ erant nulla à principio.*
5 *Copula carnalis cum matre rumpit ſponſalia cum eius filia infante contracta.*
6 *Infantia durat vſque ad ſeptimum annum completū.*
7 *Mulier quare citius pubeſcit, quàm maſculus.*
8 *Contrahunt duo ante ſeptennium: poſtea facti maiores non aliter contradicunt, vel conſentiunt : an ex iſta taciturnitate præſumatur conſenſus, vel diſſenſus.*

LIteras. Si deſponſaui minorem ſeptennio:cū
eius matre contrahere potero.ſecus
ſi tempore ſponſaliorum maior erat:vel poſtea ma-
ior facta ſit, eadem voluntate manente: quia ſi cum matre
poſtea cōtraham,& cognoſcam:nec matrem habebo : nec
filiam.h.d.cum c.ſe.communis diuiſio.ſecunda ibi [conſul
1 tationi.] ¶Not.primò,† quòd nullum vinculum oritur ex
ſponſalibus cum infante contractis.infantis enim nullum
eſt iudicium,ſiue conſenſus, vt l.quāuis.§.infans.de acqui.
poſ.& C.e.l.donatarum.& ff.de reg.iur.l.in negotiis. ¶Se-
2 cundò no.† quòd ex ſponſalibus,quæ ſunt nulla rōne æta-
tis, non oritur publicæ honeſtatis iuſtitia:ſecus autē ſi ſint
nulla,ratione conſanguinitatis: vbi nullitas non cauſatur à
conſenſu,ſed ab accidente extrinſeco:hic verò à conſenſu:
ergo magis nocet.ſupra de ſpon. c. ad audientiā. ¶Tertiò
no.quòd ætas ſuperueniēs firmat ſponſalia, quæ erāt nulla
à principio. ſicut confirmat quandoque contractum nullū
celebratum à minore, vt C. ſi maior fac.ra.habue.l.1.& 2.
& in aliis caſibus hoc contingit:vt actus inutiliter geſtus à
principio,ſuperueniente aliquo extrinſeco,confirmetur,vt
l.ſi quis alienā.ff.de ac.emp.& l.cum vir prædium. de vſuc.
& l.1.de pigno.cum ſi.& aduerte quia etas ſuperueniens in
infante non operatur iſtam confirmationem:niſi alia inter
ueniant,per quæ appareat,ſaltem tacitè,quòd habere velit
4 rata,quę geſta ſunt,vt in glo.magna,&c.¶Quartò no.†.q
ex ſponſalibus cum infante contractis poſtea confirmatis
oritur publica honeſtas efficax ad matrimonium dirimen
dum poſtea cum matre contractum:& etiam cum quibuſ-
cunque de cōſanguinitate infantis. & idem ſi cōtracta fue
runt cum maiore infante: & iſtud impedimentum dirimēs
eſt merè iure poſitiuo inductum,quod modicā habet æqui
tatem. maiorem haberet niſus carnalis copulæ cum ſpon-
ſalibus de futuro : ſed certè & illud inducit publicam ho-
neſtatem.ſupra c.1.iuuenis.ſed non facit trāſire ſponſalia
de futuro in ſponſalia de præſenti. ſupra ti.1. c. fi. ¶Quin
5 tò no.† quòd carnalis copula cum matre rumpit ſponſalia
cum eius filia infante contracta. & hoc operatur affinitas:
quæ quandoque contrahitur ex fornicario coitu illicito,vt
6 hic erat. ¶Sextò no.† quòd infantia durat vſque ad.7.an-
num cōpletum:& hæc eſt communis mari, & fœminæ, vt
hic. & ff. de ſpon.l.in ſponſalibus. ætas autem puerilis quò
ad principium ſimiliter eſt communis mari, & fęminæ.ſed
quò ad finem differunt:quia in fœmina citius completur.
ſ. in duodecimo. In maſculo in 14. & tunc incipiat adole-
ſcentia:quæ quò ad principium eſt difformis in mare, & fę
mina : quò ad finem eſt idem; quia in vtroque finit in.25.
anno.de iſtis ætatibus dic,vt no.in l.1.§.pueritiam.ff.de po
7 ſtu.& in procemio cle.¶Querunt Doc. † quare mulier ci-
tius pubeſcit, quàm maſculus. quidam dicunt ex eo; quia
eſt calidior:ideò citius impetrat veniam ætatis, quàm ma-
ſculus,vt l.2.C.de his, qui ve.æta.impe. Alij dicunt hoc ex
eo;quia facilius eſt agere:quàm pati.Pla.dicit ex eo, quòd
mala herba citò creſcit,vt no.in d.l.fi. ¶Quærit glo.ſi duo
8 contrahunt ante ſeptennium:† vt poſtea facti maiores non
aliter contradicant,vel conſentiant:an ex iſta taciturnitate
præſumatur conſenſus,vel diſſenſus.aduerte,quia intelligo
quæſtionē, ſi infantes habent notitiā de ſponſalibus con-
tractis in infantia.aliàs de conſenſu tacito, vel expreſſo nō
eſſet diſputandum ſuper actu infanti incognito. G. in iſta
q.tenet ex communi cohabitatione præſumi conſenſum.
ſecus ſi ſeorſum habitent:niſi etiam hoc caſu inuicem cō-
uerſentur: puta eundo ſæpe de domo vnius ad domum al-
terius ex donatariis,& ſimilibus. ex iſtis enim colligitur ta
citus conſenſus.facit l.ſi filius. C.de peti. hæred. & l.qui in
aliena.poſt prin.de acqui.hære.facit.c.1.infra de procura.
& quod no.in l.quo enim.ff.rem ra.ha.

Additio.

ADDITIO.

a ¶Infantis.Infans dicitur vſque ad ſeptem annos,l.ſi in-
fanti.& ibi Bar.& Bald.C.de iur.delib.& Bart. in l.inter
illa.de ver.ſig.Panor.in rubri.de deli.puero.Cardi.in cle.
1.de homi.gl.in c.ſi eo tempore.de reſcrip.in 6.

*SVMMAE.*

1 *Aetatem debet limitatè probare, quando quis ex ea ni-
titur, ſiue agendo, ſiue excipiendo.*
2 *Reus aliquando debet multum limitatè probare defenſio
nem ſuam: aliàs ſuccumberet: niſi limitatè probaret.*
3 *Matrimonium ſi declaretur legitimum: & per conſe-
quens filij, qui ex eo naſcuntur.*
4 *Iuſtitia publicæ honeſtatis remanet ex ſponſalibus con-
tractis cum maiore infante, etiam ſi fuerint diſſolu-
ta per diſſenſum puellæ.*
5 *Honeſtum ſequendum eſt in matrimonijs.*

ACceſsit. Nota primò, ꝙ mater exce
pit, ſponſalia cum filia eius
contracta non tenuiſſe, ratione infantilis æta-
tis:debuit ergo de illa ætate infantiæ limitatè probare: vt
matrimonium ab ea contractum cum ſponſo ſuæ filiæ pro
nuncietur legitimum.& hoc ideò:quia in ætate robuſta tra
1 ditur:† vt ſiue agendo,ſiue excipiendo nitatur quis ex æta-
te:debet eam limitatè probare, vt l. de ætate.ff. de minori.
facit ſupra de elect. c. cum nobis olim. ¶ Secundò nota,
quòd debet probari, quòd etiam poſt infantiam ſponſali-
bus contractis prius non conſenſerit: nam ſi conſenſum
poſtea accommodatum probauit,prius contracta inutili-
ter confirmantur,vt dixi ſupra c.proxi. in tertio no.¶ Col
2 lige igitur, † quòd quandoque multum limitatè debet
reus probare defenſionem ſuam:aliàs ſuccumberet:niſi li-
mitatè probaret:ſicut in actore contingit, vt l.non ſolùm.
§.ſed vt probati.ff.de no. oper. nun. ¶ Tertiò no. quòd à
ſponſalibus cum infante contractis debet ille, qui contra-
xit,per iudicem abſolui:ſine abſolutione tamen,vbi infans
completo ſeptennio,proteſtaretur ſe nolle conſentire, ſuf-
3 ficeret,ſecundùm Inno.¶ Quartò no.† quòd ſi matrimo-
nium declaretur legitimum:per conſequens filij, qui ex eo
naſcuntur.facit quod not in l.matrem.C.de proba.& ỹ.qui
4 fi.ſint legi.c. cauſam. ¶ Quintò not. in verſi. ſanè. † quòd
ex ſponſalibus contractis cum maiore infante remanet pu
blica honeſtas, etiam ſi fuerint diſſoluta per diſſenſum
puellæ. Inhoneſtum enim videtur ducere matrem eius,
quam deſponſauit poſt infantiam. & eſt iſtud efficax im-
pedimentum ad dirimendum matrimonium poſt contra-
ctum cum matre, periculoſum eſt ergo cum iſtis immatu-
ræ ætatis contrahere:quia ipſi poſſunt retrocedere, & per
conſequens annullare ſponſalia:& tamē remanet hincinde
quædam affinitas impediens vtriuſque conſanguineos cū
eiſdem contrahere, vſque ad quartum gradum:ideò bene
fecit Papa talia ſponſalia prohibere.ſ̃.eod.c.2.optat enim
eſſe plenius prouiſum: vt contracta ſine iudicio Eccleſiæ
non valerent:nec aliquam honeſtatem afferrent,ſiue impe
5 dimentum,vt ibi dixi. ¶ Sextò no. † quòd in matrimonijs
debemus ſequi, quod honeſtum eſt,vt l.in cōiunctionibus.
ff. de ritu nup. & matrimonium contractum contra illud,
quod Eccleſia iudicat inhoneſtum, venit dirimendum, vt
patet hic, & in omnibus iuribus loquentibus de impedi-
mento publicæ honeſtatis. facit l.ſi filius.de condi.inſti. &
l.pecuniæ.& quod ibi Barto.de ali.& ci. leg. ¶ Tetigi poſt
gloſſ.ſ̃.c.proxi.vtrùm ſponſalia in infantia contracta intel-
ligantur haberi rata eoipſo, quòd poſt infantiam non con
tradixit.dixit ibi gloſ.quòd ſic,ſi cohabitant, vel inuicem
conuerſantur.gloſſ.in l.quo enim.ff.rem ra.ha.dicit,quòd
non improbare ratihabitionē par eſt.ex qua patet, quòd
ſolummodo non improbare habetur pro ratihabitione.
hic verò gloſſ. exigit actus interuentionem. quid ergo di-
ces? Reſpon.Barto. ibi diſtinguit: nam quandoq; aliquis
gerit actum, me præſente:& in hoc vtrùm præſens videa-
tur conſentire: vel diſſentire, eſt materia l. filius. §. inui-
tus.de procura.& l. quæ dotis.ſo.ma. per Barto. quando-
que geritur aliquis actus, me abſente:tunc ſi hoc ſciui, &
taceo:an videar approbare,vel improbare:diſtingue. aut
geritur aliquis actus pertinens ad acquiſitionem,& ad mei
commodum:& tunc non improbare eſt probare,vt l.ſi ab
ſentis.C.ſi cer.pe.& ibi per gl. & Doc. quandoque geritur
actus,qui reſpicit meum præiudicium:& tunc quandoque
ſuperuenit ſimplex ſcientia: & eo caſu non approbare eſt
improbare,vt l.procurator.in fi.ff.rem ra. ha.quādoque ſu
peruenit ſcientia cum aliquo actu: vt cum præſentatione
literarum, vel inſtrumenti:& dominus recipit: & tunc non
improbare eſt approbare,vt l.filius.ad Mace.& c.1.de pro
cura.lib.6. prædicta fallunt in l.in ſponſalibus. in fi. ff. de
ſpo.& l.matrimonij.§.fi.ff.qui & à qui.iſta eſt eius diſtin-
ctio ind.l.quo enim. quæ tū nō rectè applicat̄ ad quæſtio-
nem glo. hoc enim tempore non habili aliquid eſt geſtum
ab illis, de quibus quæritur: an ſuperueniente ætate legi-
tima, videantur tacitè approbare. & dicit glo. ꝙ ſic, ſi ali
quid egerunt:ſecus ſi ſic ſimpliciter ſeorſum permanſerūt.
arg.ad hoc optimum in l.tribunus. de teſta.mi.vbi videas
bonum tex.ad hoc.

*SVMMAE.*

1 *Impubes deſponſata, & tranſducta facta pubes, ſi petat
licentiam alteri nubendi: non auditur, ſi maritus iu-
rat, quòd eam cognouit.*
2 *Impubes verò tradita: & penes eum maior facta præſu
mitur ab eo cognita.*
3 *Mulier ſi vult probare, quòd ſponſus per violentiam eā
cognouit: an admittetur ad hoc probandum.*
4 *Proximus pubertati quis dicatur. & nu.6.*
5 *Pupillus ſe alteri obligando naturaliter: an obligetur.*
7 *Proximus infantiæ quare non obligetur ciuiliter, nec
naturaliter.*

1 COntinebatur. † Si impubes de
ſponſata, & tranſ
ducta petit facta pubes licentiam alteri nuben-
di,non auditur:ſi maritus iurat,quòd eam cognouit. ſolu.
dic t, quòd ex ſponſalibus contractis cum impubere ma
iore ſeptennio oritur publica honeſtas. & ponit conſulta-
tionem. ſecundò reſponſionem, ibi [ conſultationem. ]
¶ Not.primò,quòd iſta, quæ contraxit in minori ætate,
facta maior petijt licentiam cum alio contrahendi: ergo
ſine auctoritate Eccleſiæ nō ſunt ſponſalia.dixit tamen In-
no.quòd vbi ſponſalia ſunt nulla ( puta contracta in infan
tia ) non eſt neceſſarium iudicium Eccleſiæ:licèt ſit hone-
ſtum.hoc ipſe no.infra c.proxi.vbi etiam idem dicit in ma
trimonio,quod eſt nullum, niſi matrimonialiter ſint con-
iuncti: quia tūc ſi recederet alter ab altero ſine iudicio Ec
cleſiæ,daretur reſtitutio. ỹ. de diuor.c. porrò. ¶ Secundò
2 no.† ꝙ impubes viro tradita,& penes eū maior facta,præ
ſumitur ab eo cognita. ante verò cognita non præſumitur,
niſi probetur,vt in ver.ſi autem.vbi patet,ꝙ ſi ante comple
tum annū.12.ſit cognita: cōſummatū eſt matrimoniū. qđ
ergo dicitur.ỹ.c.proxi.ꝙ adueniente pubertate poterit re-
clamare: debet intelligi, niſi ætas carnali copula ſit præ-
uenta:



uenta:nam expectando vſque ad illud tempus limitatum,
hēt locum,vbi contrahentes ſteterunt in ſolis verbis matri
monij:quo caſu quantuncunque malitia ſuppleret ætatē:
non erit matrimonium,niſi completo 12.anno. vel appa-
reat ex aſpectu eam pubeſcere: nam ſi aliud diceremus,
fruſtra iura,quæ loquuntur de 12.anno,eſſent poſita:quæ
tunc tm̃ non hn̄t locum,cū dicitur cognita.quo caſu habet
locū hæc Decre.ſ.ꝙ ſufficit,ꝙ ſit in.11. vel amplius circa
12.ſi enim exigens ita proxima pubertati appareat cogni
ta(quia aperta ſunt clauſtra pudoris)præſumitur à viro co
gnita.Sed dices:certè ſi eſſet in.10.vel.11.anno,& appare-
rent ita clauſtra pudoris aperta:eſſet idem præſumendum,
vt.ſ̃.de ſpon.c.iuuenis.ſol.dicit Io.An.ibi non dicitur præ-
ſumi carnalem copulam:ſed conſenſum: vel aliquam co-
gnitionem ſponſalium.ante enim.12.annum non præſumi
tur de facili interueniſſe carnalis copula: licèt aperta ſint
clauſtra pudoris:niſi illi apertioni alia adminiculentur in-
dicia:puta magnitudo perſonæ:vel alia,quæ mulieres me-
lius nouere:nec expedit dicere:vel literis annotare,ſecun-
dùm Io.An.poſt Hoſtien.de quorum mente eſt, quòd an-
te.12.annum vir non præſumatur cognouiſſe ſponſam:ni-
ſi ad domum duxerit:vel licèt appareant clauſtra pudoris
aperta:niſi hoc contingat in ætate,de qua in iſto verſi.ſi au
tem.& hoc vltimum dictum poteſt tolerari.quando negat
puella ſe cognitam:vel vir negat ipſam cognouiſſe: vtroq;
autem confitente carnalem copulam: & hoc ipſo ex aſ-
pectu apparente,dicunt quidam matrimonium conſum-
mari, completo ſeptennio.infra eodem.c.nobis. & c.de il
lis.& hoc tenet Io.de Deo.& ꝓbatur.infra de eo, qui cog.
con.vxo.ſuæ.c.vltimo. ¶ Quæro. dicitur hic,quòd ſi fuit
deſponſata,& cognita de aſſenſu ſuo:non debent ſeparari.
3 pone ergo,† quòd mulier vult probare, quòd per violen-
tiam ipſam cognouit: an admittetur ad hoc probandum?
videtur quòd non.ſupra eodem.c.is qui fidem.contrarium
dicit Ioan.An. licèt enim contra matrimonium præſum-
ptum dicatur nil poſſe probari,vt ibi:tamen poterit proba
ri oppreſsio. & intellige, quòd oppreſsio fuerit abſoluta:
puta ligatis pedibus, & manibus. de bapti. cap.maiores.
§. item quæritur.coactio ergo, ſiue metus conditionalis
non impediret matrimonium præſumptum. quod intelli-
go in ea:vel eo,qui eſt ætatis legitimæ, vt dixi in d.c. is qui
fidem.aliàs conditionalis oppreſsio impuberis in extorſio
ne carnalis copulæ non induceret matrimonium præſum-
ptum, etiam ſi ſit proxima pubertati.& hoc vult iſte tex.
hic,ibi [cum ſuo aſſenſu deſponſata, & cognita.] ¶Secun
4 dò quæro: † quis dicatur proximus pubertati.a dicit gloſſ.
a ille,qui diſtat à pubertate per.6.mēſes,vel minus:ita quòd
eſt 11. annorum,& dimidij, vt dicit Ioan. And. quando
pubertas apparet per aſpectum, vel alia interſignia. Ho-
ſtien.dicit illum eſſe proximum pubertati,qui eſt circa fi-
nem pupillaris ætatis: vel illam exceſsit per tres dies.de re
gu.cap.ad noſtram.de elect.c.in cauſis.primo reſponſo.&
quantùm ad materiam,in qua ſumus, illud dictum eſt to-
lerabile, & æquum: quia tractamus de aptitudine ad co-
5 pulam carnalem:ſed in alia materia,in qua quæritur, † an
pupillus ſe alteri obligando naturaliter obligetur.gloſſ.di
ſtinguit, aut proximus infantię:& non obligatur.aut pro-
ximus pubertati: & obligatur, vt. ff. de noua. l. 1. vbi gl.
6 quærit, quis dicatur proximus pubertati.† & dicit,quòd
ille dicitur proximus pubertati, qui habet.10.annum, &
dimidium. quod intellige in maſculo. In fœmina verò
in.9.annis cum dimidio videtur proxima pubertati, vſ-
que ad. 12. annos, vt l. ſi infanti.C.de iure deli. il-
lud, quod eſt ſupra vſque ad pubertatem, diuiditur per
medium: & ſic apparebit, an ſit proximus infantiæ: vel
ſit proximus pubertati. Ita dicit glo.ff.de regu.iur. l. pu-
pillus.in prin.& Inſtitu.de inuti.ſtipu.§.ſed quod diximus.
alibi videtur dici aliter.l.non tantum.de excu. tuto. quòd
proximus pubertati eſt proximus per ſex menſes: ſed in
alio caſu loquitur,ſecundùm Bar.qui approbat quod præ
dixi,in d.l.1.de noua. vbi plenè ſic diſtinguit: an pupillus
ex contractibus obligetur. aut pupillus eſt infans: & non
obligatur ciuiliter,vel naturaliter,etiam ſi aliquid ad eum
peruenit,vt l. pupillus.de ac.& oblig.& no.in dicta l. 1. &
intellige, quòd non tenetur actione ex eo contractu, ſed
condictione ſine cauſa, vel ad exhiben.vt l.3.ff.commoda.
Item quod dico de infante, intelligo de proximo infan-
tiæ. Inſtitu. de inuti.ſtipu.§.ſed quod dicimus. & not. in
l.pupillus nec velle. ff.de regu.iuris.ſi verò eſt maior infan
te,& proximus pubertati: tunc ſi promittit ſuo tutori:nec
ciuiliter,nec naturaliter obligatur,vt l. pupillus. de auct.
tu.ſecundùm gloſſ.quod intellige, niſi ſit locupletior,vt ibi
patet.aut promittitur alij ſine tutoris auctoritate: & tunc
obligatur naturaliter, vt d.l.1.de noua. & Inſtitu. de no-
ua.§.præterea.quod intelligo indiſtinctè: ſiue ſit locuple-
tior: ſiue habeat tutorem, vel non.de iuris & fa.ignora.l.
fina.ad l.fal.l.ſi pupillus.ff.ad Trebellia. l. ſi eius. & ſi eſſet
locupletior, obligaretur ciuiliter,vt no.glo.in dicta l.pri-
ma.de noua. Aut promiſit cum tutoris auctoritate: tunc
obligatur ciuiliter,& naturaliter:ſed poteſt reſtitui,ſecun-
dùm glo.vt l.impuberes. de aucto.tuto.prædicta,quæ dixi
pupillum teneri ciuiliter,& naturaliter,intellige, niſi pro-
miſsio ſit facta de re, cuius alienatio ſit interdicta: quia
tunc nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur ſine decreto,
vt l.ſi ad reſoluendam.C.de prædi.mi. ¶Sed quæro de ra-
7 tione prædictorum. † quare proximus infantiæ non obli-
gatur ciuiliter,nec naturaliter. Reſpon.infans,& infantiæ
proximus nō obligatur naturaliter:quia deficit conſenſus.
ſi aūt ſit proximus pubertati, ideò non obligatur ſuo tuto
ri naturaliter:quia prohibitus eſt tutor talem promiſsionē
recipere:imò punitur,vt l.non licet.de contrah.emp.vnde
cum lex reſiſtit cōtractui:non naſcitur neq; ciuilis, nec na
turalis obligatio,vt l.ſi non ſortem.de condic.inde. & iſta
eſt ratio,quare ille,cui eſt interdictum bonis,non obliga-
tur naturaliter:quia eis eſt interdictum,& lex reſiſtit con-
tractui,ſeu præcepto iudicis facto legis auctoritate:ſed pu
pillis non eſt interdictum contrahere per l.vel per iudicē:
ſed lex eorum contractibus non aſſiſtit.Item iudex dando
eis tutorem, non interdicit eis adminiſtrationem:ſed ſup-
plet defectum ætatis:& hoc principaliter agit: vt ſuppleat
defectum,qui eſt à natura:non vt ei interdicat id,quod na
turaliter poteſt,vt l.1.ff.de tute.& d.l.pupillus nec velle.de
reg.iur.& ideò in caſibus,in quibus lex reſiſtit eorum con
tractibus(vt in alienatione,& promiſsione rerum immobi
lium)dico,quòd naturaliter non obligantur: quia etiā hoc
eis interdicitur,vt d.l.ſi ad reſoluendam. de prædi. mi. &
hæc dicta ſunt in pupillo,& infante,qualiter ex contracti-
bus obligatur:vel nō.In delictis dic,vt l.1.& 2.C. ſi aduer.
delic.& quod no.in l.ſi quis in tantā.C. vnde vi.quid in cul
pa.dic,vt no.in d.l.1.de noua.vbi iſta dicit Bar.& ſubiūgit,
qualiter obligetur adultus.& dic vt ibi. Et ex prædictis in
materia ſponſaliorum,in qua ſumus,oritur mihi vnū du-
biū.quia iura huius c.& omnia,quæ loquuntur de hac ma-
teria,volunt,ꝙ ex ſponſalibus contractis poſt infantiam,
oritur publicæ honeſtatis iuſtitia. Nam ſecundùm prædi-
cta(quia donec pupillus eſt proximus infantiæ,non obliga
tur naturaliter propter carētiam pleni conſenſus,vt d.l.pu
pillus.nec velle,nec nolle creditur.ff.de reg.iur.) neſcio be
ne videre,vnde iſta publica iuſtitia cauſetur:ſi.n.in alijs o-
bligationibus contrahēdis proximus infantiæ obligat̄ na-
turaliter.quare in iſta maioris præiudicij,& vinculi pluriū
obligatio publicę honeſtatis cōtrahatur:nō video rōnem.

### ADDITIO.

a ¶Proximus pubertati. Adde videndos Bart. Alex. &
Doc.in l.1.ff.de noua.Bal.in l.ſi quis in tantam. verſi.3.
quærit.C.vnde vi.l.non tantum.§. pupillorum.in lec.Ni
co.de Neapo.ff.de excu.tu.& in l.pupillũ.de reg.iur.

### *SVMMAE.*

1 *Pubertas probatur per numerum annorum.*
2 *Impuberes poſſunt ſponſalia contrahere: ſed contracta non poſſunt mutuo diſſenſu diſſoluere.*
3 *Pubes factus, niſi contradixerit, remanet efficaciter obligatus.*
4 *Impubes pubes factus, ſi petit abſolutionem à ſponſalibus cum altero contractis: abſoluitur etiam ille alius.*

DE illis. Si duo impuberes maiores ſep-
tennio ſponſalia contrahunt an
te pubertatem, reſilire non poſſunt: & primò il-
le, qui fiet pubes, alium expectabit: & ſi à prin. alter erat
pubes, pubertatem alterius expectabit.tria ſunt dicta.ſecũ
dum ibi[ſi verò.]tertium ibi[ſi autem.]¶No.primò text.
1 dum dicit[intra annos.]&c.ex hoc enim patet, † quòd per
numerũ annorũ probatur pubertas.de hoc.ſ̃.e.c.puberes.
2 ¶Secundò no.† ꝙ impuberes poſſunt ſponſalia contrahe-
re.ſed contracta non pñt mutuo cõſenſu diſſoluere, vt hic.
& ĩ.c.proxi.& eſt mirum, ꝙ ille, qui eſt habilis ad contra-
ctũ, non ſit habilis ad diſtractũ, cõtra regulam.nihil tam na
turale.de reg.iur.lib.6.¶Tertiò no.in ver.ſi verò. quid iu-
ris, cum alter ex duobus impuberibus contrahentibus ſpõ
ſalia peruenit ad annos pubertatis: ille, qui remãſit minor,
remanet obligatus vſque ad pubertatem: ſimiliter & ille, q
factus eſt pubes: niſi in ipſo ingreſſu pubertatis per tres
dies contradixerit prius, vt no.ſ̃.c.proxi.ſñ Hoſti.¶Quar
3 tò no.† quòd factus pubes, niſi contradixerit, remanet effi
caciter obligatus: ſed alterius obligatio poteſt diſſolui, ſi
adueniente pubertate, noluerit conſentire: & ſic contra-
ctus claudicat, contra iura, de quibus in glo. ¶Quintò no.
4 † quòd ſi impubes factus pubes petit abſolutionem à ſpon
ſalibus cum altero contractis: etiam ille alius abſoluetur:
& ſic alterius beneficio conſequitur, quod ex ſui perſona
conſequi non poſſet.facit l.1.& 2.C.ſi aduer.tranſ.& l.1.C.
de repu.quæ ſi.in iu.Et collige tres caſus ex tex.qñque con
trahunt duo impuberes: qñque pubes, & impubes.primo
caſu aut quæris, an poſsint mutuo conſenſu abſolui, dum
durant impuberes: & non poſſunt, vt in primo reſponſo.
aut vnus ex ipſis effectus eſt primò pubes: & poteſt intra
triduum ante, & poſt pubertatem petere ſe abſolui.& iſte
caſus non eſt in tex.poſtea verò non ſeparabuntur ad eius
petitionem: ſed ſi alius, qui remanſit, minor factus voluerit
reſilire: audietur, vt in verſi.ſi verò.Io. An.ſic plenius diſtin
guit. aut iurauit quis ſponſalia: aut non, ſi iurauit, & non
vult complere, ſubdiſtingue: aut vterq; vult à ſponſalibus
reſilire: quo caſu cogendi non ſunt, ſupra eodem.c. 2. aut
alter tantùm diſſentit: & tunc ſubdiſtingue: aut allegat iu-
ſtam cauſam contra ſponſalia: & auditur.de iureiuran.c.
quemadmodum.Aut non allegat: quo caſu, ſi timetur ſcã
dalum de eius compulſione, Eccleſia non cogit eum. ſu-
pra cap.proxi.cap.requiſiuit.ſi non timetur: cogitur indi-
ſtinctè.ſupra cap.proxi.ex literis.ſecundo. vbi de hoc. Si
verò in ſponſalibus non interuenit iuramentum: tunc aut
contrahunt per ſe: aut per parentes.ſi per ſe, tene quod hic
dicitur.quia ſi vterque eſt impubes, non admittitur ante
ætatem legitimam.ſi alter pubes, alter impubes. ſi impu-
bes reclamat: & non auditur ante ætatem legitimam, vt
hic.ſi autem pubes reclamat, non auditur, ex quò ſemel
conſenſit, vt hic. Si per parentes, diſtingue: aut hi,
pro quibus contrahunt, ſunt maiores: & tunc non com-
pelluntur: niſi velint habere rata ſponſalia. ĩ.eodem. cap.
ex literis.Aut ſunt minores: & tunc valent, vt. ſ̃. eodem.c.
1.quod intellige, ſi verbo, vel facto conſenſerint. ĩ.eodem.
c.vno.li.5.& ex quo venerint ad ætatem legitimam, pote-
runt reſilire, vt hic.Hoſti.aliter loquitur, diſtinguendo in
effectu, vt.ſ̃.ideò non pono.& per prædictam diſtinctionẽ
patet, qualiter intelligantur iura, quæ allegat contra iſtud
c.prima glo.magna.

### *SVMMAE.*

1 *Matrimonium, quod non poteſt valere, vel obligare, vt matrimonium, obligat vt ſponſalia.*
2 *Conſenſum coniugalem nõ dicitur quis habere ante nubilem ætatem.*
3 *Aetas à iure præfixa ad carnalem copulam, poteſt præueniri.*

A Nobis. Impuberes ſponſalia contra
hentes ante pubertatem ſe-
parari non debent.primò ponit quæſtionem.ſe
1 cundò reſpõdet, ibi[ad quod.]vel aliter. † Matrimonium,
quod non poteſt valere, vel obligare, vt matrimonium, o-
bligat vt ſponſalia.& illa eſt magis propria ſummatio; qa
hic non fuerunt ſponſalia: ſed matrimonij nomine fuerunt
2 coniuncti, vt dicit litera. ¶No. † primò, quòd ante nubilẽ
ætatem non dicitur quis habere coniugalem conſenſum:
plures enim ſunt ſenſus corporis, de quibus per Innocen.
ſupra de teſt.c.cum cauſam.Illius ergo conſenſus, quem
quis non poteſt habere, non requiritur: vnde licèt impu-
bes doli capax poſsit regulariter delinquere: tamen deli-
ctum carnis non cadit in eo, vt in l.auxilium. §. in delictis.
ff.de mino. ¶Secundò no. quòd quandoque efficacia ali-
cuius actus eſt in pendenti, ſiue in ſuſpenſo vſque ad cer-
tum tempus.facit.l.ordinata.de li.cã.& l. ſi quis libertatẽ.
3 de peti.hære. ¶Tertiò not. † quòd ætas à iure præfixa ad
carnalem copulam poteſt præueniri: licèt ergo regulariter
pubertatem ex tempore metiamur, vt.ſ̃.eodem cap.pube-
res.ſi tamen aliter per aſpectum apparet: recedimus à pro
uiſione iuris, & ſtamus certo.hinc dicitur, quòd ĩ incertis,
non certis, locus eſt coniecturis, vt l. cõtinuus. §. cũ ita.de
verbo.obli.¶Opp. iſtud c.innuit, ꝙ iſti habuerunt animũ
contrahendi matrimonium: ſed illud contrahere non po-
tuerint, prohibente ætate.ergo non videtur, ꝙ debeant ex-
pectare: quia quod nullum eſt, non potuit obligare: nec e-
tiam tractu temporis confirmari, vt in reg. non firmatur.
de reg.iur. lib. 6. Rurſus vt ſponſalia non videntur valere:
quia ſi actus, qui geritur, non valet eo modo, quo geritur:
non debet valere alio modo, quando eſt defectus in for-
ma: ſicut ſtipulatio, quæ non valet vt ſtipulatio; nec vt pa-
ctum nudum, vt.l.1.ff.de conſti. pec. & quod potui nolui.
&c.vt in gloſ. quouſque. &c. quæ firmat, quòd in hoc caſu
contrahuntur ſponſalia: licèt ea contrahere non intendat.
& hæc opi.glo.eſt hodie approbata in c.vno.§.1.ĩ.e.lib.6.

### *SVMMAE.*

1 *Minores apti ad matrimonium ex contractu obligantur: niſi violentia intercedat.*
2 *Proximi pubertati pro puberibus reputantur.*
3 *Malitia aliquãdo ſupplet ætatẽ: & quæ ſit iſta malitia.*

Co-



4 *Copula violenter extorta, non facit ſponſalia tranſire in matrimonium de præſenti.*
5 *Puella habens.11.an.& dimidium deſponſatur, et trãſducitur: antequam perueniat ad cõplementum duodecim annorum, ſi reclamat: an erit iudicandum matrimonium.*

1 DE illis. † Minores apti ad matrimoniũ,
ex contractu obligãtur: niſi vio
lentia intercedat.in prima deciſa conſultatio.
2 In ſecunda reſponſio ibi[reſpondemus.]¶No.primò † ꝙ
proximi pubertati pro puberibus reputantur: ſicut habe-
tur pro cincto, qui de proximo eſt cingendus, vt l.pe.ff. de
teſtamento mi.arg.contra.ff.de mino.l.3.§.minorem.¶Se
3 cundò no. † quòd quandoque malitia ſupplet ætatem. &
accipe malitiam in iſta materia pro vigore naturali: vel po
tentia coeundi, quæ apparet ex lanugine, vel facti experiẽ
4 tia, ſecundùm Inno.& Pe.¶Tertiò no. † ꝙ copula violẽter
extorta non facit ſponſalia tranſire in matrimonium de
præſenti.vnde ſponſa de præſenti violenter cognita poſſet
ingredi religionem, ac ſi cognita non fuiſſet.de quo dic, vt
ſupra de conuer.coniu.c.ex publico. Item ex tali copula
violenta non reſultat matrimonium præſumptum.de quo.
5 ſ̃.c.1.is qui fidem.¶Quærit Io.An. † puella habens.11.an
num, & dimidium deſponſatur, & tranſducitur: antequam
perueniat ad complementum 12. annorum, reclamat: nũ
quid iudicandum erit matrimonium? dicit Tan.quòd ſic, ſi
interuenit copula: aliàs ſecus.& hoc tenet Hoſtien. nec ſuf
ficit ſecundùm eum poſſibilitas coniungendi: niſi coniũcti
probentur: nec aliter de hoc conſtare, vel præſumi poteſt,
ſecundùm eum.Goff.contra.dicit enim cum tali ita proxi-
ma pubertati eſſe verum matrimonium, ſiue interuenerit
copula, ſiue nõ: ex quò cõtrahentes ſunt ita proximi ætati,
ꝙ interuenire potuerit.iſtã opi.Goff.tenẽt Inn.& Abb.qui
bus cõcor.Io.An.ĩ.eo.c.vno.li.6.vbi reddit iſtam rationẽ.
pone, ꝙ proxima pubertati cognita eſt à pluribus: ſimili-
ter proximus pubertati plures cognouerit: & deinde iſta
ab iſto deſponſatur, & ducitur.quis hebes dixerit iſtos poſ
ſe reſilire? certè nullus, ſecundùm eum.Ego credo opi. Tã.
& Hoſti.veriorem in caſu, quo iſta ſic ducta appareat vir-
go: & quantuncunque enim piloſitas, & alia ſigna puberta
tis appareant: ſi nondum compleuit annum 12.reſilire poſ
ſit, vt probatur ſ̃.e.c.cõtinebatur.§.ſi aũt.Si aũt appareret
ante fuiſſe ab alio cognitam, & deinde ductam ab adole-
ſcente: præſumo ipſam cognitam ab eo: ſicut ſi quamlibet
aliam duxiſſet maiorem ætate.ſi autem apparet aperta ia
nua: nec apparet, an naturaliter à ſeipſa: an lancea viri ta-
lem impuberem pubertati proximam à viro tranſdu-
ctam: non malum eſſet dicere, quòd præſumatur ab eo
aperta.& ſic intelligatur opi.Goff.Inno.Abb.& Io.An.qui
aliter loquitur: vt poſt eum dixi.ſ̃.eo.c.continebatur.dic vt
ibi.

### *SVMMAE.*

1 *Contractus ante pubertatem etiam cum niſu carnalis copulæ non facit matrimonium.*
2 *Aetas ſola ſuperueniens non confirmat ſponſalia inualida ratione ætatis, niſi ex aduerſo probetur conſenſum interueniſſe poſt maiorem ætatem.*
3 *Iuramentum deferendum eſt reo in cauſa ciuili, etiam actore non probante.*
4 *Impuberes non debent reſilire à ſponſalibus per eos contractis ſine conſenſu epiſcopi: & ad alia vota migrare.*
5 *Propinquitas termini idem operatur, ac ſi terminus veniſſet.*
6 *Circa, dictio, refertur ad modicum tempus minus.*
7 *Liberi homines vendicantur adiecta cauſa.*
8 *Iuuenis ſi recuſat iurare, quòd non conſenſerit: quid iuris.*
*Quid ſi, antequam à muliere impeteretur, ad ſecunda vota tranſiuiſſet. & modò non vult iurare: vel iurat, ꝙ circa.24.annum in primam conſenſit.nu.9.*
10 *Mulier, quæ ſtabat pro matrimonio, confeſſa eſt ſe virginem euaſiſſe.ſi modò velit mutare ſermonem, & dicere ſe corruptam: an poſsit.*
*Et quid ſi fecit ſe ab alio latenter corrumpi.nu.11.*

1 ATteſtationes. † Contractus
ante puberta-
tem, etiam cum niſu carnalis copulæ, non facit
matrimonium.communis diuiſio.ſecunda ibi[conſultatio
ni.]¶No.primò, quòd ſicut conſenſui infirmo, & inſtabili
ratione minoris ætatis ius non adſiſtit: ita nec actui cele-
brato in eadem ætate: eodem defectu, quo iura non appro
bant conſenſum: ita nec actum, nec factum impuberis va-
2 lidius eſt, quàm verbum.¶Secundò no. † ꝙ ſola ætas ſuper
ueniens non confirmat ſponſalia inualida ratione ætatis:
niſi ex aduerſo probetur conſenſum interueniſſe poſt ma-
iorem ætatem.quandoque tamen ſolus curſus temporis, ſi
non interuenit contradictio, firmat actum inualidũ à prin
cipio ratione ætatis.C.ſi maior fac.l.ſi.arg.contra.in l.1.de
le.3.& l.filius.de teſtamẽtis.¶Tertiò not. ꝙ mulier iſta aſ
ſeruit, ꝙ credebat ſe virginem euaſiſſe: & ſic de facto pro-
prio deponebat de credulitate: nõ de veritate.& hoc ideò,
ſecundùm Pet.& Abb.quia non ſemper puellæ hoc cogno
ſcunt, an ſint cognitæ cum effectu, ſecundùm eos. quod iõ
dicunt: quia ad perfectionem matrimonij requiritur emiſ
ſio ſeminis: non ſola immiſsio membri virilis in clauſtra
pudoris.de quo dic, vt.ſ̃.ti. 1.c. ſi. vbi ſi apparet apertura,
quò ad Eccleſiã oĩa præſumũtur ſolemniter acta: intantum
ꝙ ſola viri, & mulieris confeſsio contraria contra matri-
monium iſtud non ſufficeret.quod dic, vt.ſ̃.ti.1.cap.is qui
3 fidem. ¶ Quartò no. † quòd in cauſa ciuili, etiam actore
non probante, deferendum eſt iuramentum reo.actori au
tem plenè probanti non eſt iuramentum deferendum, vt
ſ̃.de proba.c.2.poſtquam enim eſt plenè probatum, con-
ſtat de iuſtitia petitoris: ideò non eſt iurans vrgendus. ſed
vbi reus venit abſoluendus(ex eo, quòd actor non proba-
uit)non per hoc conſtat reum habere iuſtam cauſam: quia
quandoque actori deficit probatio, ſed non ius, vt l.duo
ſunt Titij.de teſta.tu.non mirum ergo, ſi reus, qui venit ab
ſoluendus, aſtringatur iuramento, vt hic: quod tamen non
intelligas omni caſu: imò regulariter contra, vt dicam poſt
4 glo.¶Quintò nota † quòd à ſponſalibus contractis inter
impuberes non eſt licitum reſilire ſine conſenſu epiſcopi:
& ad alia vota migrare, vt dixi.ſ̃.eod.c.de illis.facit cõtra
l.ſi quis ſub conditione.§.ſi.ff.de condi.inſti.¶Sextò no.ꝙ
iſte iuuenis ante completum annum. 14. ab ea receſsit. à
contrario igitur, ſi cum ea permanſiſſet vſque ad dictam
ætatem, videretur conſenſiſſe: & eſſet matrimonium firmũ,
tanquam ipſo facto conſenſerit, ſic morando. ſupra eo-
dem. cap. literas. ¶ Septimò not. ibi [vel circa] &c.
5 † quòd idem operatur propinquitas termini, ac ſi ter-
minus veniſſet. & iſtud [circa]refert Ioan.And.ad tres
dies propè legitimam ætatem. Item intelligit, quòd an-
te tempus potentiæ coeundi: aliàs non præſumit poten-
tiam, niſi facto pateat, & probetur, vt.ſ̃.e. c. continebatũ.&
6 c.de illis.2.& bene no. † quòd iſta dictio [circa] refertur

ad modicū tempus minus.vnde ſi teſtis inductus ad pro-
bandum præſcriptionem dixit[poſſedit 10. annis, vel cir-
ca]non videtur probare præſcrip. 10. annorum: quia di-
ctio,circa,refertur ad diminutionem modici tpis,ar.cōtra
quia ſi dixit[ꝙ poſſedit. 10.annis,& plus]ad nihil refertur,
vt l.cū furti.de in litē iurā.dic vt ibi.¶Opponūt,ĩuit tex.
ꝙ mulieri aſſerenti ſe virginē euaſiſſe,credit.ſed cōtra, iſta
confeſsio tendit ad diſſolutionem matrimonij inter eos:er
go ſuæ confeſsioni,& etiam viri non eſt credendū,in præ-
iudicium matrimonij,vt c.ſuper eo.de eo,qui cog.cō.vxo.
ſuæ.& c.ex literis.de diuor.ſo.dicit, ideò creditur mulieri;
quia confitebatur contra ſe.nam mulier hic ſtabat pro ma
trimonio,vendicando iuuenem in virum.Hoſti.dicit,quòd
vtrùm inſtanti pro matrimonio ſit credendum, ſi aliquid
fateatur contra matrimonium, relinquitur officio iudicis:
poſſet enim eſſe, quòd mulier fingeret matrimonium ſibi
placere:& pro eo inſtaret corpore,& labijs:ſed non corde:
ſunt enim hominibus multæ viæ ad malum. in Authen. de
nup.§.minores.& fingi lites potuerunt. de tranſac. l. cū hi.
§. tranſactis. Inueſtigare ergo debet iudex modis omni-
bus,ſi verum eſt,quòd mulier (vt oſtendit) matrimonium
affectet. & tunc ſibi credere debet cum alijs ſufficientibus
coniecturis, argu.hic,& 35.quæſtio.6.c.ſi duo.Item debet
facere inſpici mulierē: & de omnibus circunſtantijs,etiam
partibus inuitis,inquirat.ſ̃.c.1.ſicut.ad fin.¶Oppo. ſecun
dò dicitur hic, quòd mulier iſtum virum vendicare con-
tendit.Sed contra;quia vendicatio competit pro rebus, in
quibus quis habet dominium, vt l.in rem actio. ff. de rei
vendi.ſed mulier in virum:vel vir in vxorem non habet do
7 minium: ergo vendicatio ceſſat.ſol.dicit,†quòd liberi ho-
mines vendicantur adiecta cauſa; vt pater filium; maritus
vxo.& econuerſo.de quo dic plenè,vt l.1.ff.de rei vendi. &
ſupra de conuer.in fi.cap.fi.facit ſupra tit.1.cap.nō eſt no-
bis.& c.veniens.¶Tertiò oppo.Papa mandat, quòd ſi iſto
poterit probare per teſtes, &c.Sed contra, quia antea te-
ſtes fuerunt publicati:ergo alij non ſunt recipiendi. ſupra
de teſti.cap.fraternitati.ſo.dicit gloſſ.in cauſa matrimonia
li non obſtat publicatio. ad hoc vide quod not. ſupra de
proba.cap.iurauit.Vel dic,quòd in principio c. fuit proba
tus conſenſus,qui interuenit in principio matrimonij: hic
uerò mandantur recipi ſuper conſenſu poſtea ſubſecuto.
& hoc ſentit gloſſ.quæ incipit.quod facere poterit.&c.Sed
uidetur,quòd iſte intellectus non ſit bonus; quia ſi hic a-
gebatur ex primo conſenſu:non uidetur prodeſſe proba-
tio conſenſus ſubſequentis,ut l.non poteſt uideri. ff.de iu-
di.ſol.dicit Ioan. An. quòd illa ſubtilitas non eſt obſeruan
da in cauſa matrimoniali propter periculum animarum.
& hoc tene menti; quia ſi probatur aliter matrimonium,
quàm deductum fuerit in iudicium: debet quis obtinere
in cauſa.& eſt ſpeciale, ut ex matrimonio non deducto in
iudicio (dummodo matrimonium probetur ſubſiſtere)
debeat ferri ſententia. quod eſt not.& ſpeciale. ſecus in a-
lijs cauſis,ut d.l.non poteſt. Vel dic, quòd ſubſequens cō-
ſenſus refertur ad priorem conſenſum inutilem: & eum
roborat, & confirmat,ut cap.1.infra eodem.lib.6. quan-
do autem ius ſuperuenit de nouo ex cauſa de præterito,
bene uenit in eodem iudicio,ut l.ſi rem.§.fi.ff.de pig.ac. &
ſi ita intelligimus,nihil ſpeciale; quia idem in omni cauſa;
ut ibi.¶Quartò opp.dicitur hic, quòd ſi circa fi. 14. anni
&c. Sed contra hoc opp. & uidetur, quòd ante dictum
tempus matrimonium non ſit perfectum. 21. quæſtio. 1.
cap.illud.ſo. dicit gloſſ. ad perfectionem matrimonij non
debemus principaliter conſiderare ætatem: ſed potentiā
coeundi.vnde potentia quandoque tempus præfixum an-
ticipat: ſicut & impotentia vltra tempus prorogat,ſecun-
dùm gloſſ.de anticipatione bene dicit,vt hic. & ſupra titu.
1. cap. à nobis. ſed quòd impotentia proroget matrimo-
nium,malè dicit,ſequens errorem ſuum.de quo.ſ̃.eodem.
cap.puberes.vbi de hoc.& vide quod no.ſupra de reg.cap.
ad noſtram.quare in profeſsione inſpicimus tempus limi-
tatum,& non in matrimonio?dic,quòd in profeſsione re-
quiritur profeſsio ætatis:& diſcretionis, quæ præſumitur
per aduentum pubertatis. ſed in matrimonio requiritur,
& expectatur pubertas: quia tunc præſumitur potentia
coeundi,non ante,quando conſtat de potentia:ceſſat enim
cauſa legalis dilationis:ergo & dilatio,vt l.à filia.§. alum-
na.ff.ad Treb.fruſtra enim expectatur tempus, cuius nihil
operatur euentus,vt l. aliqñ. ff. ad Velle. & circa hoc vide
quod no.in l.cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo.de verbo.
obli.Aduerte tamen,ꝙ tex.iſte ſolùm videtur requirere,ꝙ
conſenſerit circa finem anni.14.ego verò dixi,quòd cum
conſenſu ſequitur potentia coeundi:vel quòd de nouo con
ſenſerit circa finē 14.anni:ſecus ſi oſculatus eſſet eam: vel
cohabitaret cum ea circa finem dicti anni. 14. quia non
præſumeretur matrimonium.Hoſtien. contra. infra eodē.
cap.vno.lib.6.dicebat, quòd etiam tentando prope finē
14.anni, per tres dies tacitè ratificare videtur:& hoc in fa
uorem matrimonij:& ob vitandum periculum animarum.
ſupra cap.proxi.videtur Hoſtien.ſentire, quòd adſit po-
tentia coeundi.dic vt ibi.¶Quintò opp.dicitur hic, quòd
iſta debet iurare, quòd in ea non conſenſerit. ſed contra;
quia actore non probante,etiam ſi reus nil præſtiterit,ob-
tinebit,vt ſupra vt ec.bene.ſine di.confe.c.1.ſol. vt in gloſ.
fi.Hoſtien.dicit,quòd ratio defertur; quia de tanta re non
eſt ſegnius agendum.42.diſtinct.cap.quieſcamus.Ego di-
co,quòd ratio defertur: quia licèt mulier non probauerit
conſenſum viri per actum extrinſecum: tamen in animo
potuit conſentire:& quia animus, qui non poteſt probari
extrinſecus, debet probari per iuramentum: quia aliter,
quàm per iuramentum,non poteſt probari conſcientia ali
cuius,vt no.in cap.ſtatutis.§.aſſeſſorem.de reſcrip.lib.6.&
infra de homi.cap.ſignificaſti.& Inſti.de act.§.aliæ autem.
8 ¶Quæro ſuccinctè de quibuſdā quæſtio. & primò † quid
ſi iſte iuuenis recuſat iurare, quòd non conſenſerit. dicit
Ioannes An.quòd adiudicabitur: ſicut quando quis non
vult ſubire iuramentum calumniæ,perdit cauſam.ſupra de
iureiuran.cap.fi.& in tantum propter eius denegationem
eſt præſumendum pro matrimonio: quòd ſi poſtea tran-
ſeat ad ſecunda vota:cogetur,vt reuertatur ad primam. ſu
pra tit.1.c.ſi inter.& cap.is qui.¶Quærit etiam circa hoc.
9 †ſi antequam ab hac muliere impeteretur,ad ſecunda vo-
ta tranſiuiſſet:& modò non vult iurare.vel iurat,quòd cir-
ca 14.annum in primam conſenſit.dicit Hoſti.quòd quæ-
ras,& conſulas talem, qui tibi ſciat, & valeat reſpondere:
quia ſecundùm eum dicere contra hanc Decre.eſſet præ-
ſumptuoſum:velle verò præiudicare ſecundo matrimonio
publicè contracto occaſione primi per teſtes non eſt tu-
tum.Ego dico,quòd ſentire pro iſto ſecundo matrimonio,
eſt rationabile.Non ob.iſte tex.quia loquitur, cum res eſt
integra ab vtraque parte:ita quòd cum eis propter ſpon-
ſalia propter niſum,& alia tutum eſt,quòd pro matrimo-
nio pronuncietur,ſi vir confitetur ſe conſenſiſſe poſt legi-
timam ætatem:ſed ſi re non integra:ſed contracto ab eo ſe
cundo matrimonio, fatetur ſe conſenſiſſe in primam poſt
ætatem legitimam: vel circa finem anni. 14. niſum eſſe
&c. huic ſuæ confeſsioni afferenti præiudicium ſecundo
matrimonio, ſine alijs probationibus non eſt ſtandum.
nec contradicit iſta Decre. quæ loquitur, cum re integra
confitetur,& de ſua obligatione tantùm agitur.ſecus ergo
cum res non eſt integra: & per eius confeſsionem alteri
præiudicatur, arg. infra de præben.cap. ſi tibi abſenti.lib.
6. & l. fina. C. de repu. hære. ¶ Vlterius quæro. dicitur
hic,



10 hic,†quòd iſta mulier,quæ ſtabat pro matrimonio,eſt cō-
feſſa ſe virginem euaſiſſe: quid ſi modò velit mutare ſer-
monem:& dicere ſe fuiſſe corruptam?dicit quòd pōt: nam
ante ſententiam probando rem aliter ſe habere, ſemper
poſſet cōfeſsio reuocari.C.de iur.& fac.igno.l. error. & j̃.
de confeſsis.c.fi.quinimò etiam poſt ſententiam poſſet:cū
talis ſententia non tranſeat in rem iudicatam.ſ̃. de re iud.
11 c.lator.¶†Quid ſi iſta mulier, vt poſsit illum habere, fa-
ciat ſe ab alio latenter corrumpi?dicit Hoſt.quòd propter
hoc,& alia epiſcopus debet per bonas matronas mulierē
facere cuſtodiri,& poni in loco tuto,& honeſto.ſ̃.ti.1.c.cū
locū.ex hoc innuit Hoſt.ꝙ ſi fœmina virgo tradita ſit iuue
ni.12.annorum,& appareat corrupta:præſumetur corrup
ta ab eo.ſed certè licèt p[illegible]ibilis fuerit immiſsio, nō tamē
ſeminis emiſsio:quam iura,& Doc.videntur exigere ad cō
ſummationem matrimonij. iſtas quæſtiones nunquam vi-
di,vel audiui:& niſi inter viles perſonas,non poſſent cōtin
gere:aliquæ tamen poſſent occurrere:de quibus.ſ̃.eo.cap.
puberes.& in alijs c.non ſunt hic alia.

*S V M M AE.*

1 *Aetas maior ſuperueniens cum cohabitatione coniuncta non inducit præſumptionem conſenſus, vbi metus etiam minus iuſtus interceſsit.*
2 *Metus patris, & matris non eſt metus inferens periculum mortis:vel corporis cruciatum.*
3 *Metus iuſtus, & coactio durat per annum, & vltra.*
4 *Metus purgatur per tacitum conſenſum, ſi illa, quæ ad actum cogitur, quàm citò poteſt, non diſcedit.*

EX literis. Si maior inuitus contrahit
ſponſalia cum minore: non
tenetur illum expectare:donec veniat ad ætatem
adultam.communis diuiſio.ſecunda ibi[cum autē.]¶No.
1 primò.†ꝙ maior ætas ſuperueniens cū cohabitatione con
iuncta non inducit præſumptionē cōſenſus: vbi metus etiā
2 minus iuſtus interceſsit. & iō dico,minus iuſtus.†quia me
tus patris,& matris non eſt metus inferēs mortis periculū:
vel corporis cruciatū.qui metus cenſet iuſtus,vt l. interpo
ſitas.C.de trāſac.& tñ,licèt non ſit iuſtus, eſt ſufficiens ad
tollendam iuris præſumptionē:vt præſumatur cōſenſus ex
cohabitatione ſuperueniente,vt.j̃.eo.c.1.lib. 6. quod c.li-
mitatur per iſtud.metus enim paternus licèt non tēdat ad
corporis cruciatū,vel mortem:cenſetur tamen iuſtus, pro
pter nimiam reuerētiam,quæ idem operatur, quod iuſtus
metus,vt l.1.§.quæ onerandæ. ff. qua. ro. ac. non da. 22.
3 qō.4.cap.vnuſquiſque.¶Secundò no. ꝙ†iuſtus metus, &
coactio durat per annum,& vltra:& tūc dicitur metus cō
tinuatus.concor.ſ̃.quod metus cauſa.c.1.vbi eſt ergo me-
tus continuatus ex diuturnitate temporis: nō inducitur cō
ſenſus.facit quod not.in l.eum qui.§.in popularibus.ff. de
iureiuran.& l.3.§.cum igitur.ff.de vi,& vi ar.l.quod ait.de
4 adulte.¶Tertiò no.†ꝙ illa,quæ ad actum cogitur, debet,
quàm citò poteſt,diſcedere:aliàs metus purgaretur per ta-
citum conſenſum:quia vltima præſumptio tollit primam,
vt l.diuus.ff.de reſti.in integ.& l.illud.de præſum.¶Oppo.
de c.à nobis.& c.de illis.ſ̃.eo.vbi maior factus cogitur ex
pectare:nec auditur petens contrarium.ſol.vt in gloſſ.quæ
eſt vera,ſecūdùm Io.An. ¶Secūdò op.dicitur hic, ꝙ ſi ad
eam carnalē acceſſum habuit:cogitur conſummare.Sed cō
tra de c.vlt.ſ̃.de ſpon.vbi non ſufficit acceſſus ſine effectu.
ſolu.ibi loquitur in ſponſalibus de futuro: in quibus nō ſuf
ficit conatus ſine effectu: hic loquitur in ſponſa de præ-
ſenti: quam ſi circa pubertatem tentauit, muliere con-
ſentiente, eſſet forſan matrimonium præſumptum:niſi iu-
raret,quòd non fecit hoc animo conſentiendi,vt.ſ̃.c. pro-
ximo.ad fi.Illud autem certum eſt,ꝙ ſi eam cū effectu trā
ctaſſet:quæcunque verba interueniſſent,eſſet matrimoniū,
niſi inuita fuiſſet cognita,vt.ſ̃.eo.c.à nobis.& c. ſequenti.

*S V M M AE.*

1 *Sponſalia nulla à principio propter defectum ætatis cōualeſcunt per exceſſum infantiæ.*
2 *Sponſalia infra infantiam contracta, & per exceſſum infantiæ confirmata inducunt publicam honeſtatem:quæ eſt efficax ad matrimonium dirimendum, contractum cum aliqua ex conſanguineis talis ſponſæ.*
3 *Licentia ſimplex iudicis non extenditur ad perſonas prohibitas.*
4 *Separato matrimonio propter impedimentum, datur viro licentia cum alia contrahendi.*
5 *Copula carnalis ſuſpenditur aliquando propter ſcandalum vitandum.*
6 *Vxorem ſuā nemo debet dimittere ſine iudicio Eccleſiæ.*

DVo pueri. Sponſalia contracta cum
2 minore ſeptennio, prop-
ter cohabitationē mutuā poſt ſeptennium cō-
ualeſcunt:& inducunt publicæ honeſtatis iuſtitiam:ſoluun
tur tamen per matrimonium de præſenti. communis diui-
ſio.ſecunda ibi[quia igitur.]¶Not. primò, ꝙ iſta Guli.7.
annorū poſt ſponſalia contracta ſtetit cum puero per tres
annos.& ſic duobus annis vltra pueri infantiam. ex quo ſe
1 quitur,†quòd ſponſalia nulla à principio propter defectū
ætatis conualuerūt per exceſſum infantiæ dicti pueri. quā
do enim res venit ad eum caſum,à quo poſſet habere prin
cipium,confirmatur,vt.c.placet.ſ̃.de conuer.coniu. quod
intellige,non ſolo curſu temporis: ſed cohabitatione mu-
tua.& ſic ratihabitione ſequenti,vt dicit gloſſ.ſecunda. &
2 probatur.j̃.eodem.c.vno.in prin.lib.6. ¶Secundò not.†ꝙ
ſponſalia intra infantiam contracta:& per exceſſum infan
tiæ confirmata inducunt publicam honeſtatem: quæ eſt ef
ficax ad matrimonium dirimendum contractum cum ali-
qua ex conſanguineis talis ſponſæ: licèt prius fuerint per
conſenſum contrahentium diſſoluta: vt hic. quod eſt mi-
randum, vt ex ſponſalibus diſſolutis remaneat aliquod im
pedimentùm contrahendum cum eis eorundem conſan-
guineis: liberatio enim ab obligatione operatur abſolu-
tionem:& videtur nunquam extitiſſe.ſed dic, quòd hoc o-
perantur reliquiæ,quæ quandoque remanent ex obligatio
ne extincta,vt l.ſi quis ſub conditione. ff. de te. tu. facta e-
nim infecta fieri non poſſunt,vt l.in bello. §. factæ. ff. de
cap. nam & in honorem priſtinæ dignitatis aliqua prohi-
bita conceduntur,vt ff.de ſena.¶Tertiò not.quòd iſte Gu
li.poſt annos diſcretionis nubendi alij licentiam poſtula-
uit: & ſupra conſobrinā Gulielmæ ſpōſæ iam ſuæ accepit:
quod non potuit propter publicam honeſtatem, vt infra.
in verſi.tamen quia. & ſi dicas licentia iudicis videtur eum
excuſare, vt l. furti. §. qui iuſſa. de his, qui not.] infa.
3 dicit, quòd † ſimplex iudicis licentia non extenditur ad
perſonas prohibitas:ſicut nec generale mandatum priuati
extenditur ad delictū,vt l.ſi procurator.ff. de condic.inde.
& de ele.c.cām quæ.¶Quartò no.iſte Gulielmus iſtā Gu-
lielmam in infantia deſponſauit: & poſt infantiam cum ea
moram traxit: & poſt pubertatem cum ipſa cohabitauit.
& tamen dicit tex.quòd ſiue eam cognouerit, ſiue non,de
bet ab ea ſeparari:ſed imò videtur,quòd debeat remane-
re,vt.c.1.j̃.eod.lib.6.& ſ̃.tit.1. cap. is qui fidem. & c.fina.

dic,ꝙ contraria loquuntur:cum illa, quæ contraxit ſponſa
lia ante copulam,non tranſiuit ad alia vota. quo caſu ſub-
ſequens copula:& etiam tentatio facta circa pubertatem
facit illa ſponſalia tranſire in matrimonium de præſenti:ſe
cus ſi copula cum ſponſa tali ſubſequitur : poſtquam ipſa
ad alia vota migrauit:& matrimonium conſummauit: tũc
enim copula illa non poteſt ſe referre ad ſponſalia prima
iam extincta per tranſitum ad ſecunda vota.facit quod di
4 xi.s̃.c.1.is qui fidem.¶Quintò no.† quòd ſeparato matri
monio,propter impedimentum,datur viro licentia cũ a-
lia contrahendi : quia ex ſolis ſponſalibus contractis cum
perſona prohibita non efficitur inhabilis ad matrimoniũ
contrahendum.ſed per copulam,de qua conſtat,vt in ver.
ſi uerò.plus ergo punitur,qui nuptias prohibitas per copu
lam perficit,quàm ille,qui tantummodo ſponſalia contra
hit.facit quod no.in cle.1.j̃.de conſang. & affi.& l. oratio.
ff.de ſpon.Sed dices.iſte tex.videtur ſibiipſi contrariari:qa
in ver.cum verò.datur mulieri licentia contrahendi: & ta-
men confeſſa fuit copulam.in ver.ſi verò.ſibi interdicitur.
ſol.dic ꝙ in verſi.cum verò.tex.ſequitur confeſsionem vi-
ri,qui eſt caput mulieris:vnde cum per aſſertionem viri re
probet Papa confeſsionem mulieris:poteſt illa à ſua con-
feſsione à iudice reprobata recedere : & ſententiam iudi-
cis ſequi,vt.c.mulier.s̃.de iureiur.Sed in ver.ſi verò. vtriuſ
que aſſertio concurrit in vnum.Ideò iudex ipſam ſequitur,
vtrique pœnam imponendo.ar.tamen contra,l.denunciaſ-
ſe.§.fi.ff.de adul.vbi in criminibus connexis , vt adulterio,
poteſt vnus tutus euadere:alius condemnari.& ita hic de-
buiſſet mulieri confitenti copulam matrimonium interdi-
ci:viro autem neganti licentia dari. ſed ibi loquitur in di-
uerſis proceſsibus: hic in vno contra vtrunque formato.in
quo de eodem delicto abſurdum videretur vnum abſolue-
5 re:alium condemnare.¶Sextò no.† quòd propter vitan-
dum ſcandalum ſuſpenditur quandoque copula: & indici-
tur pœnitentia.non eſt ergo rumor populi contemnendus:
ſiue ſpernendus , quando iuſtis rationibus moueretur ad
ſcandalum,ſiue rumorem. aliàs contra, vt s̃.de elec. c. O-
ſius.& de voto.c.magnæ.& l.decurionum. de pœnis.vbi va
6 riæ voces populi non ſunt exaudiendæ.¶ Septimò no. †ꝙ
ſine iudicio Eccleſiæ nullus debet dimittere vxorem ſuam.
ratio optima redditur in glo.fi.In his enim , quæ cum alio
ſunt agenda:& non dependent ex vnius arbitrio,nulli per-
mittitur dicere ſibi ius.quod eſſet,ſi pro libito eſſet conceſ
ſum dicere[non poſſum eſſe vir tuus , vel vxor tua:ideo te
dimitto.]vt.C.ne quis in ſua cauſa.l.1.

ADDITIO.

a ¶Cum minore ſeptennio.An ante ſeptennium poſſint
contrahi ſponſalia,vide Ioan.de Turre cremata in cap.
vbi non eſt conſenſus.30.q.2.

*SVMMAE.*

1 *Exceptiones poſſunt opponi contra denunciantes impe-
dimenta matrimonij , vt à denunciatione repellantur.*
2 *Accuſatio non poteſt proponi contra matrimonium,vbi
non eſt matrimonium.*
3 *Matrimonium non poteſt accuſari,vbi non eſt.*
4 *Succumbens ſuper ſua intentione , (quia deduxit eam
ineptè)poteſt illud idem deducere in iudicium alio
modo.*
5 *Admittitur quis ad denunciandum impedimentum il-
lorum , de quibus ſperatur , quòd ſint matrimoniũ
contracturi.*
6 *Exceptiones in iudicio propoſitæ poſſunt iterum repli-
cari, irritato iudicio propter ineptum modum agen
di.*
7 *Pendente quæſtione præiudiciali,non debet aliquid at-
tentari in cauſa:ſed omnia in ſuſpenſo ſtare:donec fi
nem accipiat quæſtio præiudicialis.*
8 *Papa interdixit,ne aliqui contraherent, decreto inter
poſito:an matrimonium contractum contra tale de-
cretum teneat.*
9 *Epiſcopus vult aliquem ordinare , vel ipſi de beneficio
prouidere : comparet aliquis,qui opponit contra il-
lum talem crimina,& defectus,offerens ſe paratum
probare:an propter talem contradictionem debeat e-
piſcopus ceſſare.*
10 *Prouiſor deputatus,vt alicui prouideat de beneficio:an
teneatur admittere exceptionem.*

AD diſſoluendum. Accuſa
ri non
poteſt matrimonium,quod non eſt:vt ſi cũ mi
nore ſeptennio ſit contractum:denũciari tamen poteſt im
pedimentum,ne contrahatur in poſterum.tria facit.primò
narrat factum.ſecundò interloquitur ſuper illo.tertiò inhi
bet,& decernit.ſecunda ibi[interloquendo.]tertia ibi[ ne
verò ]pone caſum,vt in gl. conſanguinei enim huius puel-
læ,quibus illud matrimonium diſplicebat,accuſabant ma
trimonium propter conſanguinitatẽ.ille verò,qui volebat
puellam ducere in vxorem:nitebatur iſtos repellere ab ac
1 cuſatione.¶No.primò,quòd† contra denunciantes impe
dimenta matrimonij poſſunt opponi exceptiones,vt à de-
nunciatione repellantur.ſed dices , quæ exceptiones poſ-
ſunt opponi,cum velit impedire, ne frater delinquat con-
tra Deum,& peccet.vt s̃.de iudi.c.nouit.dic vt in glo. quæ
incipit.ſic patet.et plenius.s̃. in d.c.nouit. ¶ Secundò not.
2 †ꝙ vbi non eſt matrimonium,nec ſponſalia,non poteſt cõ
tra matrimonium,quod non eſt , accuſatio proponi. in ſi.
dicit tex.[non prius iuris ratio, quàm perſona quærenda
eſt]vt.l.quidam referunt.ff. de iu.cod. vbi enim matrimo-
nium eſſe non poteſt:non poteſt matrimonium accuſari.
ſicut nec de ſeruo,qui non tulit opem domino occiſo, non
ſumitur quæſtio:niſi prius conſtet dominum fore occi-
ſum,vt l.1.§.item illud.ff.ad Sille.facit l.4.§. condemnatũ.
3 ff.de re iudi.¶Tertiò no. †quòd ſi quis ſuccubuit ſup ſua
intentione(quia deduxit eam ineptè)poteſt illud idem de-
ducere ĩ iudicium alio modo.hic enim accuſatum fuit ma
trimonium,vt contractum:quod contrahi non poterat:ſed
quia poterat contrahi in futurum.ei igitur , qui ſuccubuit,
præfigitur terminus,vt deducat aptè:& hoc ideo;quia iam
per illam accuſationem ineptè propoſitam orta erat fortè
infamia de parentela.vnde poteſt ſtatui terminus infaman
tibus,vt agant:& poſt terminum non audiantur,vt l.Titia.
de accu.& l.ſi ea.C.qui ac.non poſ. & l. diffamari. de inge.
ma.& hac ratione credo Papam hic præfixiſſe terminum.
4 ¶Quartò no.† quòd admittitur quis ad denunciandum
impedimentum illorum,de quibus ſperatur,quòd ſint ma
trimonium contracturi.& hinc ſumpta occaſione , tractat
hic Inno.an ſi eſt ſpes de electione,vel de alicuius prouiſio
ne:an ante electionem , vel prouiſionem celebratam poſ-
ſit quis obijcere contra talem crimina, vel defectus,plenè
5 proſequitur.dicam ſtatim.¶Quintò no.in verſi.ſaluis.† ꝙ
irritato iudicio,propter ineptum modum agendi,exceptio
nes in dicto iudicio propoſitæ,poſſunt in iudicio aptè for
mato iterum replicari.facit.s̃.de teſti.c.veniens.tempus ta
men conſumptum inutiliter in illo iudicio inepto bene cõ
putatur in curſu præſcriptionis,ſi illi exceptioni præclude
batur via opponendi intra certum tempus , vt ff.de adul.l.
accu-



accuſaturus.facit quod no.in c.cũ cauſam.s̃.de teſti.¶Sex
6 tò not.†ꝙ pendente quæſtione præiudiciali,non debet ali-
quid attentari in cauſa:ſed omnia in ſuſpenſo ſtare : donec
finem accipiat quæſtio præiudicialis. concor.s̃. de or.cog.
c.1.& l. ſi quis libertatem. ff. de peti. hære. & c.ſi fortè. de
elec.lib.6.¶Septimò no.quòd iudex põt decernere irritũ,
& inane,quod contra eius interdictum fuerit attentatum.
de effectu autem huius interdicti dicam poſt glo. ¶ Op.
dicitur hic,quòd matrimonium,quod nondum eſt,non po
teſt accuſari. Sed contra:quia contra iura nondum in eſſe
producta pręſcribitur.ff.de ſerui.vr.prædi.l.Labeo.cum ſi.
ſol.dicit gl.quę incipit.bene dicit.regulariter primò debet
conſiſtere id,de quo diſputatur. vnde ſuper futuris nõ põt
fieri prouiſio in præſenti:nec dici mortuũ,quod non vixit;
quia priuatio pręſupponit habitum.vnde dignitas, quę nõ
eſt,vacare non põt.de conſti.c.cum acceſsiſſent. nec com-
mitti iuriſdictio,quæ nõ eſt.de reſcrip.c.paſtoralis. nec po
teſt capite minui carens eo.ff.de capi.di.l.liberos.in fi. nec
vſusfructus perdi,anteq̃ cœperit.ff.qui.mo. vſusfru.amit.l.
ctibus quæritur dominium ſine traditione ex ſolo titulo.
vt patet in l.fina.C.de ſacroſan.eccle.& cap.2.ſupra de cō-
ſue.in matrimonio ſpirituali etiam ſine traditione incom-
mutabiliter titulus confert ius: vt cap.ſi tibi abſenti.de prę
ben. lib. 6. tetigi ſupra eodem. cap. licèt. ſit ergo ratio,
magnus fauor, & reuerentia huius contractus matri-
monij:vt ſolo titulo quęratur(vt ſic dixerim)ius in re inter
copulatos etiam ſine traditione, ſiue copula:ſicut in alijs
contractibus fauorabilibus idem contingit, vt d. l. fina. &
d.cap.2.de conſue. & fatendum eſt, quòd Papa potuiſſet
approbare conſuetudinem, quam hic reprobat: quia (vt
dixi)circa matrimonia non conſummata habet largam po
teſtatem.quo caſu iſta conſuetudo tranſiret in legem:ſicut
illa,de qua.s̃.ti.1.c.ſi.& 35.q.3.c.quædam lex.& c.ſeq. qđ
tenet hic Io.And.

# De cōditionib. appoſitis.

*S V M M AE.*

1 *Conditio quid ſit. Per quæ verba inducatur nu.2.*
3 *Si,dictio cuius ſit naturæ: & qualiter faciat conditio-*
*nem.& nu.4.*
4 *Cum,dictio,an faciat conditionem.*
5 *Niſi,dictio an faciat conditionem.*
6 *Alioqui,dictio an faciat conditionem.*
7 *Aduerbia an faciant conditionem. Quoad, Donec, &*
*Quandiu.*
8 *Dum,dictio,an faciat conditionem.*
9 *Quouſque,dictio,an faciat conditionem.*
10 *Quoniam,dictio,an faciat conditionem.*
11 *Poſtquā,aduerbium,an faciat conditionem, remiſſiuè.*
12 *Vbi,aduerbium,an faciat conditionem,remiſsiuè.*
13 *Quatenus, aduerbium, an faciat conditionem.*
14 *Conditio,an inducatur ex vi nominis.ꝙ non.*
15 *Pronomen an inducat conditionem.*
16 *Relatiua an inducant obligationem.*

COntinuatur hæc rubrica ad præcedentia in
hunc modum.dictum eſt.s̃. de ſpon. quæ
purè contrahuntur: videndum eſt de his,
quæ contrahuntur ſub conditione. Item
ex quò de matrimonijs conditionalibus
erat dicturus: ne aliam ſpecialem rubri-
cam fieri oporteret, ſubmiſit etiam de conditionibus in
alijs contractibus appoſitis. habetur de prima parte. 32.
quæſtio.2.cap.ſolet.& c. aliquando.& quæſt. vlti. cap.vnc,
ſecundæ parti conuenit de ſer. non or.c. libentius. de re-
ſtitu.ſpo.c.olim.1.de confir.vti.vel inuti.c. pe. trahi poteſt
ad rubricam lib.6.de reſcrip.c.ſi propter.de elec.cap.2.de
re iudi.cap.abbate. poſt prin.de ſpon.c.vno.in ſi. & cle. de
conceſ.præben.c.vno.in fine.Ita dicit Io.An. vtile arbitror
aliquid de conditione ſuper rubrica tractare, ſcilicet quid
ſit conditio: & per quę verba conditio inducatur: quia in
omnib.c.huius ti.habemus,ꝙ inducitur per iſtam coniun-
1 ctionem,ſi.¶Ad primū ergo†quid eſt condō.dicit Barto.
conditio eſt quidam futurus euentus: in quem diſpoſitio
confertur.[euētus.] dico generaliter:ſiue cōſiſtat in facto:
ſiue in iure,vt l. multum.de condi. & demonſt. Item ſiue
affirmatiuè: ſiue negatiuè.e.ti.c.in facto [futurus] dico ad
differentiam conditionis de præterito, vel præſenti: quæ
propriè non ſunt conditiones.de condi.inſti.l. inſtitutio ta
lis.& l.ſic itaq;.& l.cum ad præſens.ff.ſi cer.pet. [In quem
diſpoſitio ſuſpenditur.] dico ad differentiam diei certæ:
quæ diſpoſitionem non ſuſpendit.de verbo.ſignifi.l.cede-
re diem.& quod not.ſupra de plus peti.c.1. Item ad diffe-
rentiam conditionis neceſſariæ, quæ non eſt conditio. de
noua.l.ſi pupil.§.ſub.conditione.Item ad differentiam con
ditionis impoſſibilis, quæ non ſuſpendit: ideò non
eſt



eſt conditio.j̃.eod.c.ſi.& l.1.de condi. inſti. ¶Viſo ergo.
2 quid eſt conditio.†videamus per quæ verba inducatur.do
minus.Bar.cuius fuit diffinitio:& quę ſequentur in effectu
ponit in l.1.ff.de condi.& demon. a& proſequitur de con-
iunctionibus: de præpoſitionibus: aduerbijs: & ceteris
3 partibus orationis. †Primò igitur quærit de natura dictio
nis, ſi. de qua dic breuiter, quòd iuncta verbo præteriti,
vel præſentis temporis non facit conditionem,vt l.ſi ſtipu-
latus fuero hanc ſummam. de verborum oblig. Aliquan-
do reſpicit verbum futuri temporis:& tunc aduerte, quia
quandoque ille futurus euentus eſt certus omni certitudi-
ne.quādoque eſt certus,an.ſed incertus,quando,vt mors.
quandoq; eſt omnino incertus,vt ſunt omnes conditiones
communiter. primo caſu non facit conditionem, vt dictū
eſt in conditione neceſſaria.ſecundo caſu ſunt glo.contra-
riæ.quædam dicunt, ꝙ hæc conditio [ſi moriar.]non facit
conditionem, vt l.ſi pupillus. §. ſi ſub condōne. de noua.&
C.de fideiuſ.l.poſt mortē.& vtrobiq; no.cōtrariū tenet gl.
in l.in omnibus.de reg.iur.& illa verior:quia caſus eſt in l.
quibus diebus.§.quidam Titio.de condi.& demon.& C.de
his,quæ ſub modo.l.1.fallit in caſibus. primò in l.muto.§.
ſi ſub condi.ff.de tute.nam illa expreſsio,quam fecit ibi iu
dex,intelligitur facta,ſecundùm ꝙ tacitè inerat: vt non ſuſ
pendat tutoris dationem: ſed adminiſtrationem. facit qđ
no.Inno.in c.ſi.de præſump.& de offic.dele.c.1.in cle.Item
fallit in l.1.§.ſed apud.& ibi no.ff.de aqua plu. arcen.ratio
eſt,quia ſi acciperetur pro conditione: reſultaret prauus
intellectus, contra naturam conditionis:quæ eſt, vt reſul-
tet ex ea validum arg.à contrario ſenſu,vt l.1.de offi. eius,
cui mā,eſt iuriſ.& no.Doc.in l.cōuēticula.C.de epi.& cle.
vbi igit reſultat ſenſus à cōtrario prauus,exponit,ſi,pro,q̃
uis.vt l.ſed & ſi.§.ſed apud.& de verborum obligat.l.inter
ſtipu.§.ſacram.& C.de li.& eorum lib.l.fi.. Item fallit in l.
videamus.de in litem iuran.& l.Titium,& Meuium.§.à ma
tre.de adminiſt.tuto.& de dam.infecto.l. à quo. in quibus
ſumitur,ſi,pro,quia. & hoc ideò: quia adijcitur orationi,
quæ eſt certa:vel certa dicitur:vel debet poni, quòd eſt cō
tra naturā conditionis.quæ eſt,vt ſit dubia:& ſe habeat ad
eſſe,& non eſſe,vt dictum eſt.Item fallit in l.1.§. nūciatio.
de ope.no.nunc.de aqua plu.arcen.l.in diem. cum infinitis
ſi.& hoc ideo:quia dictio, ſi, coniungitur cum copula: &
b tunc enim exponitur, etſi,pro,quamuis.bquandoque verò
4 ſtat propriè,vt dicit Bar.in d.l.1. ¶†Secundò quærit de di
ctione,cum:an faciat conditionem.dicit ipſe,quandoq; eſt
præpoſitio:& tunc habet vim copulatiuæ, vt l. ille aut ille.
de vſufruc.le.& l.Titiæ.§.nihil diſtat.de leg.1.& tunc con-
ditionem non facit: niſi alia ſit voluntas teſtatoris, vt l.ſi
fuerit. §. fina.de ma.te.quandoque dictio,cum eſt coniū-
ctio:quod eſt ſemper,cum apponitur verbo præſentis, vel
præteriti temporis.& tunc non facit conditionem, quæ nō
eſt de pręterito:ſed ponitur cauſatiuè:vel aduerſatiuè pro,
quamuis:vel pro,quia vt l.demonſtratio.§.1. quandoq; ad
iungitur cum aduerbio,quod eſt,quando ponitur cum ver
bo futuri tēporis:tunc lex videtur ponere regulam, quòd
inter,ſi,&,cum,non ſit differentia, vtrùm conditionem in-
ducat,vt l.qui promiſit.de condi.inde.de ver.obli.l.quod-
cunque.§.pe.dominus Bar.dicit,quòd plures ſunt differē-
tiæ:quia dictio,ſi,notat principaliter conditionem: ſecun-
dariò tempus.ſed dictio,cum, facit principaliter tempus;
ſecundariò conditionem,probatur in l.ſi Titio. ff. quando
dies le.ce.& aliæ ſunt differentiæ,prima eſt; quia cum iſta
verba apponuntur circa ſubſtantiam obligationis; vt circa
voluntatem: quæ exprimitur per futurum ſubiunctiui: nā
hæc ſtipulatio[promittis ſi voluero.]non valet:ſecus ſi [cū
voluero.]vt l.centeſimis. §. fina. de verborum obligatio.
ratio eſt;quia in prima eſt conditio expreſſa per, ſi.in ſe-
cunda tacita per,cum.expreſſa nocent. ff. de conditio. &
demon.l.nonnunquam.ſecunda differentia eſt: quia ſi pro
mittis,vel legas 10.cum petiero,non facit conditionem,vt
l.ſi decem cum petiero.de verborum obligat.ſecus ſi pro-
mittis,vel legas,ſi petiero,vt ibi no.Ratio eſt iam dictā:qa
per[ſi]denotatur conditio principaliter,& expreſſa. ſed p
[cum]denotatur principaliter tempus:& eſt conditio taci
ta.& ideò cum talis temporis expreſsio ſapiat exactionē
de præſenti,nullam ſuſpenſionem inducit.vt l.liber homo.
de verborum obliga.tertia differentia eſt:quia dictio,ſi,ſi-
ue ponatur circa diſpoſitionem: ſiue circa executionē di
ſpoſitionis facit conditionem,vt ff.de condit.& demonſtr.
l.quibus.§.quidam Titio.ſed dictio [cum] facit conditio-
nem,ſi apponatur circa diſpoſitionem.ſecus ſi circa execu
tionem.ff.de leg.1.l.ſi cui.& C.quando dies leg.ce.l.ex his.
& hoc ſecundùm Doc.ibi.Barto.tamen dicit, quòd in di-
ctione,[ſi]verum eſt,quod dictum eſt in vltimis voluntati
bus,vt no.in d.§.quidam Titio.ſecus in contractibus: quia
ſi apponatur circa executionem,dictio [ſi] non facit con-
ditionalē diſpoſitionem:ſed reſoluendam ſub conditione,
vt l.2.de in diem adie.& ibi glo. bona. & dic etiam de iſta
5 dictione[cum]vt d.l.ſi cui.de le.1.per Bar.¶†Tertiò quæ
ro de dictione[niſi]an faciat conditionem.& dic,ꝙ quan-
doque dictio[niſi]adiicitur verbo præſentis, vel præteriti
temporis:& tunc eſt dictio merè exceptiua:de cuius natu
ra ſolet dici pactum,de re.iur.lib.6.per Dy.in l.actione.de
tranſac.per Cy.& per alios in l.ſi eum. §. qui iniuriarum.
ſi quis cau.quandoque adijcitur verbo futuri temporis. &
tunc eſt quædam gl.quæ videtur dicere:aut dictio,niſi,præ
cedit diſpoſitionem:aut ſequitur,vt no.de ac. & obligatio.
l.obligationum fere.§.conditio.ſed illud eſt falſum:qa qc-
quid præcedit in ordine locutionis:tamen in ordine intel-
lectus ſemper præcedit diſpoſitio.& ſequitur illa exceptio
[niſi]dic ergo,quòd aut loquimur in vltima voluntate: &
totam diſpoſitionem facit conditionalem.de condi.& de-
monſt.l.quibus diebus.§.quidam Titio.& de le.3.l.fideicō
miſſaria.§.quamquam. aut loquimur in contractibus: &
tunc aut diſpoſitio fuit contracta per verba futuri tempo-
ris:& tunc idem.aut per verba temporis præteriti,vel præ-
ſentis.& tunc dictio[niſi] faciat reſolutionem conditiona-
lem:licet diſpoſitio ſit pura,vt no.in l.2. de in diem adiec.
6 licèt glo.in l.3.eodem.tit.aliter ſentiat. ¶†Quartò quærit
de dictione[alioqui.]iſta dictio mirabilis eſt:& non ſolùm
facit conditionem:ſed in ſeipſa orationem continet, & in-
ducit contrariam præcedenti diſpoſitioni. exponitur enim
[alioqui.]ideſt ſi non fecerit,vt l.ſi finita. §. ex hoc edicto.
de dam.infec.& ibi no.& de verborum obligatio.l.elegan-
ter,§.penul.& no.Spe.in ti.de cita. §.1. ver.ſed pone Papa.
& vide de iſta dictione.s̃.de præbē.c.extirpandæ.¶Querit
etiam Bar.de dictione[aliàs.]de dictione[ſiue]dic, vt ibi.
& iſta ſufficiant de coniunctionibus.¶Secundò principali
7 ter tractat de aduerbijs. † primò de aduerbiis temporis,
quæ futurum tempus reſpiciunt: aliàs non eſſet conditio,
vt dictum eſt. tangit ergo de aduerbio [quoad: donec:
quandiu.] quæ quaſi idem ſignificant. vt ecce lego, vel
promitto tibi centum, quoad in ſtudio fueris: vel quan-
diu in ſtudio fueris. vel donec fueris in ſtudio. idem e-
nim importat communis modus loquendi: ideò pro-
miſcuè allegat in prædictis: & videtur, quòd illa verba
faciunt conditionem, vt eodem titu.l. pater Seuerinam.§.
fina.de an.leg.l.legatum.de ali.& ci.leg.l. Gaio. §. Impe-
rator. & de ſerui.l. 4. alibi videtur dicere, quòd ſolùm
tempus,ſiue dilationem quandam iſta verba inducant. ff.
de excu.tu.l. pe. in princi.& multa alia iura diuerſimodè
de illa materia loquuntur. Ideò ad ipſorum declara-
tionem dic, quòd quandoque iſtæ dictiones apponuntur

ad inchoationem alicuius beneficij,'& tunc faciunt con-
ditionem.j.eo.l.pater.§.ſi.da an.leg.l.legatum.& d.§. Im-
pe.& l.1.C.de leg.nam in omnibus illis legibus inducitur
legatum annuum:menſtruum:vel diurnum:vt in alimẽtis:
& ideo ad inchoationẽ cuiuslibet legati apponitur.hoc ẽt
ſentit Cy.in l.ſi.C.de indic.vid.aliquando iſtæ dictiones po
nũtur ad ſuſpenſionem alicuius beneficij:vel diſpoſitionis
præambulæ:vt illa diſpoſitio differatur in euentum alicu-
ius caſus,vel conditionis:& tunc,aut ſuſpenditur in euentũ
certo tempore limitatum.& dic vt l.ſancimus.§.donec.C.
de iure delibe.aut ſuſpenditur in aliquem euentum incer-
tũ:& facit conditionem.vt l.ſufficit.de condi.inde.Aliquan
do dictiones ponuntur ad limitationem beneficij iam con
ceſſi,ſeu diſpoſitionis præambulæ.videlicet vt illud duret
vſque in euentum alicuius caſus:tunc inducitur exiſtentia
conditionis præcedentis;niſi in caſu,qui habetur in l.4.de
ſer.Aduertendum tamen,ꝙ illæ conditiones, quæ inducũ
tur per illas dictiones, quandoque extinguntur ipſo iure:
quandoque ope exceptionis.in quo dic,ꝙ quandoque ap-
ponuntur à lege:& extinguitur ipſo iure earum euentus.de
condi.fur.l.ſiue.§.tandiu.de noxa. l. in delictis. §. ſi detra-
cta.ratio,quia lex poteſt hoc facere.aut apponuntur ab ho
mine:& tunc aut circa obligationes merè perſonales : aut
circa iura realia.primo caſu extinguitur ipſo iure, ſiue in
contractibus,ſiue in vltimis voluntatibus.ff.de ver.ob.l.eũ
qui ita.& ibi de dictione[donec]& de le.1.l.nemo poteſt.
& ibi patet ratio.aut circa realia:& tunc aut circa ius do-
minij:aut circa alias ſeruitutes. primo caſu aut in vltimis
voluntatibus:& extinguitur ipſo iure.C.de leg.l. ſi. ſecun-
dùm primam ſolu.quæ eſt vera: quia teſtator poteſt tranſ-
ferre dominium ipſo iure : aut loquimur in contractibus:
& tunc non ipſo iure.ratio,quia hoc non poteſt fieri regu-
lariter per contractum,vt no.C. de condi. ob cauſam.l.ea
lege.& l.ſi.de noxa.cum ſimi. ſecundo caſu quando circa
alias ſeruitutes perſonales,vt vſusfru. tunc extinguitur ip-
ſo iure,vt l.ambiguitatis.C. de vſufru.& ibi de dictione do
nec.ratio:quia vſusfru.poteſt finiri tempore,ff.de vſufru.l.
4.aut circa alias ſeruitutes reales : & tunc non extinguitur
ipſo iure,vt.d.l.4.de ſerui.vbi expreſsè de dictione [quan-
diu]ratio:quia ſeruitutes non poſſunt conſtitui ad tempus
& licèt hoc ſit de materia l.nemo poteſt.de le.1.tamen hic
incidenter dicta ſint: quia faciunt ad intellectum iſtarum
dictionum.vnum tamen no.ꝙ de natura iſtarum dictionũ
eſt,ꝙ licèt quandoq; extinguant ipſo iure: qñque ope ex-
ceptionis.quandoq; differant,vt.s̃.dictum eſt.tamen dictę
dictiones habent quandam virtutem repetitiuam:vt diſpo
ſitio ſuum reaſſumat effectum,impedimento ceſſante, vt l.
pe.de excu.tut.& l.3.§.ſi quis.de ſuſpec.tu.& l.ſi cum in an
nos.in prin.qui.mo.vſusf.amit.& iſta ſunt etiam vtilia ca-
noniſtis: ſæpiſsimè enim ab homine, & iure proferuntur
ſententiæ ſuſpenſionis,excommunicationis, & ſi.quouſq;,
donec,quandiu,& ſi.facit quod no.j.de deci.c. 1. in cle. &
8 s̃.de ſpon.c.non eſt nobis.¶†Quæro de dictione[dum]di
cit,quòd idem, quod in prædictis,vt l.qui concubinam.§.
vxori. de le.3.facit quod no.in l.4.ff.de ſer.& l.ſi quis ita le
9 gauerit.de condi.& demonſt. ¶†Quæro de dictione [quo
uſque]dicit,ꝙ illud,quod in dictis:quia eadem eſt ratio.&
probatur de ma.teſt.l.Imperatores.& d.l.ſi cum in annos.
10 ¶†Quæro de dictione[quoniam]dicit, quòd idem: & ſi-
militer de dictione[quandoque]vt l.quod pupillo. quan-
do dies le.ce. Et aduerte, quia omnia iſta aduerbia, de
quibus dixi ſupra,requirunt duo uerba.ſcilicet vnum con
ditionis:& vnum diſpõnis.Idem in alijs aduerbijs tempo-
ris. Item dicit, quòd vbicunque dictum eſt ſupra, dicta
aduerbia facere conditionem:intelligit ſecundariò: princi
paliter tempus,vt dictum eſt ſupra de dictione [eum.]

11 ¶†Quid de aduerbio[poſtquam]dic per eum in l.quibus
12 diebus.de condi.& demonſtra.§.ſi. ¶ †Quid de aduerbio
loci,puta de dictione[vbi]dic, quòd quandoque impro-
priè ponitur,& facit conditionem,vt l.ſi ita ſcriptum. §. ſi.
13 de lega.2.¶†Quid de aduerbio quantitatis,vt[quatenus.]
c cdic,quòd facit conditionem,vt l.Stichum, qui meus erit.
¶Vlterius quæro de aduerbijs negandi : vel de dictione
[ne] eſt dubium an faciat conditionem, vel modum. de
hoc ipſe not.in d.l.quibus diebus. §. fina. ¶Tertiò prin-
14 cipaliter quæro de nominibus. † an ex vi nominis indu-
catur conditio. dic, quòd non ; quia ſunt ſignificatiua
diſpoſitionis: & aliud eſt conditio, quàm diſpoſitio : &
hoc verum,quando nomina ſunt ſignificatiua alicuius ſub
ſtantię exiſtentis : ſed ſi sunt ſignificatiua ſubſtantię
futuræ : quæ tamen eſſe ſperatur, vt lego partum,vel ancil
lam, vel fructus talis fundi : tunc videntur facere condi-
tionẽ,vt l.interdum.de verborum obligatio.& l.1. de con-
ditio.& demonſtratio.item quandoq; in diſpoſitione appo
nũtur quædã,quæ nõ ſunt de ſubſtantia diſpoſitionis : ſed
ponuntur vt cauſa de futuro,vt promitto centum nomine
dotis.& facit quandam tacitam conditionem,ſi matrimo-
nium ſequatur,vt l.ſtipul. cum ſimi.de iure do. ¶ Quartò
15 principaliter†quæro de pronomine : an conditionem in-
ducat.circa quod eſt ſciendum,quòd quædam ſunt prono
mina,quæ requirunt vnum verbum tantùm.quædam ſunt,
quæ de ſui natura requirunt duo. de primis dicit, ꝙ quæ-
dam ſunt ſignificatiua ſubſtantiæ, vt [ego:tu: omnis : nul-
lus:quilibet: & vterque. ] & iſta non faciunt conditionem
per ſe,de ſui natura:niſi ex natura coniunctionis:vel aduer
bij:vel alterius dictionis,vt s̃. dixi de nomine. quia eadem
eſt ratio. quædam ſignificant qualitatem.vt[meum:tuum:
ſuum.]& iſta,ſi adiungantur verbo futuri temporis,faciunt
conditionem, vel demonſtrationem,vt l.nuper.de leg.3.
¶De alijs verò pronominibus, quæ requirunt duo ver-
ba:dico,quòd quædam ſunt diſtributiua : quædam relati-
ua.diſtributiua,ſi adijciantur verbo futuri temporis, ſem-
per faciunt conditionem. hoc probatur in diſtributiuo in
l.qui filiabus de leg.1.& l.ſi neceſſarias.§. ſi annua. de pig.
ac.Item in diſtributiuo[quiſquis] cum ſuis obliquis. vt l.q
liberis.§. hæc verba.de vulga.& pupil.& l.4.§.ſi. de leg.1.
Item in diſtributiuo[quicunque]vt l.edicto.in prin. de iu-
re ſi. Item in diſtributiuo [vter.] l.vter.de condit.inſtitu.
Idem in omnibus ſimilibus , quæ requirunt duo verba
de ſui natura. Sed ſi adijcerentur verbo præteriti, vel præ-
ſentis temporis, eſſet demonſtratio.de conditio.& demon
16 ſtra.l.demonſtratio.¶De relatiuis videamus.†& primò de
relatiuo ſubſtantiæ, vel de relatiuo [quis,vel qui.] quod
eſt relatiuum ſubſtantiæ, vt no.in l.1. C. de ſen. quæ pro
eo, quod intereſt. & Inſti.de inuti.ſtipul.§. alteri.& de hoc
dico, quòd quandoque ponitur diſtributiuè: & non rela-
tiuè. quod eſt, quandocunque refertur ad aliquam gene-
ralitatem, vel terminum communem : tunc faciunt con-
ditionem : ſicut alia diſtributiua. ff. de re. du. l. ſi fuerit.
quandoque ponitur relatiuè: quod eſt, quandocunque
refertur ad aliquod certum, & limitatum : tunc ſiquidem
iungitur verbo præteriti, vel præſentis temporis : & nun-
quam facit conditionem, ſed demonſtrationem : licèt
quædam iura videantur contradicere : quibus ipſe reſpon
det in l. demonſtratio. de conditio. & demonſtratio.
quandoque iungitur verbo futuri temporis: tunc facit con
ditionem,vt l.Stichum,qui meus erit.de lega. 1.& l.nuper.
de leg. 3. vtrùm autem faciat conditionem tacitam, vel
expreſſam:& quæ ſint differentiæ inter tacitam,& expreſ-
ſam,dic vt no.Bar.in d.l.1.de condi. & demon. qui vltimò
tractat de verbo : participio : gerundio : ſupino:& præ-
poſitionibus, an faciant conditionem. dic, vt ibi per
eum.



eum.quæ ſufficiant ad notitiam conditionis,qualiter indu
catur.

ADDITIONES.

a ¶De condi. & demon. Adde Bald.in rub. C.de inſti.&
ſubſtitutio.ſub condit. fac.ver.redeo ad materiam. idẽ
Bar.in l.muto.§.1.in vlt.oppo.ff.de tute. Bald.in l.cum
mota.nu.3.ver.per ſe.de inſti.&ſubſti.glo.ſi.in ver. facit
conditionem.in l.mater ita.de teſta.tutel.
b ¶Etſi,pro,quamuis.Adde Car.in clem.2.in prin. de re
ſcrip.
c ¶Quatenus.Adde Bal.in l. antiquitas. in primo not.C.
de vſufru.eundem Bar.in l.1.in ver.quero de aduerbijs.
ff.de cond.& de.& in Aut.de hære.& fal.in prin.c.nu.1,
in ver.dictio,quatenus.

*S V M M AE.*

1 *Conditio turpis reijcitur de contractu, & habetur pro*
*non appoſita.*
2 *Conditio alium non producit effectum : niſi quia purifi-*
*cat diſpoſitionem.*
3 *Matrimonia,poſtquam contracta ſunt, non poſſunt re-*
*ſolui per euentum alicuius conditionis.*
2 *Pactum[libero te à ſeruitute,ſi efficiaris monachus]va*
*let.*
3 *Pactum,vt quis moram faciat in certo loco,valet.*
4 *Monachari promittens,non implet promiſsionem, mo-*
*rando cum clericis.*
5 *Conditio ſi apponitur duobus:quòd ſint liberi,ſi aliquid*
*fecerint:ſi vnus facit,alter non.contra non adimplẽ*
*tem eſt agendum: non contra reliquum, qui im-*
*pleuit.*
6 *Monaſterio quæritur ius ex conuentione inita cum do-*
*mino ſerui manumiſsi.*
7 *Diſpoſitio in dubio an videatur concepta ſub modo, vel*
*conditione.*
8 *Dedi tibi librum:vel ſcripſi,vt dares : vel ires pro me*
*Romam:an pœnitẽtia ductus poſsim quod dedi, vel*
*ſcripſi, repetere : etiam ſi tu velis implere ex parte*
*tua.*
9 *Pœnitentia quare habeat magis locum in contracti-*
*bus innominatis, quàm in contractibus nomina-*
*tis.*
10 *Condictio ob cauſam, an habeat locum ſolummodo in*
*contractibus innominatis.*

QVicunq; Non ſummatur, nec diuidit:
quia breue.Doc. intelligunt
cõiter iſtũ tex.qñ cõdõ fuit turpis:quia tũc
hr̃ pro non appoſita:ſicut in teſtamentis, vt
l.obtinuit.de cõd.& de.dicã.j.c.ſi.vel põt intelligi,qñ non
impleta cõdõne interceſsit copula: quia tunc vr̃ receſſum
à condõne.j.e.c.de illis.& pro illo intellectu facit verbum
[relinquere.]& verbũ[teneatur.]quaſi per iſta verba ma-
trimonium fuerit conſummatum.¶No. ſm̃ primũ intelle-
1 ctũ,†ꝙ cõditio turpis reiicitur de cõtractu: & hr̃ pro non
appoſita.de quo plenè in l.1.de condi.inſti. vbi aũt nõ eẽt
appoſita in contractu matrimonii turpis conditio,ſed ho-
neſta:an ſtatim impleta cõdõne,ſit matrimoniũ. dicit Ioa.
An.ꝙ dẽt attẽdi cõceptio verborũ:qñq;.n. dr̃[ſi centũ de-
deris,contrahã tecũ.] tũc cẽtũ datis,non erit matrimoniũ
ſtatim::vnde iſto caſu valeret matrimonium medio tẽpo-
re cũ alia cõtractũ.qñq; dr̃[ſi centum dederis, accipio te
in meã vxorẽ: vel tunc eris vxor:vel ſponſa mea. ] vel alia
verba conſenſum exprimentia de pñti: & erit vxor ſtatim,
cõdõne impleta.rõ drię per ſe patet: quia non plus operat
euentus condõnis, quã obligatio purè ab initio cõtracta;
2 †nã condõ alium non producit effectũ : niſi quia purificat
diſpõnem.ſicut ergo à principio ponderamus verba,an ſa
piant ſponſalia de præſenti,vel de futuro: ita ẽt purificata
conditione,debemus inſpicere,an ſonent in matrimonium
de futuro,vel de præſenti.¶Vltimò refert hic Io.An.ꝙ vbi
eſt cõditio,nunquã eſt ibi matrimoniũ: quia non eſt liber
conſenſus,vel abſolutus.& iſtã Decr.& alias intelligũt, qñ
matrimoniũ à principio purè contrahitur; ſed reſoluitur ĩ
conditionis euentũ,vt in pacto adiectionis in diẽ. de quo
in l.2.de in diẽ adiec.& s̃.de pigno.c. illo vos. ſed hoc non
3 placet in matrimonijs, †quæ, poſtquã contracta ſunt,nõ
poſſunt reſolui per euentum alicuius conditionis:quia ſo-
lutio matrimonij non dependet ab homine:ſed à Deo,per
illud dictum.[quos Deus coniunxit.]&c.

*S V M M AE.*

1 *Pactum inter dominum, & ſeruum valet in caſu, in*
*quo deſierit eſſe ſeruus.*

CVm ſit propriũ. Seruus manu
miſſus ea cõ-
ditione,ꝙ fiat monachus,& monaſterio ſeruiat:
aliàs in ſeruitutẽ redigatur:ſi hoc acceptato, monachus fa
ctus ſit,manumittentis voluntatẽ ſeruare cogetur. duo fa-
1 cit.ponit thema.deĩde ibi[tu ergo.] rñt.¶No.primò†ꝙva
let pactũ inter dñm,& ſeruũ in caſu, quo deſierit eſſe ſer-
uus.In manumiſsione.n.pacta appoſita ſunt ſeruanda : qa
conferuntur in tempus,quo deſinit eſſe ſeruus.quod dic,vt
l.1.§.quæ onerandæ.ff.qua.re.ac.non da. ¶Secundò nota,
2 †quòd valet pactũ[libero te à ſeruitute,ſi efficiaris mona-
3 chus.]cõtra quod gl.opp.vt dicã ſtatim.¶Tertiò no.†ꝙva
let pactum,vt quis moram faciat in certo loco : & hoc in
clericis,& monachis,qui ad reſidentiam obligantur, vt.s̃.
de cle.non reſi.per totum.& c.ſi.s̃.de ſtat.mo.in alijs verò,
vtrùm poſsit quis ſe obligare ad perpetuum ſeruitiũ, ſiue
moram in certo loco:videtur,ꝙ non:quia eſt ſpẽs ſeruitu-
tis.dic vt no.in l.Titio centum.de condi.& demonſt.& c.2.
s̃.de pign.facit l.ſeruos ad cuſtodiã.de ali.& ci.le. ¶Quar
tò no.ꝙ in manumiſsione apponitur pactum, vt liceat re-
uocare in ſeruitutem, ſi conuentio non ſeruetur. ſi autem
hoc pactum non eſſet appoſitum in manumiſsione: ad qd
agi debeat.dic vt l.cum proponas. C. de dolo. & in alijs
contractibus an ad id, quod traditum eſt:vel ad intereſſe:
ſiue ad id,quod in conuentione deuenit, agendum ſit. dic
vt no.in l.cum mota.& l.cum proponas.de tranſac. & l. re
4 ſcriptum. §. ſi pacto. de pac. ¶ Quintò not. † quòd
qui promiſit monachari,non implet promiſsionem, morã
do cum clericis:quia alius eſt ſtatus monachorum. facit
5 cap.intra quatuor.de reli.do.¶Sextò no.†quòd ſi duobus
apponitur conditio, quòd ſint liberi , ſi aliquid fecerint:
ſi vnus facit, alter non, contra non adimplentem eſt a-
gendum, non contra reliquum, qui impleuit:ſcinditur e-
nim conditio appoſita in perſonas plurium : vt vnuſquiſ-
que pro ſe implendo conſequatur emolumenta:vt pluralis
locutio reſoluatur in plures ſingularitates,vt l.demonſtra-
tio.§.ſi.ff.de conditio. & demonſtratio. & C. de condi. in-
6 ſer. l. ſi plures. ¶Septimò not. † quòd ex conuentio-
ne inita cum domino ſerui manumiſsi quæritur ius mona-
ſterio.poteſt ergo quis,cum rem propriam tradit, ſtipu-

lari tertio,vt aliquid illi fiat: vel detur.vtrùm autem illi ter-
tio quæretur ius:& vtrùm qui pactum illud appoſuit in fa-
uorem tertij,poſsit ipſum reuocare. dic vt no.Bart.in l.qui
Romæ.ff.de ver.obli.¶Opp.dicitur hic, quòd iſte conſecu
tus eſt libertatem cum pacto,vt fieret monachus.& ſic pro
monachatu recepit præmium,videlicet libertatem.Sed cō-
tra.j.q.2.c.quàm pio.Sol.gloſſ.ſoluit duobus modis.ſecūda
ſo. eſt no. nam aliud eſt aliquid pro ingreſſu monaſterio
dari(quod eſt prohibitum:)aliud ad monachatum præmio
inuitari, vt l.Titio centum. de conditio. & demonſtra.non
eſt ergo ſimonia,ſi promitto,vel relinquo Titio mille,ſi in-
gredietur religionem. Hoſtien. dicit, quòd hic non fuit
conditio: ſed modus.& exponit text. ſub hac conditione.
ideſt ſub hoc modo. pro iſta expoſitione allego caſum
in l.Męuia.ff.de ma.te.vbi eſt caſus ſimilis ei,quod dicitur.
ſimiliter econtrario contingit, quòd relictum factum his
verbis[ relinquo ſub hoc modo,ſi ]&c.exponitur.i.ſub hac
conditione. vt c.Raynaldus.in prin. ſupra de teſta.dictio-
nes enim iſtæ ſæpiſsimè aſſumuntur vna pro alia. vt l. has
cauſas. de conditio. & demonſtra. potius enim in caſu hu-
ius cap. eſſet diſpoſitio reſoluenda ſub conditione, quàm
conditionalis à principio: libertas enim fuit præſtita cum
pacto:ſi non obtemperarent ei, in ſeruitutem iterum ſub-
derentur: & ſic reſoluenda libertas in conditionis euen-
tum: ſicut in ſi.ſupra de pigno. cap.illo vos. Et ſi dicas:cū
vnus ex iſtis recuſauerit adimplere modum: quare non re-
uocaretur in ſeruitutem? videtur enim, quòd datum ſub
modo,eo impleto poſſet repeti,vt no.in l.cū mota.C.de trā
ſac. ſo. quædam ſunt,quæ facilius conceduntur, quàm re-
uocentur,ar.not.in l.1.ff. de pig. ſicut ergo ſolo pacto non
poteſt dominium transferri,poſtquam conceſſum eſt,vt di
xi.ſupra in rubri. ita nec libertas data. ¶Sed incidenter
quæro, cum ſupra dixerim, quòd quandoque vna dictio
7 exponitur pro alia:† quid in dubio,vtrùm diſpoſitio videa
tur concepta ſub modo,vel conditione: verbi gratia.remit
to tibi actionem iniuriarum pro 10. vtrùm ſi non ſoluas,
poſsim agere actione iniuriarum:ſi dicimus, quòd ſub mo
do,non poſſum:quia extincta eſt.ſi dicimus, quòd ſub con
ditione,poſſum: quia non eſt remiſſa,niſi in euentum con-
ditionis. dicit Pe.de Bellaperti.Aut ille actus, cui apponi-
tur cauſa illa, poteſt ſine impletione cauſæ ſecundùm mē-
tem contrahentium procedere:& tunc præſumitur per mo
dum modi cauſam adiectam.vnde cum dico [remitto tibi
actionem iniuriarum:vt des.10.] nec conſtet, qualiter ſit
adiecta cauſa:videtur eſſe appoſita per modum modi:quia
ſine aliqua cā poteſt remitti actio iniuriarum ſimpliciter.
ad hoc l.quæro. §.inter locatorē.ff.loca. Aut ille actus, cui
cauſa adiicitur ſine eo, ꝙ cā impleatur, non pōt procede-
re ſecundùm mentem contrahentium. & tunc præſumitur
cā adiecta per modum conditionis, vt patet in dote, quæ
non poteſt eſſe ſine matrimonio.C. de do.ante nup.l.fi.vn-
de ante matrimonium non eſt obligatio. ff.de iure do.l.do
tis fructus. §.fi.& l.ſtip. Iſta ſunt verba Pet. quæ refert Cy.
in d.l.cum mota. ¶Secundò op.dicitur hic, quòd vnus ex
iſtis manumiſsis recuſabat eſſe in monaſterio: & quòd ad
hoc debet cogi. Sed contra,imò videtur, quòd ſit pactum,
ſi modus appoſitus non ſeruetur: poſsit repeti,quod da-
tum eſt:& ſic libertas reuocari, vt infra cap.verum.& in li
bertate, quòd debeat reuocari, ſi à manumiſſo conuentio
non ſeruetur, eſt expreſſum in iuribns allegatis in tertia
gloſ. quæ ſoluit duobus modis, vt in ea patet. Ad vnum
tamen aduerte,quod ſentit.ſ.quòd eoipſo, quòd iſte acce-
ptauit conditionem,fuit liber, & monachus. quod non eſt
verum,ſecundùm Hoſtien. qui dicit, quòd ſola acceptatio
ſine profeſsione non facit illum monachum. dicit ergo,
quòd ſi non eſt profeſſus: nec vult profiteri, redigitur in
monaſterij perpetuā ſeruitutē: nec ad profitendū præciſè
coget̄, vt dicit finis primæ glo.Si verò profeſſus eſt tanquā
monachus: ſeruire cogat̄ monaſterio:& nō redigat̄ in ſer-
uitutē.de ſtat. mo.cū ad mo. talis.n.præſumit̄ fuiſſe teſtato
ris volūtas:nec aliàs valuiſſet, ſi voluiſſet profeſſum in ſer-
uitutē redigi:nec pōt facere teſtator,quin leges,&c.de le.1.
l.nemo pōt.& ſecūdùm hoc dicit plenā Decre.& probatur
in d.l. Mæuia.præal. quā ēt gl.allegat. Tu dic clarius,ꝙ re-
gulariter ſi do tibi Stichū:vt des librū.vel facio domū tibi:
vt mihi des librum. vel facio domum tibi: vt mihi des bo-
uem:ſi impleo ex parte mea: tu verò implere recuſas: da-
tur condictio ob cauſam ad repetendum, quod datum eſt,
vt.ff.de condic. ob cauſam.l.3.& per totum. & hoc verum,
quando illud,quod datum eſt,poteſt repeti.ſi verò non eſt
repetibile,putà libertas:tunc agitur de dolo, vt impleatur,
vt l.cum proponas. C. de dolo. & iſte eſt caſus hic:ſi dica-
mus,iſtum voluiſſe monachari.ſed ex text.colligitur,quòd
monachus factus fuit:cum dicit [ monaſterium deſeruiſ-
ſe.] & ibi [deſerendi monaſterium. ] non enim poteſt de-
ſerere, ſi ingreſſus non fuit, arg.not. de deſpon.impu. c.ad
diſſoluendum. & quia ſuper iſto cap. bene cadit materia
condictionis ob cauſam. pro aliquali inſtructione ſimpli-
8 cium Canoniſtarum.† quæro ſi dedi tibi librum:vel ſcripſi,
vt dares:vel ires pro me Romā: vtrùm pœnitentia ductus
poſsim,quod dedi,vel ſcripſi,repetere:etiam ſi tu velis im-
plere ex parte tua.& quid iuris, ſi ex parte tua implere re-
cuſas? do.Cy. iſtam materiam tractat in l. ſicut. de act.&
ob.& Bar.in l.ſi pecuniam. de condi.ob cau.vbi Barto.di-
ſtinguit. & Cy. in d. l. ſicut.clarius hoc modo. nunquid li-
ceat reſilire ab obligatione, inuita altera parte.refert: aut
quæritur de obligatione ex contractibus nominatis: aut
innominatis.primo caſu non licet, vt d.l.ſicut.ſecundo ca-
ſu,ſcilicet in contractibus innominatis diſtinguunt qui-
dam.aut res eſt integra: aut non. primo caſu cuilibet pœ-
nitere licet. de re. permu. cap. ex placito. fallit in tranſa-
ctione. C. de tranſact. l. quamuis. & eſt ratio, vt ſit litium
finis.eod.titu.l.fratris.& ff.pro ſuo.l.fina. Ia. tamen de Ra.
in hoc membro non abſurdè ſubdiſtinguit. aut pœnite-
re vult actor: aut vult pœnitere reus. ſi actor vult pœnite-
re, non poteſt: ſiue ſit res integra ex parte vtriuſque: ſiue
ex parte rei: dumtamen reus paratus ſit adimplere. & ita
intelligitur ſecundùm eum d.l. quamuis. & eod. titul. l. ſi-
ue apud acta. ſi reus vult pœnitere: aut re integra: vel non,
ex parte ſua tantùm. & poteſt, etiam ſi actor paratus ſit
adimplere. Ratio diuerſitatis colligitur ex regu. fauora-
biliores. de regu. iu. In pactis obligatoriis ſubdiſtingue.
aut res eſt integra: aut non. ſi res eſt integra, pœnitere li-
cet. ſi non eſt res integra,non poteſt, cum ſit iam conſtri-
ctus, vt l. natutalis. per totam.l. ff. de præſcrip.ver.& not.
in l.ſi pecuniam. de condictio. ob cauſam. faciens ſimili-
ter non poteſt pœnitere: quia facta repeti non poſſunt.
ff. de præſcrip. ver. l. pen. & de cap. l. in bello. §. factæ.
agetur ergo, non condictio. ob cauſam ad repetendum:
ſed actio. de dolo:vel præſcriptis verbis: ſi natura nego-
tij patiatur, vt l. cum proponas. & ibi Cy. de dolo. ſi ve-
rò deſijt eſſe integra datione: refert. aut pœnitet acci-
pientem: aut dantem. ſi accipientem, non poteſt eius
pœnitentia reſoluere hunc contractum: vtpote cum iam
ſit obſtrictus præſcriptis verbis iudicio, vt d. l. ex pla-
cito. ſi verò pœniteat dantem: tunc ſubdiſtinguo.aut iam
cęptum erat aliquid ab aduerſario de eo, propter quod
accepit:aut nō.primo caſu ſubdiſtingue: aut fiebat gratia
vtriuſque talis contractus: aut gratia pœnitentis. ſi gra-
tia vtriuſque, pœnitentia locum non habet. Pone exem-
plum. mulier dotis cauſa, & futuri matrimonij dedit
centum: vir ita credens deſponſauit: ſi iſta pœnitet, non
repetit,



repetit, vt l.quod ſeruus. de condictio. ob cauſam. ſi verò
gratia pœnitentis:tunc pœnitere poterit,vt eod.tit.l. ſi pe-
cuniam.§.item ſi quis.ſi autem nihil cœptum eſt: aut ſupe-
reſt facultas faciendi:aut non.primo caſu poteſt repetere,
qui dedit pecuniam ductus pœnitentia: dummodo perſo-
na, à qua erat faciendum ( ſi propterea impēdit ) conſer-
uetur indemnis,vt l.dedi.§.1.& d.l.ſi pecuniam.§. ſed & ſi
quis.de condi.ob cauſam.& de reg.iur.l.nemo poteſt.ſi aūt
nō ſupereſt facultas faciendi:tūc aut ꝓꝑ moram:aut ꝓꝑ cul
pā eius,qui facere debuit.& tunc repetere pōt, aut non: &
tūc aut rē,in quā facturus erat,fuiſſet diſtracturus:ſi nō ac
cepiſſet:aut nō.ſi erat diſtracturus, nō repetit. ſi verò non
erat:tūc ſic,vt d.l.ſi pecuniā.§.fi.& d.l.dedi.§.1.vel dic bre
uius,repetit ex pœnitentia:niſi aduerſarij interſit nō acce-
piſſe: vt quia ad hanc rē impendit:vel rem perdit,non per-
9 diturus aliàs:niſi ſua mora poſsit ſibi imputari. ¶†Quæro
quæ eſt ratio diuerſitatis, quare magis in contractibus in-
nominatis,quàm in contractibus nominatis habet locum
pœnitentia.reſpon.dicit glo. in d.l.ſi pecuniam. quia con-
tractus innominati,ſicut ſunt debiles in contrahenda obli-
gatione:quia conſenſu non contrahuntur,vt l.iuriſgen.§.1.
ff.de pac.ita ſunt debiles in retinendo: ideò habet locū pœ
nitentia.hoc etiam no.Dy.in l.ſtipu. non diuidūtur. de ver.
ob.Bar.dicit in d.l. ſi pecuniam. quòd contractus innomi-
nati,antequam impleantur,non inducunt obligationem ci
uilem,vt l.ex placito.de rerum permu.ideò cum nullus cō
trahentiū ſit ciuiliter obligatus,meritò poteſt pœnitere:&
eodem modo implere ex parte ſua:quia implendo obliga-
uit alium ſibi,non ſe alij,vt no.in d l.ex placito.& iſta eſt ra
tio.ſed contractus nominati ſtatim ab ipſo initio ſunt per-
fecti:& eſt nata ciuilis,& naturalis obligatio,vt d. l. iuriſ-
gen.meritò non licet pœnitere,vt d.l.ſicut. de ac. & oblig.
vbi etiam ad hoc per Cy.Ad vnum tamen aduertendum,
quòd dicit glo.in d.l.ſi pecuniam.quòd illa,quæ dicta ſunt
de pecunia,locum habent in do, vt des. & in do,vt facias.
& in permutatione: quaſi ſentiat glo.quòd in facio vt des:
& in facio vt facias. non habet locum: quia poſtquam eſt
factū,ceſſat pœnitētia: & hoc tenet Cyn. in ſupradicta di-
ſtinctione,dum dicit,quòd facta repeti non poſſunt: quod
non approbat Bar.ſic ſimpliciter:imò dicit,quòd in facio,
vt des,& in facio,vt facias. poteſt habere locum pœniten-
tia,quando ex aliqua parte nihil eſt impletum. Item quan-
do ex vna partium eſſet impletum: vel ſi eſſet tale factum,
quod poſsit repeti,vt vacuam poſſeſsionē tradi, & ſimilia,
habet locum repetitio:vel ſi peto, vt te reponas in priſtinā
obligationem,vt l.ſi quis accepto. de condi. ob cauſam. &
l.cum proponas. de dolo. præterea poteſt eſſe datio talis,
quæ non poteſt repeti,vt datio libertatis,vt d.l.cum propo
nas. & ſic,non eſt facienda diſtinctio inter contractus in-
nominatos:quia in omnibus videtur idem, ſecundùm Bar.
10 ibi.¶Iuxta prædicta quæro.†vtrùm condictio ob cauſam
habeat locum ſolummodo in contractibus innominatis.
dicit ipſe,quòd habet locum in contractibus innominatis:
vbicunque illud,quod eſt debitum,vel factum,poteſt repe-
ti:aliàs ſi repeti non poſſet,habet locum actio de dolo: vel
in factum,vt l.cum proponas.C.de dol.& l.naturalis.§.ſed
ſi,dedi.de condi.ob cām.Item habet locū in omni datione,
quæ fit ob cauſam:licèt contractus innominatus non reſul
tet:vt ſi do tibi aliquid,vt aliquid ego faciam:vel do,vt ali
quid faciat quidam tertius: nam in iſtis caſibus, & ſi.licèt
non reſultet contractus innominatus: ſi cauſa ceſſat, ha-
bet locum condictio,vt l.ſenatus.§.1.de dona. cau. mor. &
prædicta procedunt,& locum habent, cum eſt cauſa fina-
lis: vt ea ceſſante,competat repetitio:ſecus ſi eſt cauſa im
pulſiua,vt l.2.§.ſed & ſi quis.ff.de dona.plenè per Bar.

*S V M M AE.*

1 *Periurus non cenſetur,qui nō adimplet, quod promiſit,*
*ſi ſibi ab aduerſario non impletur.& nu.3.*
2 *Inuitari poteſt quis ad matrimonium ſpe præmij.*
4 *Vxor an ſit ſtatim,impleta conditione,quæ promiſit ſub*
*conditione.*
5 *Diſpoſitio pura ſequitur poſt promiſsionem conditio-*
*nalem.*
6 *Copula carnalis ſubſequens poſt ſponſalia de futuro, nō*
*ſolùm illa purificat:ſed facit,vt videatur à conditio-*
*ne receſſum.*
7 *Sponſalia concepta per verba de præſenti, tenent. &*
*num. 9.*
8 *Verba [ te excommunicatum, vel ſuſpenſum eſſe cogno*
*ſcas.] ſunt verba, quæ ſonant in excommunicatio*
*ne de præſenti.*

DE illis. Qui iurauit aliquam in vxo
rem ducere,ſi cētum daret: ea
non dante,recipere non tenetur:niſi poſtea pu
rè conſenſerit:vel eam cognouerit.ponit dictū, à quo duos
1 caſus excipit,ibi [ niſi. ] ¶No. primò, † quòd non cenſe
tur periurus,qui non adimplet,quod promiſit,ſi ſibi ab ad
uerſario non impletur.Iſta enim obligatio [ ſi tantum mi-
hi donaueris,accipiam te.] &c.eſt conditionalis: ſed ante
euentum, & implementum conditionis non propriè po-
teſt dici debitor,qui promiſit, vt l.creditores.ff. de verbo.
ſign. nec ab eo poteſt peti,vt l.grege.§.qui ſub conditione.
ff.de pig.& vbi nulla petitio, ibi nulla mora, vt l. ſi pupil-
lus.ff.de verb.ob.& hoc verum, quando adijcitur in con-
uentione conditio.ſi autem adijciatur modus: tunc obliga
tio cenſetur pura quò ad hoc: vt ſtatim quis ſit efficaciter
obligatus:puta contraho tecum,vt des centum: etiam ſi il-
li non dentur, ſtatim eſt matrimonium: nam modus non
ſuſpendit natiuitatem obligationis: ſicut ſuſpendit condi-
tio,vt l.ſi tibi.de leg.2.coniuncta l.quibus diebus.§.vlt. de
2 condi.& demon.¶Secundò not. † quòd licèt metu pœnæ
non poſsit quis ad matrimonium inuitari, vt ſ. de ſpon.c.
gēma.tamen ſpe præmij bene poteſt:puta [ accipiam te in
meam vxorem,ſi tantum mihi donaueris.] facit l. Titio cē
tum.ff.de condi.& demonſt.Sed dices.donatio inter virum
& vxorem eſt prohibita,vt j.de dona.inter vi.& vxo.& C.
& ff.eod.tit.ſed illud verum,poſt matrimonium contractū.
& etiam ante,ſi in tempus matrimonij cōferatur,vt l.quod
ſponſæ.de do.inter vir. & vxo. ſecus ſi donatio præcedat
matrimonium,vt ibi.& ita eſt hic. vbi neceſſe eſt prius do-
nari:& ſic conditionem impleri, antequam ad contrahen-
dum promiſſor compellatur,vt l.quoties in diem.de verb.
3 oblig.¶Tertiò no.à contrario ſenſu,† quòd ſi mulier fue-
rit parata dare centum: ille eſt periurus, ſi non contrahit:
nam quando ſtat per eum,cui debet impleri conditio,quo
minus impleatur:habetur conditio pro impleta, vt l. iure
ciuili.ff.de condi.& demonſt.Ille autem, qui implere tene-
tur, ad hoc cogi non poteſt: quia quod eſt in conditione,
non eſt in obligatione,vt l.ſi quis ſub conditione.ff. ſi quis
4 omiſ.cau.teſta. ¶Quartò no.† quòd non eſt ſtatim, imple
ta conditione,vxor:imò debet eā accipere, vt patet in tex.
dum dicit [ non accepit in vxorem.] euentus enim,ſiue exi
ſtentia conditionis purificat,quod inuenit in conuentione
deductum:vnde ſi inuenit ſponſalia de præſenti ſub condi-
tione contracta:erunt pura,& de præſenti per euentum cō
ditionis: ſi erant de futuro, exiſtentia conditionis non fa-
ciet illa ſponſalia de præſenti:ſed erunt pura de futuro: ita

quòd poterit cogi,vt adimpleat:& ita hic,vbi fuerunt ſpon
ſalia de futuro.puta [ accipiam te ] &c.purificata ergo cõ-
ditione,cogi poterit adimplere.ſ.de ſpõ.c.ex literis.& hoc
tenet hic Io.And.poſt Inno.ſ.eod.c.1.¶Quintò no.in ver.
5 niſi conſenſus.&c. † quòd quando poſt promiſsionem cõ
ditionalem ſequitur pura diſpoſitio ſuper eodem facto:vi-
detur à conditione receſſum : & remanet diſpoſitio pura :
nec videtur conditio repetita in ſequenti diſpoſitione.ſimi
liter econtrario obligatio pura de conſenſu partium effici
tur conditionalis,vt l.quoties.ff.de noua.non tamẽ hæc in-
telligas in ſponſalibus de præſenti : à quibus non eſt licitũ
contrahentibus reſilire : niſi in caſu c. ex publico. de con-
uer.coniu.In aliis ergo ſi obligatio eſt conditionalis , vel in
diem:& nouetur ſimpliciter:non videtur dies,vel conditio
repetita:quod non eſt ſimpliciter verum.ſed dic,vt l.ſi Sti-
6 chum.de noua.& d.l.quoties.¶Sextò not. † quòd carnalis
copula ſubſequens poſt ſponſalia de futuro, non ſolùm il-
la purificat:ſed facit,vt videatur à cõditione receſſum. mul
tum ergo operatur copula carnalis:vt videatur receſſum à
conditione : & tranſire ſpõſalia de futuro in matrimonium
de præſenti.& aduerte,quia iſtud c.loquitur quò ad ipſum
matrimonium.nunquid ergo quæ nomine donationis mu
lier iſta promiſit,peti poterunt:cogita. ¶ Quærit Io.And.
dicitur in tex. quòd fuerunt verba promiſsionis concepta
per verba de futuro:puta [ accipiam te,ſi tantum mihi do
7 naueris ] &c. † quid ergo ſi fuerunt concepta per verba de
præſenti ? videtur quòd ſic.arg.à contrario huius c. & hãc
opi.tenent Vin.& Hoſti.pro quibus facit c.ſuper eo. quod
videtur intelligendum in ſponſalibus de præſenti ſub con-
ditione contractis:in quibus ſtatuitur ibi:vt ſi in alterius ar
bitrio reſeruetur conſenſus:ſuſpendatur eorum effectus.
Sed contrarium videbatur hic reſpondiſſe Alex. vbi dixit,
quòd ſi conſenſus acceſſerit de præſenti:ſtatim valeant : &
recedi non poſsit.ſed non ob.ſecundùm eos:quia diſtingui
debet inter conditionem,quæ adijcitur conſenſui,reſeruã-
do illud in alterius arbitrio:& alias cõditiones.nec mirum;
quia in primo caſu conditio ponitur circa ſubſtãtialia con
tractus,ſcilicet circa conſenſum.ſ.de ſpon.c.tua.In ſecun-
do verò caſu ponitur circa non ſubſtantialia, putà dotem,
& ſi.& ſecundùm eos iſta diſtinctio colligitur ex d. c. ſuper
eo.ĩ.eo.& hoc recitat Spec.eod.ti.in princ.Inno. tenet cõ-
trarium:dicit enim,quòd per iſta verba [ contraho tecum:
ſi centum donaueris.] non ſit matrimonium de præſenti :
ſed pendeat ex conditionis euentu, & dicit Inn. quòd con-
trarietas iſtius Decre. ad reſponſionem Vrbani ſic proce-
debat : ſi poſt ſponſalia de futuro conditionalia conſenſus
de præſenti ſubſequens facit matrimonium : multò magis
videtur,ſi à principio interuenit conſenſus de præſenti , li-
cèt ſuſpenſus per conditionem : quòd ſtatim ſit matrimo-
nium.ad quod reſpondetur,quòd non eſt verum ,quòd ſit
conſenſus de præſenti , qui ſuſpenſus eſt per conditionem.
Iſtam opin.ſequitur Io.And.per c.vlt.in princ. ĩ.eod.& de
ſpon.c.vno.lib.6.nam in d.c.fin.fuerunt concepta verba de
præſenti ſub conditione turpi,quæ reijcitur:& remanet ma
trimonium , tanquam purum. à contrario ergo ſenſu non
turpis conditio ſuſpenderet tale matrimonium per verba
de præſenti contractum. & hanc opin. credo veriorem.li-
cèt enim dicatur [ contraho tecum.] tamen quia inconti-
nenti ſubiungitur [ ſi centum dabis nomine donationis.]
tota promiſsio eſt in ſuſpenſo:ſicut ſi cõditio præmiſſa fuiſ
ſet;puta [ ſi centum donabis,contraho. ] ſiue enim præpo
natur,ſiue poſtponatur cõditio:nihil refert,vt l. quibus die
bus.§.fin.ff.de condi.& demon. & multa exempla reperiri
poſſunt in iure ciuili ſuper his verbis [ ſi centum dederis ,
promitto:vel me obligo.] iſta enim verba de præſenti con
cepta habent effectum de futuro propter annexam condi-
tionem de futuro, ad quam ſe referunt , etiam ſi diceretur
[ ex nunc,prout ex tunc.] vt cle.1.de conceſ. præben. & ſ.
8 de app.c.præterea.† ibi enim illa verba [ te excommuni-
catum,vel ſuſpenſum eſſe cognoſcas.] ſunt verba , quæ ſo-
nant in excommunicatum de præſenti : & tamen adiuncta
cum conditione [ ſi non ſatisfeceris ] &c.habent effectum
de futuro.nec eſt bona reſponſio prædictorum ad c. ſuper
eo.ĩ.eo. quod c.intelligunt , cum conditio apponitur circa
conſenſum,ſcilicet ſubſtantiam contractus:nam ibi loqui-
tur de conſenſu à tertio,ſcilicet à patre accommodando ,
qui ita poteſt dici de accidentalibus:ſicut conditio appoſi-
ta circa dotem,donationem:vel aliquid aliud. ¶Quæro di
citur hic,quòd illa non dante,quod promiſit , iſte non po-
teſt dici periurus:ſed cum dixerim.ſ.in 5.no. quòd domi-
na non poteſt ad donationem compelli:cum ſub conditio-
ne promiſerit,vt l.ſi quis ſub conditio. ff. ſi quis omiſ. cau.
teſt.nunquid iſte erit illi perpetuò obligatus recipere:vt ſci
licet quandocunque illa offerat,committatur obligatio cõ
tra iſtum:dico,quòd hic eſſet examinanda materia: quan-
do quis tenetur ſub conditione aliquid dare , vel facere :
vtrùm debeat ſibi dari tempus , intra quod det, vel faciat.
dico,quòd ad implendum conditiones poteſtatiuas tem-
pora ſunt præfixa ad hoc,vt intra tempus adimplens com
modum conſequatur:& non aliàs, vt l. hæc conditio. ff. de
condi.& demon.& hoc in conditionibus,quæ conſiſtunt in
dando,vel faciendo.quædam verò conſiſtunt in non faciẽ-
do:puta [ promitto , vel lego tibi centum : ſi non moueris
mihi,vel hæredibus meis litem: vel ſi non aſcenderis capi-
tolium.] in iſtis & ſimi. quæ vſque ad vltimum vitæ ſpiritũ
adimpleri non poſſunt : deuenitur ad quoddam indirectũ
implementum: vt tali modo ante obitum cõſequatur emo
lumentum,vt l.mutianæ.ff.de condi.& demon. quæ cautio
vtrùm habeat locum in contractibus.dic , vt ibi per glo.&
9 Doc.† ad vnum tamen aduerte,quòd ſi iſte,qui ſub condi
tione aliquid ſibi dandi contraxit , ſiue per verba de præ-
ſenti,ſiue de futuro : ſi ante impletam conditionem aliam
duxerit per verba de præſenti:rumpuntur illa ſpõſalia cõ
ditionalia primò contracta.Idem ſi ſuperueniret affinitas:
quia enim per affinitatem,vel poſterius matrimonium ſpõ
ſalia ſunt rupta:etiam copula ſubſequens non firmaret. ad
hoc ĩ.eod.c.per tuas. de prædicta autem materia , ſcilicet
qualiter obligationes committantur: tactum eſt de condi
tionalibus,ſcilicet per euentum conditionis.quid de puris:
quid de obligationibus in diem:quid de obligatione pœna
li:longa eſt materia,de qua per Barto.in l.ita ſtipulatus. la
grande.de ver.ob.

ADDITIO.

a ¶Iurauit.Iurare an ſit Deum in teſtem vocare.Vide Io.
de Tur.cre.in c.quidam epiſcopus.22.q.1.& ibidem an
ſit licitum iurare.& quot ſint iuramenti ſpecies.

*SVMMAE.*

1 *Conditio poteſt apponi in donatione rei , quæ ſit eccle-*
*ſiæ.*
2 *Conditio ſi non ſeruetur, poteſt donatio reuocari.*
3 *Reuocatio,quæ fit propter obſeruantiam promiſſorum ,*
*non fit ipſo iure.*
3 *Poſſeſsio data fuit eccleſiæ ſub hoc pacto , ne liceret ſibi*
*alienare: an imminente neceſsitate poterit alienari.*
4 *Donaui tibi rem meam,pacto appoſito,ſi ſic feceris , vel*
*non feceris:talis contractus,vel donatio ſit irrita,&*
*nullius effectus:an eoipſo,quòd eſt contrafactum: do-*
*minium ipſo iure reuertatur ad auctorem ( & ſic*
*detur rei vendicatio )vel debeat agere cõdictione ob*
*cauſam:vel alio iure.*

*Modus*



6 *Modus quid ſit , & per quæ verba inducatur . nume-*
*ro 7.*
7 *Vti,dictio an importet modum.Quid de dictione,dum-*
*modo .*
9 *Teſtator ſi dicat [ lego centum ſub hac conditione , vt*
*aliquid fiat ] hoc non obſtante,erit.*
10 *Poſtquam,dictio facit modum.*
11 *Ne,dictio facit modum .*
12 *Ad, dictio facit modum.*
13 *Pro,dictio facit modum. Quid de in.nu.14.*
15 *Modi effectus quis ſit .*
16 *Conditio,quæ tacitè ineſt ex legis diſpoſitione , non im-*
*pedit tranſmiſsionem.*
17 *Cautio alia an ſit præſtanda , quàm de modo implen-*
*do .*
18 *Dedi vnum prædium eccleſiæ,pacto appoſito, quòd debe*
*ret mihi dare alimenta:modò propter guerram, ſte-*
*rilitatem,vel aliam cauſam eccleſia de prædio nihil*
*percipit:an tenebitur ad alimenta .*

VErum. Breuis eſt: ponens dictum , &
caſum exceptũ.ibi in fi. ¶No.
1 primò,† quòd in donatione rei , quæ ſit eccle
ſiæ,poteſt apponi conditio,& modus.quilibet enim poteſt
legem apponere in traditione rei ſuæ,vt l.traditionibus.ff.
2 de pac.¶Secundò no.† quòd ſi conditio non ſeruetur:po-
teſt donatio reuocari.facit ad no.per Inno.& Hoſtien.ſ.de
fo.comp.c.verum.¶Tertiò no.quòd dicit reuocari.ex hoc
3 enim collige , † quòd iſta reuocatio , quæ fit propter non
obſeruantiam promiſſorum,nõ fit ipſo iure. ſpeciale enim
videtur,cum donatur poſſeſsio:vt donator præſtet alimen
ta: vt eis non præſtitis , ipſo iure dominium reuertatur ad
donatorem,vt l.1.C.de don.quæ ſub modo. ¶Oppo.dici-
tur hic,quòd donatio fuit facta ſub conditione. & ſubdit ,
quòd à donatore non poſsit donum reuocari: niſi &c. Sed
contra iſtud oppo.illud , quod nunquam fuit acquiſitum ,
non poteſt reuocari : ſicut non poſſumus dicere vſumfru.
amitti:vbi nunquam quæſitus fuit,vt no. ſ.de deſpon. im-
pu.c.ad diſſoluendum.ſed donatio ſub conditione facta nõ
eſt donatio,antequam exiſtat conditio:nec ex ea ius que-
ritur.ff.de condi.& demon.l.qui hæredi. §. fin. & l.qui ſub
conditione.ſicut in matrimonio ante conditionis euentum
non eſt matrimonium,vt ſ.c. proxi. malè videtur ergo di-
cere,quòd poſsit reuocari,quod nunquam quæſitum fuit.
So.glo.2.ſentit illud contrarium : cuius timore ponit duos
intellectus ad hunc tex.primus eſt,quòd hic fuerit donatio
pura, reſoluenda in euentum alicuius conditionis:puta [ do
no tibi fundum:& volo,quòd ſi Titius erit conſul, reſtitua-
tur ſibi.] tenet enim ſtatim illo caſu donatio: licèt poſsit p
conditionem reſolui.ſi.ſ.de pigno.c.illo vos.& ff. de in diẽ
adiec.l.2.ſed huic intellectui obſtat text. dum dicit [ qua
ceſſante.] ſi enim in euentum conditionis deberet reſolui:
non diceret [ qua ceſſante. ] ſed [ qua exiſtente. ] & ideò
licèt ſit vera in ſe : non adaptatur ad text.no.tamen ad eã,
per quam habes, quòd eſt quædam conditio donationem
conſtituens:ſiue in eſſe producens:quædam adimens: & re
ſoluens.tranſit glo.ad ſecundam ſol.quæ eſt, vt exponatur
[ impoſita conditione.] &c.id eſt modo.ſicut alibi in l.Me
uia.ff.de ma.teſt.& dixi.ſ.c.2.& tunc text. ſtat propriè, dũ
dicit [ qua ceſſãte,debeat reuocari.] In hoc enim omnino
eſt differentia inter conditionem,& modum: quia emolu-
mentum debitum ſub conditione,non debetur, niſi primò
conditio impleatur ; ſed quod debetur ſub modo , ſtatim
debetur:licèt caueri debeat de implendo modum , vt hic.
& ita ſentit glo.& probatur in l.ſi tibi.de leg.3.& l. qui hæ-
redi.§.fin.de condi.& demon. quomodo autem modus dif
ferat à conditione,glo.tangit.dicam.ĩ.¶Secundò opp.di-
citur hic,quòd ſi ille,in quem donatio eſt collata, non im-
plet,quod promiſit:poteſt donatio reuocari. contra , imò
videtur,quòd debeat agi ad intereſſe,vt l.ea conditione.C.
de reſcin.vend.ſol.dic,quòd hic fuit collata donatio ea cõ
ditione,id eſt non ſeruatis promiſsis,debeat reuocari : ibi
non fuit tale pactũ . appoſitio ergo pacti de reuocãdo ope
ratur iſtam reuocationem.& ſic facit per Hoſt.contra Inn.
in his,quæ no.in d.c.poſtulaſti. de fo. compe. & ex hoc ſe-
quitur, quòd ſi quis donauit poſſeſsionem eccleſiæ,pacto
appoſito,vt deberet ſibi dare alimenta:licèt eccleſia ceſſa-
uerit in præſtando : non ideò debet perdere prædium , ſi
vult ſupplere.Non ob.ff.de fideicom.lib.l.rogo.vbi ex quo
ſemel extitit conditio : poteſt petere libertatem ; quia ibi
ſpeciale fauore libertatis.ſed magis ob.l.1.C.de dona.quæ
ſub modo.vbi ſi alimenta non dantur:competit rei vendi-
catio,& actio perſonalis,vt ibi patet.& per illum tex. præ-
cedens opin. quòd non debeat perdere prædium , non eſt
vera:quia imò debet , ſi tota eccleſia ceſſauit , vt dicam in
4 alienatione prohibita.¶Venio ad q.& primò quæro † do
nata fuit poſſeſsio eccleſiæ ſub hoc pacto,ne liceret ſibi a-
lienare.quæritur,an imminente neceſsitate , poterit aliena
ri?videtur ꝙ non.in Auth. de ali. & emph. §.ſanctiſsimas.
vbi prohibetur alienatio talis rei, etiam pro redemptione
captiuorum. cum ergo contrarium non ſit iure noſtro cau
tum . videtur ſtandum illi Authen. & hoc tenet hic Ber.
& olim Vin.qui tamen poſtea tenuit contrarium . Alij di-
cunt,quòd in tali caſu.ſcilicet neceſsitatis poterit alienari:
vt ſic prohibitio hominis ſit cõſona prohibitioni legis:quæ
prohibet alienationem rerum eccleſiæ : & tamen in neceſ-
ſitate permittit. 11. q. 2. c. hoc ius. pacta enim appoſita in
cõtractibus debent interpretari , & reſtringi ſecundùm iu
ris diſpoſitionem,vt l.quæſtio.§.inter locatorem.ff.loca.&
iſtam opin.tenet Hug.10.q.1.c. ſic quidẽ.Io.& Lau. 10. q.
2.hoc ius.Io.Phi.& Inn.hic & Bar.Brix.in ſumma. 4. q.Et
aduerte,quæſtio prædicta loquitur , cum prohibetur alie-
natio in contractu:quo caſu an videatur prohibita aliena-
tio neceſſariò:dictum eſt.ſ.& plenius in l.ſi quis ita promi
ſerit.§.ea lege.de ver.ob.per Bar.vbi etiam quid iuris, quã
do prohibetur à teſtatore:à iudice:vel à iure,ibi plenè per
eum. facit l. pacto. §. fratre. de lega. ſecundo. & l. pater
filium.de lega.tertio. & C.de rebus alie.non ali.l.fin.¶Se-
5 cundò quæro.† pone donaui,vel alio ti.inter viuos tradidi
tibi rem meam,pacto appoſito,ſi ſic feceris , vel non fece-
ris,talis contractus,& donatio ſit irrita,& nullius effectus:
an eoipſo,quòd eſt contrafactum,dominium ipſo iure re-
uertatur ad auctorem:& ſic detur ſibi rei vẽdicatio:vel de-
beat agere condictione.ob cauſam : vel alio iure ? reſpon.
text.in l.1.C.de dona.quæ ſub modo.concedit rei vend.&
actio.perſonalem : ſed ibi fortè ſpeciale propter fauorem
alimentorum.In aliis ergo caſibus ſtandum eſſet regulæ:vt
ſicut dominium nudis pactis , vel nudis traditionibus non
transfertur,vt l.traditionibus.C.de pac.Ita nec etiam tranſ
fertur niſi in caſibus no.in d. l. 1. de dona. quæ ſub modo.
Qđ ergo eſt remedium, vt illo cõtrafaciente dominium re
uertatur ad auctorem? dominus Bar.format iſtam q. in il-
lo,qui donat ſub pacto de non alienando:& ſi contrafece-
rit,reuertatur ad eum dominium.recitat enim opi.gl. quæ
diſtinguit ſic.aut dicitur [ dono tibi, quòd non alienes . &
tunc re alienata , reuocabo per rei vendi.]aut dico [ dono
ne alienes ] tunc ſi vendis alij,nõ poſſum reuocare:ſed agã
contra te condictione ob cauſam.& ita not.gl. in l.qui ab-
ſenti.§.1.de acqui.poſſ.vbi Bar.tradit duas formas. prima
eſt [ dono,vel vendo hoc pacto, ne liceat tibi alienare : &
ſi ad

ſi ad aliquem actum alienationis perueneris : tunc dominium ad me reuertatur.& in eum caſum ex nunc conſtituis te meo nomine poſsidere.] Item eſt,& ſecũdum remediũ; vt dicamus [ promittis mihi hanc rem ſpecialiter.] tunc ſi obligas eam rem:impeditur alienatio.vt l.ſi creditor.de diſtra.pig.ſecundùm vnam lect.¶Tertiò quæro.dixi.s̃.quòd hic fuit donatio ſub modo,non ſub conditione,vt s̃.in prima op.quia.s̃.in rub. dictum eſt de conditione: videamus
6 de hoc modo.& quæro ante omnia † quid eſt modus. a di
a cit Bar.modus eſt moderatio quædam in tempus perfectæ diſpoſitionis adiecta. exponamus verba. dixi [ moderatio quædam.] hoc dico ad differentiam demonſtrationis:quę principaliter adhibetur ad declarandum , & limitandum rem legatam,vel perſonam,vt l.demonſtratio. de condi.& demonſt.modus enim monderatur ipſum actum diſpoſitionis.Item ad differentiam legati,& fideicom.quia illud non moderatur principaliter ipſam diſpoſitionem:ſed eſt quædam diſpoſitio per ſe,eum,qui honoratur,aggrauans. dixi [ in tempus diſpoſitionis perfectæ.] hoc dico ad differentiam conditionis, quæ debet impleri , antequam conditio ſortiatur effectum,vt l.qui hæredi.§.vltimo.de cond.& demonſt.ſed modus debet impleri poſt, vt l. quibus diebus.
7 §.qui dotalem.de condi. & demon. ¶ † Circa hoc quæritur,per quæ verba inducatur modus.prima gloſſ. hic dicit per dictionem,vt.Idem no.C.de dona. quæ ſub modo.l. 1, & l.cum ab eo.de contrahen.emp.Sed contra, quia conditio inducitur per,vt ff.de condi.& demonſt. l. à teſtatore. Sed dic,quòd illud non operatur dictio,vt:ſed natura ablatiuorum abſolutorum.vnde dicit Bar.quòd dictio,vt,quandoque infinitat orationem : & facit eam dependentem eſſe ad actum verbi præcedentis:& tunc non facit modum: ſed perficit orationem.& ponitur,vt,pro quòd.exemplum [rogo te,vt reſtituas hæreditatem.] & ita fuit in l. à teſtatore, ablatiui ergo abſoluti ibi poſiti faciunt conditionem.ſi. in l.Sticho.in prin.de ſta.li.quandoque dictio,vt,aliquid adiũgit ad diſpoſitionem perfectam:& tunc facit modum. & vide quod de iſta dictione no.ĩ l.ſenatus.§.1.ff.de dona. cauſa mor.& hæc procedunt cum dictio,vt,adijcitur actui explicando in futurum:aliàs non faceret modũ: ſed eſſet quædam demonſtratio.ff.de fun.inſtruc.l.Stich.in princ.& §.1.
8 ¶ † Quid de dictione,vti.dic,quòd idem, quod in dictione,vt l.ſi tibi.de leg.3.quid de dictione , dummodo, dic, ꝙ
9 idem,vt d.l.cum ab eo.de contrahen.empt. ¶ † Quid ſi teſtator dicat[lego centum hac conditione:vt aliquid fiat.] certè hoc non obſtante,erit,vt l.Mæuia.de ma.teſt.& l.2.in fi.de dona.¶Quid ſi teſtator expreſsè voluit ante impleri illud, quod per iſtas dictiones additum eſt : quod emolumentum conſequetur?reſpon.ſiue expreſsè,ſiue tacitè hoc apparet,facit cõditionem:cuius natura eſt,vt prius exiſtat,
10 de fideicom.lib.l.Thais.§.Stichus. ¶ † Quid de dictione, poſtquam.videtur,quòd faciat modum.vt not.in l.ſi filius. de dona.Bar.contra,quia de natura modi eſt,vt poſt emolumentum quæſitum impleatur,vt l.quibus diebus.§.fin.& l.demonſtratio.in fin.de condi.& demonſt.ſed dictio,poſtquam,ſonat,quòd effectus diſpoſitionis ſequatur. pro hoc quod faciat conditionem,eſt caſus in l.inter illam.de verb,
11 ſig.& de leg.2.l.cum ita.§.fin.¶ † Quid de dictione,ne.glo. & Dyn.in d.l.qui abſenti.de acqui.poſſeſ.dicit, quòd facit modum,per l.cum pater.§.Titio.de leg.2.¶In contrarium videtur caſus in l.cum tale.§.Titius. de condi. & demonſt. vbi Bar.dicit,quòd facit conditionem , quãdo illud,quod venit,adimpletur,antequam quis emolumentum conſequatur:aliàs facit modum,vt ibi,& d.l.qui abſenti.vbi per eum
12 plenius.¶ † Quid de dictione,ad,videtur,quòd faciat modum,vt dicta l.quibus diebus. §. qui dotalem. de condi.& demonſt.econtra,quòd facit conditionem. & ſi, modum. dic,quòd aut per hanc dictionem,ad,adijcitur aliquid explicandum per honoratum:& facit modum,vt d.§.qui dotalẽ.aut aliquid explicandum per alium:vel iuribus fortunæ.& facit conditionem,vt in contrario. ¶ † Quid de di-
13 ctione,pro:credit,quòd idem , ſcilicet quòd faciat modũ: cum propter talem præpoſitionem adijciatur aliquid futurum,vt l.amplius.de leg.2.facit l.ſi quis pro redemptio. C.
14 de dona.¶ † Quid de dictone,in:dic, quòd idem , quod in dictione,ad,probatur de condi.& demonſt.l.ſolemus.con
15 iuncta l.pen.in prin.de ope.lib. ¶ † Quartò quærò de effectu modi:& loquor primò , cum modus adijcitur in vltima voluntate:& quæro,an impediat tranſmiſsionem legatario defuncto ante modum impletum:vel ante cautionem præſtitam.& videtur,quòd impediat:quia modus reſoluitur in hanc conditionem:ſi ſatiſdederit.& videtur caſus in l.Titio centum.§.ſed tamen ante nuptias. de condi. & demonſt.ſecundùm opin.illorum,qui dicunt,quòd illud legatum eſt ſub modo.In contrarium videtur text.& gl.de cõdi.& demonſt.l.à teſtatore.& quãdo di.leg.ce.l.poſt diem. §.eiuſdem.& hæc eſt veritas.niſi modus eſſet talis,quòd nõ poſſet impleri per hominem : quia tunc hæres excluderetur , quia modum non implet : ſicut defunctus. Non obſt.
16 prædicta reſolutio in conditio, † quia conditio, quæ tacitè ineſt ex legis diſpoſitione,non impedit tranſmiſsionem, vt l.conditiones,quæ extrinſecus.de condi. & demon. ex hoc infert Bar. quòd iſti duo modi legandi per omnia habent eundẽ effectum [ lego tibi,vt aliquid facias.] vel [ ſi ſatiſdederis de hoc faciendo :hæres meus det tibi centum . ] vtrumque dicitur legatum ſub modo.caſus eſt de le.1.l.huiuſmodi.§.2.licèt gl.ibi aliter loquatur.¶Quæro:vtrùm ſit verum indiſtinctè,quòd de implendo debeat caueri,dic,ꝙ aut modus reſpicit ſolùm fauorem hæredis,vel alterius: & tunc aut modus adijcitur libertati legatæ:& tunc non debet caueri,vt l.Mæuius.& l. libertas. de ma. te. Aut loquimur de alijs relictis:& tunc aut modus fuit adiectus legatario:& tenetur cauere,vt d.§.qui dotalẽ. & l.ſi tibi.de leg. 3.cum ſimi.aut fuit additus miniſtro:& non debet cauere, vt l.diuus.ſi cui pluſquam per leg.falc.Item quæro,quid in contractibus.glo.in d.§.qui dotalẽ. dicit, quòd non debet ſatiſdare.alleg.l.dedi.de condi.ob cauſam. ſed certè ibi dicitur,quòd poſtquam ille,qui debet implere modũ,percepit illud, quod debet:non poteſt ab eo peti cautio , vt impleat modum:ſed obſtaculo excep.Bar.dicit,ꝙ ſi verè contractus eſt celebratus ſub modo:eſt idem , quod in vltima voluntate.caſus eſt in l.inſulam.in fi. ff. loca. & intellige,vt dixi,ſcilicet ꝙ verè contractus ſit celebratus ſub modo: nã ſi eſſet aliquis contractus vltro citroque obligatorius : vt locatio,emptio,&c.tũc debet quis implere ex perſona ſua: aliàs repelletur exceptione,vt l.Iul.§.offerri.ff.de act.emp. nec ſufficeret præſtare cautionem de modo implendo.fallit quandoque,vt l.2.C.loca.per glo,& Docto. ¶ Vlterius
17 quæro , † an debeat præſtari alia cautio , quàm de modo implendo.dic, quòd ſic,de re cum fructibus reſtituenda:ſi modus non fuerit impletus.C.de indi.vid.Authen.cui relictum.alias queſtiones , quæ reſtant,dic,vt not.Barto. in dicto.§.qui dotalẽ.circa fin.de condi.& demonſt. ¶ Quintò
18 principaliter quero. † dedi vnum prædium eccleſiæ,pacto appoſito,quòd deberet mihi dare alimenta,modò propter guerram:ſterilitatem:vel aliam cauſam eccleſia de prædio nihil percipit: an tenebitur ad alimẽta?quidam diſtinguũt, prout legitur,& no,in l.ex cõducto..§.primo.ff.loca.& hoc tenet Vin.& non bene:quia ibi loquitur in conductore:hic in vero domino prædij, Ber. in 3.dñicali diſtinguit. aut tota res perit:& non tenetur eccleſia . aut pars tantùm : & tunc tenetur,vt Inſti.loca. §. adeo. ſecundò diſtinguit aliter:videlicet quòd ſi actum fuit ſimpliciter, quòd aleretur ex fru-



ex fructibus illius fundi:non teneatur . ſi ſimpliciter omni caſu,teneatur.ff.de an.le.l.Titia.ſi bene memini,de iſta queſtione latius dixi.s̃.de loca.c.ſi propter ſterilitatem. & remiſi ad Cy.in l.2.de iure emphy.Ioa. And. dicit,vt s̃.dixi. qui etiam quærit , ſi donatio prædij facta eſt eccleſiæ cum pacto de non alienando:aliàs reuocetur,&c.vtrùm alienatione facta indiſtinctè reuocabitur.dicit ipſe,aut ſolus prælatus alienat:& non poterit reuocari:quia potuit eccleſia ſibi præiudicium facere.eſt tamen arg.contra. ff. de ſer.expor.l.ſeruus.ſecundùm Ioan.And.

### ADDITIO.

a ¶Modus.vide Bart.in l.quibus.§. Termilius.de condit. & demon.& in l.1.eo.ti.& in l.1.§.1.ff.de tute.& ibi per quæ verba inducatur.

### *SVMMAE.*

1 *Conditio appoſita per filium contrahentem ſponſalia , ſi couſenſerit pater,de iure canonico eſt voluntaria,& honeſta.*

2 *Contractus matrimonij poteſt pendere ex arbitrio tertij.*

3 *Conditio quando immediatè poſt verba de præſenti ſubiungitur:tota diſpoſitio eſt conditionalis.*

4 *Iura licèt aliquando videantur contraria : debent aliqua ſubiunctione iuuari.*

5 *Conſenſus de præſenti ſubſequens , vel carnalis copula purificat conditionem præcedentem.*

6 *Patrem non habens contraxit ſponſalia:ſi pater ſuus cõſenſerit:an ſtatim erunt ſpoſalia,reiecta conditione, quæ non poteſt conſiſtere.*

7 *Contraxit aliquis cum perſona prohibita ſub conditione,ſi Papa diſpenſauerit,quòd non valeat.*

8 *Matrimonium contractum per filiumfami.ſi pater conſenſerit:accedente poſtea conſenſu patris, erit incontinenti matrimonium.*

SVper eo. Qui per verba de præſenti cum muliere contraxit ea conditione,ſi pater conſentiret:niſi pater conſentiat , ad matrimonium non tenetur.ſunt tres partes. In prima ponitur conſultatio.In ſecunda reſponſio.In tertia ſoluit quoddam obſtaculum.¶No.primò,quòd ſi filiusfami. contraxit ſpõ
2 ſalia,ſi conſenſerit pater:iſta cõditio de iure canonico eſt voluntaria,& honeſta;non neceſſaria;quia poteſt filius, etiam inuito patre,contrahere.vt.s̃.de deſpon.impube. c.1. vbi de hoc.leges verò intantum conſenſum patris exigunt in matrimonijs filiorum:quòd matrimonium aliter cõtractum nullum faciunt.ff.de ſpon.l.ſed quæ patris.In hac autem diuerſitate legum, & canonum leges ſuccumbunt canonibus:& tunc demum ſeruãdæ ſunt in talibus,vbi canonibus non contradicunt.10.di.c.ſi in adiutorium. de quo s̃.de ſolu.c.fin.& j̃.de no.ope.nun.c.1. ¶ Secundò not.† ꝙ contractus matrimonij poteſt pendere ex arbitrio tertij.
2 aQuid de alijs contractibus:quid de vltimis voluntatibus.
a dic vt l.ſi.C.de contrahen.emp.per Cyn.& per Barto.in l.ſi quis arbitratu.de verbo. ob. & l.1. de leg.2.¶Tertiò no.ꝙ iſtud,quod tacitè ineſt ex honeſtate:vt conſenſus patris in matrimonio,ſi exprimatur, facit contractum conditionalem.& vide no.s̃.de præſump.c.ſi.¶Quartò no.† quòd qñ
3 immediatè poſt verba de præſenti ſubiungitur conditio:puta[contraho tecum,ſi patri meo placuerit. ] tota diſpoſitio eſt conditionalis:ſicut ſi conditio præceſsiſſet: nõ enim refert,in eadem diſpoſitione incipiat à pactione:vel à conditione actus,qui geritur,vt l.quibus diebus.§. quidam Titio.de condi.& demon. Si autem eſſet diſpoſitio principalis,& pœnalis:tunc bene conſideratur, an incipiat contractus à conditione:an à conuentione.de qua in l.ita ſtipulatus.ff.de verbo.ob.facit de ordine nõ curando, quod habetur in c.cauſam quæ.s̃.de reſcrip.¶Quintò no.in ver.nam licèt.† quòd iura videntur quandoque contraria , quæ nõ
4 ſunt:ideò ſemper debent aliqua ſubiunctione iuuari,& reduci ad concordiam:ſicut & teſtes, vt in c.cum expediat.de elect.lib.6.& c.cum tu fili.de teſti.¶Sextò no.† quòd con-
5 ſenſus de præſenti ſubſequens:vel carnalis copula purificat conditionem præcedentem. videntur enim partes à cõditione recedere per ſequentem copulam: vel talem cõſenſum vi cuiuſdam nominationis,vt l.ſi Stichum.de noua. & dixi.s̃.c.verum.ſimile in promiſsione dotis.cui tacita ineſt conditio,ſi ſequatur matrimonium,vt l.ſtipu.de iure do.& tamen ſi ante matrimonium res promiſſæ in dotem tradãtur:tranſit dominium. & ſic videtur ab illa conditione receſſum,vt l.ſi ego.ff.de iure do.¶Querit Io.An.pone,† ꝙ il
6 le,qui non habebat patrem , contraxit ſponſalia , ſi pater ſuus conſenſerit:an ſtatim erunt ſponſalia reiecta conditione,quæ non poteſt conſiſtere?Vin.dicit , quòd non erit matrimonium:quia non conſentit.Idem Specu.eodem tit. ver.quid ſi aliqnis.quam opi.tenet Io.An.in caſu,quo ignorabat patrem mortuum,dicit conditionem impoſsibilem, non contra ſubſtantiam matrimonij : & ſic habendam pro non adiecta.j̃.eodem.c.ſi.ſaluo quod dicitur. s̃. de ſpon.c. tua.ad primum facit de pœni.diſt.4.c. hoc vobis. ego pro hoc allego l.ſi Mæuia.de hæred.inſtit.vbi ſi teſtator adijcit conditionem:quam ſcit non poſſe exiſtere: dicitur conditio nugatoria: & pro nulla habetur , & remanet diſpoſitio pura . & in teſtamentis:quando teſtator apponit conditiones,quæ iam extiterunt:puta ſi Titius conſul factus fuerit; qui iam erat factus.vel ſi nauis ex Aſia venerit,quæ iam venit.an valeat legatum tanquam purum.dic vt l. 1. & l. ſi iã facta.de condi.& demon. ¶Secundò quæro. † ſi quis con-
7 trahit cum perſona prohibita,ſub condõne,ſi Papa diſpenſauerit.quidã dicunt idem,quod in quacunque alia conditione.Immo.contra.& idem Io.An.ex quò enim requiritur diſpenſatio:prohibita ſunt contrahi etiam ſub conditione. ff.de verbo.oblig.l.inter ſtipulantem.§. ſacram. & l.continuus.§.pe.ego addo rationem:quia cum diſpoſitio pẽdeat ex poteſtate ſolius Papæ: cenſetur conditio impoſsibilis, quæ in vnius poteſtate conſiſtit,vt.l.apud Iuli.§.vlti.ff. de leg.1.vnde remanent ſponſalia pura:& ſic nulla,inter per-
8 ſonas prohibitas,vt dixi.¶Tertiò quæro. † vtrùm accedente poſtea conſenſu patris,erit incontinenti matrimonium: vel ſponſalia.dicit Io.An.quia iſte conſenſus non eſt de p̃ſenti,ſed de futuro : videtur dicendum , quòd poſtea etiã interueniente conſenſu patris:conſenſus enim tunc interueniens eſt ſignum conſenſus de præſenti:dummodo contrahentes ipſum conſenſum requirant.& idem ſi ipſum cõſenſum non requirant,dummodo non contradicant ; quia ſi contradicent:tunc ſine conſenſu de præſenti non poſſet eſſe matrimonium.ſed ſi de cõtradictione non appareret: præſumeretur conſenſus;quia pro matrimonio præſumendum eſt,infra.cap.proxi.illa ſunt verba Io.An.poſt Innoc. ſuper quibus dubito de duobus.primò in hoc. ſcilicet quãdo ſponſalia ſunt contracta ſub conditione per verba de præſenti : puta [ ſi placuerit patri meo, accipio te in meã vxorem. ] vtrùm ſtatim , patre conſentiente , ſit matrimonium : ita quòd contrahentes poſt talem conſenſum non valeant reſilire.ex prædictis verbis Innocen. videtur, quòd poſsint adhuc poſt patris conſenſum reſilire : licèt ſi non diſſentiant , videantur conſentire . Sol. quia ex verbis prædictis innuitur,quòd ad hoc,vt ſit matrimoniũ, requiritur non ſolũ,ꝙ pater cõſentiat: ſed etiam, ꝙ taliter con-

contrahentes ſciant patrem conſenſiſſe:& ſic conditionem
extitiſſe. contra primum dictum,ſcilicet quòd poſt purifi-
catam conditionem non poſsint partes reſilire,facit,quòd
ſtatim,cum extitit conditio, obligatio conditionalis cenſe
tur pura:& perinde,ac ſi purè contraxiſſent:imò quando-
que exiſtens conditio retrotrahitur, vt l. qui potior. ff.
qui po. in pigno. ha. ergo non videretur poſſe reſilire: ſi-
cut dicimus in ſponſalibus contractis in infantia,vel in mi
nori ætate: vt adueniente maiori ætate, ſine alia approba-
tione confirmentur, vt ỹ. de deſpon.impu.c. 1. lib.6. talia
namque ſpõſalia ſub conditione cõtracta purificãtur mul
tis modis:nullus autem propinquior modus videtur,quàm
ipſius conditionis exiſtentia,vt l.cedere diem. ff. de verbo.
ſigni.& Inſti.de verbo.oblig.§.ex conditionali.de ſecundo
vtrùm,ſcilicet expediat, quòd contrahentes ſciant condi-
tionem extitiſſe, id eſt patrem conſenſiſſe. innuunt Innoc.
& Ioan.And.quòd ſic.pro quibus facit l.multum.ff.de con
di.& demon.vbi non ſufficit extitiſſe conditionem: niſi hæ
res hoc ſciat.pro hoc etiam facit ỹ.c.proxi.ibi enim requi-
ritur, quòd conditio facta ſit in præſentia ſponſi, & ſpon-
ſæ.pro hoc etiam, quod no. in l.ſi quis arbitratu. de verb.
ob.vbi ille,qui debet arbitrari inter partes,debet ipſis præ
ſentibus hoc facere,vt ibi tenet Bar.Ego credo, quantùm
ad purificandam obligationem,etiam ſi pater conſentiat,
iſtis abſentibus, ſatis ſit: poſtquam enim quis ſemel con-
ſenſit ante conditionis euentum:contradictio ſi non inter-
ceſsit,matrimonium eſt purum,& certum: licèt apud con-
trahentes incertum: ſicut cum quis miſit procuratorem ad
contrahendum matrimonium: nam licèt principalis igno-
ret eum contraxiſſe:tamen erit eius vxor, poſtquam ante
contractum non reuocauit mandatum,vt c.vlti. ỹ. de pro-
cura.lib.6.Non obſt.l.multum. quia loquitur in actu, qui
requirit certitudinem in agente ipſum: vt eſt conditio hæ-
reditatis:aliàs ignorantia non curatur: ſed veritas, poſt-
quam ſemel quis ſe obligauit: nam & decreta ligant igno
rantes,vt ỹ.de conceſ.præb.c.quia cunctis.lib.6. per Inno.
& facit dictus.§. ex conditionali. vbi ſufficit certum eſſe in
rerum natura:licèt apud nos ſit incertũ.ad hoc facit quod
no.in l.Pomponius.de nego.geſt.vbi glo.dicit,quòd in de-
claratione animi non requiritur partis præſentia. Non ob.
no.per Barto.in dicta l. ſi quis arbitratu. quia ibi tracta-
tur de negotio, quod requirit partium præſentiam: vt eſt
veritas quæſtionis,vt l.fin.ſi per vim, vel alio modo. Cogi-
ta, quæ ſit verior opinio.vel ipſorum:vel mea in prædictis
dubijs.

ADDITIO.

a ¶Ex arbitrio tertij.Vide Bal.in rub.C.de contrah.emp.
& l.in vendentis.4.q.eo.ti.& in l.fin.§. pen.ver.item.not.
quòd.C.communia de leg. Bar. in l.hæc venditio. ff. de
contrahen.emp.Ioan.de Imo.& Alex.in l.à Titio.§. fin.
de verb.ob.

*SVMMAE.*

1 *Matrimonium poſt purificatam conditionem reputatur de præſenti contractum.*
2 *Conditio poteſt apponi in arbitrio cuiuſcunque.*
3 *Conditio ſi deficit per diſſenſum patris,& patrui:carnalis copula poſt diſſenſum ſubſequens,non facit matrimonium.*
4 *Receſſum an videatur à conditione per copulam ſequentem.*
5 *Reus quando nititur ex tempore certo: debet illud ita deducere,quòd concludat clarè.*
6 *Contraxit quis ſponſalia ſub conditione:& tempore coitus proteſtatur,quòd non animo conſummandi matrimonium: ſed tantummodo cauſa extorquendi copulam carnalem:an iſta proteſtatio ſibi proſit.*
7 *Vir ſi dicat[ contraho tecum,ſi te virginem inuenero.] an iſta conditio impediat.*
8 *Contraxi cum vna ſub conditione: deinde, conditione pendente,contraxi cum alia purè:tandem extitit cõditio:an prima erit vxor.*
9 *Quid ſi quis contrahit matrimonium ſub conditione, quæ omnino eſt extitura.*

PEr tuas. Qui ſub honeſta conditione
ſponſalia contrahit: & ante
conditionem ſic deſponſatam cognoſcit: à condi
tione recedit.communis diuiſio.ſecunda ibi [ conſultatio-
ni.] ¶ Not. primò formam libelli in cauſa matrimoniali.
ſimile.ś.de conuer.coniu.c.dudum.in princip. Et aduerte,
1 † quia poſt purificatam conditionem reputatur matrimo-
nium de præſenti contractum:nec expedit in libello face-
re mentionem de conditione iam extincta per carnalem
copulam:ſed ſatis eſt dicere matrimonium de præſenti cõ
tractum.¶Secundò no.quòd fuit appoſita conditio, ſi pa-
ter,& patruus conſentirent:alterius ergo conſenſus nõ ſuf
ficeret.vt in c.inter ceteras.cũ ibi not.ś.de reſcrip.& colli-
ge per hunc text.dum dicit [ de patruo.] ar.contra quoſ-
2 dam † qui dicunt,quòd cõditio poteſt apponi in arbitrio
illius tantùm,qui habet alium in poteſtate. vide in Specu.
eod.tit.ver.quid ſi dixerit.¶Tertiò no. exceptionem viri,
qui probauit diſſenſum patris,& patrui ſtatim cum ſciue-
runt:ſi ergo contractum ſcientes non contradixiſſent, vi-
derentur tacitè approbare.facit l.quo enim.ff.tem ra.ha.
3 Quartò collige, † quòd ſi deficit conditio per diſſenſum
patris,& patrui,carnalis copula poſt diſſenſum ſubſequẽs,
non facit matrimoniũ.quia non reperit conſenſum aliquẽ
matrimonialem,ad quem poſsit referri. quandoque tamẽ
contrauentio extincta reuiuiſcit per tacitum,& expreſſum
conſenſum.de quo dic,vt l.ſi vnus.§.pactus ne peteret, &
l.ab emptione.de pac.& ſuper illis.ll. eſt fundata ſubtilitas
huius.c.quare.ſ.non reintegrẽt cõſenſus extinctus, ſi copu
4 la ſecuta eſt.¶ Quintò no. † ꝙ per copulam ſequentem vi-
detur à conditione receſſum. & hoc fauore matrimonij in
hoc magis priuilegiati,quàm cauſa libertatis: vbi ſi pendẽ
te conditione manumiſi ſtatuliberum:tenetur tamen con-
ditionem implere.ff.de condi.& demon.l.hæres ſtatulibe-
rum.¶Sextò aduerte, ꝙ vir iſte excepit poſt contradictio
nem patris,& patrui cognouiſſe eam.& hoc probauit:& ta
men ſibi non profuit ex eo,quòd non probauit ſe non co
gnouiſſe ante contradictionem patris, & patrui.Sed dices,
cum iſta ſit negatiua [ non cognoui ante cõtradictionem.]
quomodo poterit hoc probare? dicit Ioan.And. quòd po
terit probare per teſtes,qui interfuerunt talibus ſponſali-
bus:& viderunt ſponſum à ſponſa recedere,abſq; eo,quòd
eam cognouiſſet:& ſtatim patrem adire: & ſibi facto nar-
rato,contradictionem patris, & patrui acceſsiſſe. his enim
probatis,abſoluetur vir:aliàs erit pro matrimonio præſu-
mendum,vt hic patet.¶Sed contra illud opp.& videtur,ꝙ
poſtquam vir iſte excepit de copula poſt diſſenſum patris,
& patrui, ſibi ſufficiat: niſi mulier probet ecõtrario etiam
ante illorum contradictionem copulam interueniſſe: quia
facta non præſumuntur,quæ non apparent.vt l.Rutulia Pol
la.ff.de contrahen. emp. cum ergo non appareat iudici de
alia copula,quàm de illa,quæ ſequuta eſt poſt cõtradictio-
nem.ergo debuit vir abſolui.ſol.glo. quæ incipit pluries.&
glo.fin.ſentiunt iſtud contrarium. & intelligunt iſtud. c. ꝙ
conſtabat virum poſt illa ſponſalia pluries cognouiſſe illa.




Item ſimpliciter ſic confeſſus fuit:licèt ergo probauerit ſe
cognouiſſe poſt contradictionem illorum:tamen potuit eſ
ſe,ꝙ & ante cognouit.Vnde quia potuit copula præcede-
re, & ſequi: eſt pro matrimonio præſumendum,ſicut præ-
ſumitur bis appellatum ante,& poſt ſententiam, vt ś.de te
5 ſti.c.cum tu fili.& vide quod ibi dixi.†Collige ergo, quòd
cum reus nititur ex tempore certo,debet illud ita deduce-
re,ꝙ concludat clarè:aliàs in exceptione ſuccumbit,ſi eius
probatio neceſſariò non concludit,vt hic.& ś. de proba.c.
in pñtia.& dixi de ſponſa.c.duo.ſuper rub.¶Quærit gloſſ.
6 †ſi quis contrahit ſponſalia ſub conditione:& tempore coi
tus proteſtatur,ꝙ non animo conſummandi matrimoniũ:
ſed tantummodo cauſa extorquendi copulam carnalem.
an iſta proteſtatio ſibi proſit.dicit glo. quòd non.idem hic
Vin. & Gof. oportet ergo,quòd vtriuſque conſenſu à ſpõ
ſalibus diſcedatur prius: vt ſic per ſequentem copulã non
tranſeat in matrimonium de præſenti.de quo etiam vide
quod not.Io.ś.de ſpon.c.veniens.2.& cap.tua.¶Secundò
7 quærit,†quid ſi vir dicat[contraho tecum,ſi te virginem in
uenero.]dicit,ꝙ nec iſtud impedit. Idem hic Goff. & Inn.
ſupra eodẽ.c.de illis.quia turpis erat illa conditio,quæ pri
mum coitum fornicarium fecerat. Idem de illa [ſi in pri-
mo coitu mihi placueris.]ſecundùm Io.& Goff.Hoſt.dicit
in prima conditione,ſcilicet[ ſi te virginem ]&c. opi. Inno.
& Goff.veram in foro iudiciali: ſed quò ad Deum ( ſi non
intendebat conſentire)non videtur matrimonium: maxi-
mè,quia conditio eſt honeſta quò ad bigamiam vitandã.
8 & hoc no.Innocen.infra cap.proxi.¶Tertiò quærit. †con
traxi cum vna ſub conditione: deinde, conditione penden
te, contraxi cum alia purè:tandem extitit conditio:an pri
ma erit vxor.videtur,quòd ſic:quia conditio exiſtens po-
ſtea trahitur retro, vt l.qui potior.& l. qui balneum. ff. qui
po.in pig.ha.& ar.infra qui fi.ſint le.c.tanta.contrarium de
terminat gloſſ. quia ſponſalia prima fuerunt diſſoluta per
ſecunda ſponſalia de præſenti.conditio igitur exiſtens nõ
reperit aliquid in pendenti, quod purificare poſſit:nec ex
tremum à quo habile,vt trahatur ad eum: vt dixi in cap.is
qui fidem.de ſpon.ad hoc infra de reſcrip.cap.ſi parte.lib.
6.vbi ius alteri quæſitum poſtea exiſtens conditio abſor-
9 bere non poteſt.¶Quartò quærit.† quid ſi quis contrahit
matrimonium ſub conditione,quæ eſt omnino extitura.di
cit Io.And.quòd erit matrimonium,cum euenerit condi-
tio.arg.ad hoc.ỹ.de elect.cap.commiſſa. lib. 6. & hoc te-
nuit Hoſtien.in ſumma.eod.titu.§.quæ conditio. ver. quid
ſi contraho.

*SVMMAE.*

1 *Matrimonij ſubſtantia conſiſtit in tribus.*
2 *Conditio impoſsibilis,quæ eſt contra naturam, & ſubſtantiam actus,qui geritur,magis vitiat,quàm alia conditio impoſsibilis extranea.*
3 *Conditiones turpes vitiant ſtipulationes:ſed non matrimonia.*
4 *Impoſsibilitatis ſpecies ſunt quatuor.*
5 *Impoſsibilitas iuris an vitiet.Quid de impoſsibilitate ratione perplexitatis.nu.6.*
7 *Conditio impoſsibilis de facto an vitiet.*
8 *Conditio impoſsibilis in caſu, in quo non poteſt impleri:an debeat impleri aliud loco eius.*
9 *Conditio ſi eſt pro parte poſsibilis:& pro parte impoſsibilis an valeat.*
10 *Religionem ſi quis profitetur,ita quòd poſsit retinere proprium,& vti matrimonio:an iſtorum retẽtio vitiet profeſsionem:vel teneat profeſsio,his reiectis.*

SI conditiones. Si in contractu ma
trimonij ponat̃ cõ-
ditio turpis:vel impoſsibilis,habetur pro non adie-
cta:niſi ſit contra ſubſtantiã coniugij:quia tunc vitiat con
tractum.ſunt duæ partes.In prima tractatur de conditio-
ne turpi,quæ eſt contra ſubſtantiam matrimonij.in ſecun-
da de alia turpi,vel impoſsibili.præmitte primò ad euiden
tiam, quòd quædam dicuntur de ſubſtantia contractus.
quædam naturalia. quædam accidentalia. de quibus dixi.
ſupra de ſpon.cap.1.remittendo ad not. in l.pacta conuen
ta.ff.de contrahen.emp.¶Secundò præmitte, quòd in ma
trimonijs, contractibus, teſtamentis,iudicijs,priuilegijs,
& alijs diſpoſitionibus quandoque adijcitur conditio.quã
doque modus.quandoq; demonſtratio.quãdoq; cauſa. de
quibus ſingulis vide quod not. Bar. in l. 1. ff. de condi. &
demonſtra.& de conditione dixi ſuper rubrica. de modo
in c.uerum.de demonſtratione, & de cauſa dicam alibi.
1 ¶No.primò † quæ dicantur conditiones contra ſubſtan-
a tiam matrimonij. ſubſtantia enim matrimonij conſiſtit
in tribus: [a] in prole:fide:& ſacramento. hæc tria dixit Au-
guſt. tria bona matrimonij: & uide.32.quæſt.2.c.ſolet.&
cap. aliquando. contra prolem eſt illa conditio[ ſi genera
tionem prolis euites.]contra ſacramentum eſt illa[donec
inueniam digniorem]&c.contra fidem eſt illa [ſi pro quæ
ſtu adulterandam te tradideris. ] &c. Et aduerte quia iſta
tria ponuntur in tex.gratia exempli:nam idem eſſet, ubi-
cunque eſſet eadem ratio: puta[ conſentio in te, ſi con-
ſentis in illã. ] primum enim huius conſtitutionis eſt gene
rale.ff.de iuris & fac.igno.l.regula. §. ulti. exempla autem
non ſolent arctare regulam,ut l.ſcire oportet.§.de his au-
2 tem.ff.de excu.tu.¶Secundò not.† quòd magis uitiat cõ-
ditio impoſsibilis contra naturam, & ſubſtantiam actus,
qui geritur, quàm alia conditio impoſsibilis extranea: il-
la enim vitiatur,& non vitiat.& aduerte, quia iſte tex.po-
nit vt diuerſa conditionem turpem,& impoſsibilem.alibi
dicit text.illa, quæ contra bonos mores ſunt, nec facere
nos poſſe, credendum eſt, vt l. ſi filius. de condi. inſtitu.
¶Oppo.dicitur hic, quòd ſi conditio apponatur contra
ſubſtantiam actus: non valet quod geritur,contra. 28. di-
ſtin.c.diaconi.& 10.quæſtio. 1.cap. 2.gloſſ.magna oppo-
nit,& non ſoluit. Ioan.And. primò remittit ad not. in d.
cap.2. & ſubdit, quòd illa conditio, de qua in d. cap. 2.
& ſi ſit contra ſubſtantiam regiminis, & ordinationis Ec-
cleſiæ: non tamen contra ſubſtantiam conſecrationis.
ſic & in cap.diaconi.licèt conditio ſit contra executionem
ordinis: non tamen contra impreſſionem characteris.
¶Secundò. opp.& videtur, quòd turpes, aut impoſsibi-
les conditiones vitient contractus.ff.de ac.& obliga.l. non
ſolum.& de verborum obligat.l.generaliter.ſol.gloſſ. pen.
2 dicit, † quòd tales conditiones turpes vitiãt ſtipula. ſed
non matrimonia, vt hic.nec vltimas voluntates, vt C.
de inſtitu.& ſubſtitu.l.reprehendenda. & l. quidam. ff. de
condi.inſtitu.dominus Ioan.And. ſuper dicta gloſſ. penul.
imperfectè loquitur ſuper illa materia, quam debuit ple
nius declarare: quia vtilis, & quotidiana, vt dicit Iuriſ-
conſultus in l.legaui. ff.de li.lega. dic ergo, quòd quando
que diſpoſitio, de qua principaliter agitur, dicitur nul-
la: quia concepta ſub conditione impoſsibili, vel turpi.
quandoque dicitur nulla ratione ſuiipſius. quandoque il-
lud, quod deuenit in conditionem, eſt poſsibile: ſed diſ-
poſitio eſt impoſsibilis:vel concepta ſub cauſa: vel modo
impoſsibili.Reuertor ad primum,quando ſcilicet diſpoſi-
tio eſt concepta ſub conditione impoſſibili. circa quod di
4 cit Bar.†ꝙ quatuor ſunt ſpẽs impoſsibilitatis.q̃dã de iure.

quædam de natura:quædam ratione perplexitatis : quædã eſt impoſſibilitas de facto.primò igitur eſt dicendum de impoſſibilitate naturæ:circa quam format quædam contraria,ex quibus poſtea ſic diſtinguit.aut impoſſibilitas adiicitur in vltimis voluntatib. aut in contractibus.ſi in vltimis voluntatibus:aut per modum diſpoſitionis:aut per modum conditionis.ſi per modum diſpoſitionis:aut eſt impoſſibilitas circa id,quod eſt ſubſtantiale in diſpoſitione: & non valet ipſo iure,vt l.ſi ſtipulationem.de verbo.obl. & l. apud Iul.§.1,de leg.1. aut eſt impoſſibilitas circa aliquod accidens,vt in die,vel dilatione:& non vitiat diſpoſitionẽ, vt l.ſi mihi & tibi.§.ſi quis ſeruos.de le.1.ſi per modum cõditionis:tunc aut de præterito,aut de futuro. ſi de præterito:& tunc , aut eſt impoſſibilis modò , & fuit de præterito:& non vitiat:quia eſt nugatoria conditio,vt l.ſi mihi Meuia.de hære.inſti.aut fuit poſſibilis de præterito: ſed nunc eſt impoſſibilis : & vitiat , vt l.cum in ſecundo. de iniu. te.& l.2.de hære.inſti.ſi de futuro:tunc in matrimonijs diſtingue,vt in tex.In vltimis voluntatibus dic,quòd non vitiat,vt l.1.ff.de condi.inſti.ſaluo quod dicam infra de impoſſibilitate iuris. ¶ Secundo caſu quando loquimur in contractibus:tunc aut per modum conditionis : & vitiat, aut per modum diſpoſitionis:& tunc , aut circa id , quod eſt principale in diſpoſitione;& vitiat,vt d.l.ſi ſtipuler. aut circa accidens; vt circa diem. & tunc ſubdiſtingue . aut in contractibus bonæ fidei;& non vitiat,vt l.inſulam.§.fin. ff. loca.aut ſtricti iuris:& vitiat,vt Inſti.de verborum obliga. §.loca.Iſta eſt eius diſtinctio in d.l.1.de condi. inſtitu. vbi Bal.ſic etiam in hoc diſtinguit.aut ipſum diſpoſitum eſt impoſſibile: & non valet contractus.de verbo.obl.l.inter ſtipu.§.ſacram.aut non eſt impoſſibile diſpoſitum : ſed eius executio:& tunc aut eſt impoſſibilitas emergens poſt factum;& non vitiat,ſi eſt temporalis: ſecus ſi perpetua,vt.l. Celſus.ff.de arbi.& l.2,§. quod dicimus. ff. ſi quis cau. aut eſt impoſſibilitas ab ipſo principio : & tunc refert.aut loquimur in iudiciis:vel arbitrijs:& tunc non vitiat;quia duo videntur præcepta.de dolo,& contu.c.dilecti.& d.l.Celſus. aut in contractibus bonæ fidei:& idem,vt l.inſula.§.fi.ff.loca.Aut in contractibus ſtricti iuris : & tunc impoſſibilitas vitiat,vt in.§.loca.Inſti.de verbo.ob.niſi ex partium præordinatione ſit prouiſum contra impoſſibilitatem. ff. de ver. obli.l.fi. §.ſi inter eos.aut in vltima voluntate : & non vitiat,vt d.l.ſi mihi & tibi.§.ſi quis ſeruos.de leg. 1. Aut diſpoſitum,& executio diſpoſiti eſt poſſibilis.ſed conditio eſt impoſſibilis:tunc in contractibus refert . Aut loquimur, quò ad contractum perficiendum:& vitiat,vt l.non ſolum de act.& ob.aut quò ad contractum reſoluendum,quatenus eſt de facto proceſſum quò ad executionem: & tunc non vitiat.quia non agitur ex vi condõnis:ſed ex eius defectu,vt l.1.& l.ſi militem.de condi.ob cauſam.In vltimis voluntatibus impoſſibilis conditio non vitiat,vt.d.l.1.de condi.inſti.vbi iſtam diſtinctionem ponit doctor meus D.Bal,

5 ¶†De ſecundo principali membro, ſcilicet.de impoſſibilitate iuris Barto.loquitur per contraria.& videtur, quòd non vitiet. quod patet , quia inſtitutio non poteſt de iure pendere ex alterius arbitrio , vt l.illa inſtitutio.de hæredi. inſti.& tamen ſi inſtituo Titium hæredem , ſi Sempronius aſcenderit Capitolium,valet,vt l.ſi quis Sempronium . de hæredi.inſtitu.Sed dic , quòd illa non poteſt dici conditio impoſſibilis de iure: ſed ius ſibi non aſſiſtit : ſicut & in l. ſtipulatio iſta. §. alteri.de verborum obligatio.¶ Iterum op.quòd conditio impoſſibilis de iure debeat impleri, ſaltem de facto,vt l.mulier.de condi.inſtitu. & l. Mæuius. de conditio. & demonſtra.ſo. vbi implementum impoſſibilis conditionis de facto non ſit contra bonos mores , debet impleri de facto , vt ibi. Sed ſi eſſet contra bonos mores,non debet impleri de facto,vt l.reprehẽdẽda.de cõdi. inſti.ſimile dicit Dyn.in l. quidam cum filium.de verborum obligatio. ¶Item oppo .de conditio. & demonſtra . l.ſeruo manumiſſo.vbi impoſſibilis conditio de iure vitiat legatum. gloſſ.in l.1.de condi.inſtitu. dicit , quòd conditio impoſſibilis non vitiat , ſi teſtator ſciebat ipſam impoſſibilem : ſed ſi credebat poſſibilem , & erat impoſſibilis : tunc vitiatur , quod no.arg. ad hoc de hæred. inſtitu.l. quo loco, §.1. hæc ſolu.videtur contra caſum l.ab omnibus. §.1. de lega.1. vbi videtur , quòd licèt teſtator putauerit poſſibile , quod erat impoſſibile : tamen non vitiat. ſol. illa conditio de tabulis reddendis reſpicit vnum finalem effectum , ſcilicet libertatis : & ideò licèt ſit impoſſibilis per vnum modum ; ſufficit eſſe poſſibilem per alium modum æquipollentem. ſicut dicimus in l. mulier.in princip. ad Trebel. & l.2. C. de conditio.& demonſtratio.In alijs autem conditionibus , quæ ad eum effectum non proponuntur , eſſet ſecus . hoc probatur ; quia conditiones debent impleri; æquipollenter , vt l. Gallus. §. & quid ſi tantum . de lib. & poſthum. per Barto. ¶Item oppo. de l. ſi filius. de condi. inſti. ſoluit duobus modis . primò quòd ibi vitiatur.teſtamentum ad commodum inſtituti , qui erat ſucceſſurus abinteſtato: & vitiatur inſtitutio , vt ſuccedat abinteſtato : & legata non ſoluat . Alia ſolutio eſt , quòd ibi eſt ſpeciale ; quia illa inſtitutio peccauit in forma,& per hoc apparet , quòd p̄cedens ſol. non eſt vera; quia illa l.in alijs venientibus ab inteſtato non procederet , vt l.ſi libertas ſub conditione, de bon. lib. Item non habet locum in filio emancipato,vel inſtituto à matre , vt d.l. reprehendẽda, ¶ Ex prædictis circa impoſſibilitatem iuris quando vitiet,& quan-

6 do non , per teipſum diſtingue . † Sequitur videre de impoſſibilitate ratione perplexitatis. & videtur , quòd non vitiet vltimas voluntates : ſicut non vitiat regulariter impoſſibilitas naturæ : vel iuris , vt dictum eſt . Sed dic contra per l.ſi Titius. de condi.inſtitu.ratio, quia eſt quid imputetur teſtatori , qui induxit perplexitatem , & conditionem inſeruit ipſemet . & hoc verum , quando perplexitas non poteſt diſſolui , vt l.ſi quis ita.eodem titu. ¶ Sed op. & videtur , quòd perplexitas non vitiet : quia ſi non poteſt diſſolui de iure : debet diſſolui de facto , vt l.ſi Titius. de verborum obligatio. niſi litem conteſtando de facto quis diſſoluit perplexitatem . ſol.ille , qui implet conditionem de facto : & ſic diſſoluit perplexitatem : implet eam ſibi , & ad ſui vtilitatem : ideò talis diſſolutio talis perplexitatis admittitur . ſimile in l.ſi mulier. ff. de condi. inſtitu. Sed ſi impletio fieret de facto ad alterius commodum,non implẽtis : tunc tale implementum non admittitur. & hic eſt caſus in l. ſi Titius. de condi. inſtitu. in exemplo negatur . ¶ Iterum oppo. quòd iſta perplexitas non vitiet diſpoſitionem , vt l.qui quadringenta .in princ. ad l.fal. ſol.ibi p̄plexitas ex verbis:vel ex diſpoſitione defuncti non contingit : ſed ex quodam accidenti , facta æſtimatione patrimonij ; & ideò non vitiat:ſed diſſoluitur perplexitas , prout poſſibile eſt ſecundùm defuncti voluntatem.¶Item oppo.de l. vlti. §. Titius. verſi.quid ergo.de vulga.& pup.vbi perplexitas non vitiat diſpoſitionem.ſol. l. Titius. loquitur , quando perplexitas cadit inter res dignas pari fauore : tunc diſpoſitio vitiatur : ſed ſi cadit inter res , quarum vna eſt digna maiori fauore , quàm altera,præfertur fauorabilior,ar.l.inter pares. ff. de re iudica. ¶Ex prædictis igitur, vtrùm perplexitas vitiet diſpoſitionem, per teipſum diſtingue . ¶ Venio ad quartum , ſcili-

7 cet † ad conditionem impoſſibilem de facto : an vitiet . & videtur , quòd talis impoſſibilitas vitiet diſpoſitionem,vel legatum , vt l.cum hæres, §. 1, de ſtatu lib. gloſſ. quæ eſt ibi.



ibi.& Inſti.de hære.inſti.§.impoſſibilis.ſoluit,quòd ibi eſt impoſſibile de facto.& eſt magis difficultas,quàm impoſſibilitas:& talis difficultas an impediat.dic vt l.continuus.§. cum ita.de verb.ob.facit ſupra de iura.cap.querelam.& de teſti.cog. cap.peruenit.¶Circa vnum tamen aduertendũ.

8 †vtrùm ſcilicet in caſu , quo conditio impoſſibilis non poteſt impleri:impleri debeat aliud loco eius. dicit Barto. in hoc,ꝙ quandoque teſtator adijcit conditionem impoſſibilem ad aliquem honeſtum finem:& tunc debet impleri ille honeſtus finis,prout eſt poſſibile.ff. de vſufruc. le. l.legatum.& de admi.re.ad ci.per.l.legatum.quandoq; ipſam adijcit ad nullum finem honeſtum:& tunc nõ debet alia im-

9 pleri,vt c.obtinuit.de condi.& demõ.¶†Quæro quid ſi cõditio eſt pro parte poſſibilis:& pro parte impoſſibilis. dic quòd quatenus eſt poſſibilis,impletur:quatenus eſt impoſſibilis,vitiatur,vt l.qui dotem.de dote præ.& l.penul.de cõdi.& demonſt.Et iſta concernunt quaſi primum membrũ: quandoque diſpoſitio dicitur nulla ; quia concepta ſub cõditione impoſſibili,vel turpi:quandoq; dicitur nulla ; quia illud,quod in principali diſpoſitione deducitur, eſt turpe, vel impoſſibile:vel non conditio,ſed cauſa, vel modus appoſitus dicitur impoſſibilis,ſiue turpis: & tunc an diſpoſitio ſit nulla,vel aliqua.diſtingue;quia quandoq; ſtipulatio nullam habet turpitudinem:& tunc quandoq; eſt ſecundũ l.& valet,vt in toto titu.de verb.ob. qñque eſt p̄ter legem, puta qñ quis alteri ſtipulatur.& tunc valet principale , ſed nõ pœna.vt l.ſtipulatio iſta.§.alteri.de verb.ob. quædã eſt ſtipulatio,quæ habet turpitudinem:& hoc contingit tribus modis:quia aut quod in ſtipulatione deuenit, eſt turpe : vt promittis facere homicidium:& eſt nulla,vt l. generaliter. de verbo.obli.quandoque in ipſa ſtipulatione, ſiue promiſſione non venit turpe:ſed eſt turpiter facta:vt dolo,vel metu.& tunc valet:ſed dantur remedia à iure,vt in toto ti.qđ metus cauſa.de dolo. quædam ſunt , quæ hñt turpem cauſam:ſed quod promittitur, non eſt turpe : quia promitto centum,ſi feceris homicidium.& in hoc eſt dubium. gloſſ. tenet,quòd eſt ipſo iure nulla,vt in d.l.generaliter.ibi [ſup turpibus rebus interpoſitas.]Idem tenet in l.iuriſgentium §.ſi ob maleficium.de pac.vbi dicit [nulla eſt conuentio. ] Cy.tenet , quòd eſt aliqua:ſed obſtat exceptio in l. 2. C. quod me.cauſa.Bart.tenet opi.glo.per iura.s̃.allega.& l. ſi plagij.de verbo.obli.& not.etiam de hoc plenè Cyn. in l. ex eo.de inuti.ſtipu.vbi quærit,pone, promitto tibi Petro 10.ſi Titius fecerit homicidium:nunquid valet?glo.quæ eſt in dicta l.ſi plagij.dicit,quòd ſic.Cy.ibi tenet , quòd dicta glo.fauet aſſaſſinis:& dicit per interpoſitam perſonam ſibi quærere pretium aſſaſſinatus.Iacob.de Are. mitigat illam gloſſ.quòd vera ſit,quando ille alius non ſit ſubiectus ſtipulator:aliàs non valet:ne inuitaret ad delinquendum pro commodo ſtipulatoris.ff.in ius voca.vt eant.l. 2. Breuiter Cy.tenet,quòd illa gloſſ. non ſit vera : niſi adijceretur per modum pœnæ:tunc enim bene valeret.& ſic poſſet illa gl. ſuſtineri.Quid ſi promitto tibi decem,quia feciſti homicidium.videtur,quòd non valeat,vt dicta l.plagij.ibi [faciendi,vel facti.]dic vt dicta l.ſi plagii. ¶ Ex prædictis ergo omnibus in ſumma habetis duo:primò quando in diſpoſitione,quæ poteſt per ſe ſubſiſtere,& eſſe vtilis:ſi ſub impoſſibili conditione concipitur,an valeat.vidiſti circa hoc quadruplicem impoſſibilitatem:naturæ:iuris:perplexitatis: & facti. ſecundò quando ſtipulatio concepta per ſe tantùm: vel ſub cauſa:ſiue modo impoſſibili , vitietur : quandoque contingit , quòd illud,quod deuenit in principali promiſſione, eſt impoſſibile , & in eius defectum promittitur aliquid,quod dari,vel fieri poteſt : & tunc an valeat : dic vt l. ſi homo mortuus. de verborum obliga. quandoque illud, quod promittitur, dari poteſt promiſſionis tempore : ſed deſijt poſſe dari:& tunc an id,quod in eius defectum promittitur,debeatur.dic vt l.ſi deceſſerit.qui ſa.co. ¶Quæritur

10 glo.† ſi quis profitetur religionem,ita quòd poſſit retinere proprium,& vti matrimonio : an iſtorum retentio vitiet profeſſionem:vel teneat profeſſio,eis reiectis ? videtur,ꝙ teneat monachatus,vt.ſ̃.c.1.inſinuante.vbi de hoc.glo.hic tenet contrarium,per hunc tex. quia iſta retentio eſt contra ſubſtantiam monachatus:ergo &c.Sed Io.32.q.2. cap. ſolet.in fi.tenet primam opi.ſcilicet,quòd teneat monachatus.Item Goff.Vin.& Hoſt.in d.c.inſinuante.& Inno.& ibi Accur.C.de ſacroſan.eccl.Aut.ingreſſus.& ibi Ia.de Ra.& Pe.aliter no.Accur.in l.per ſeruum. §.denique. ff. de vſu & ha.vbi ſecundùm Io.diſtinguit,an fiat pactum incontinenti:& vitiatur ingreſſus.an ex interuallo:& vitiatur pactum. Spec.de hoc no.in ti.de ſta.mo ver. 49. & ibi nihil firmat. prædictorum opin.ad hanc Decr.reſpondebat Phi.in cap. inſinuante.dicẽs.quòd matrimonium fuit inſtitutũ à Deo, quia dixit.[& erunt duo in carne vna ad vnã carnẽ procreãdam.]ceſſante igitur cauſa,ceſſat matrimonium:ſed quòd monachi non habeant proprium,inſtitutum eſt ab Eccleſia.12.q.2.c.certè.& c.nolo. Eccleſia ergo illud tollere poteſt.& vide quod no.Archi.in d.c.ſolet.aliam rationem reddit hic Io.An.de qua non curo.

### ADDITIO.

a ¶Conſiſtit in tribus.Vide Io. de Turre cre.in c.his itaque reſpondetur 32.quæſtio.2. & ibi plura de his tribus.

## Qui clerici , vel vouentes.

*SVMMAE.*

1 *Clerici , qui poſſint matrimonium contrahere:& qui non.*

2 *Vouentes qui poſſint matrimonium contrahere.*

3 *Votum quid ſit.*

DIctum eſt.ſ̃.de ſpõſalibus,& matrimonijs: de ipſorum impedimentis videamus . & quia votum, & ordo impediunt:iõ ponit hec rubrica. Vel continua aliter ſm̃ Hoſt. quia non ſolum conditio appoſita interdum impedit matrimonium,vt patet.ſupra tit.1.c.fin. ſed ordo, & votum: ideo &c.de prima parte rubr.habetur.28.diſt.per totum.de ſecunda 27.diſtinc. & 17.quæſt.1.& 2.27.quæſtio.1.per totum. Summat Ioan.

1 And.totam rubricam per iſtum modum.† Quæritur in rubro,qui clerici poſſunt matrimonium contrahere. reſpondetur in nigro,quòd clerici in ſacris non poſſunt : etiam ſi culpam commiſerint , propter quam debeant deponi.ergo in minoribus tantùm poſſunt : nec tamen per hoc eſt iſta rubrica ſuperflua per rub.de cleri.coniu. vt ibi per Io.

2 And. ¶ † Quærit etiam in rubro. qui vouentes poſſint contrahere. reſpondetur in nigro, quòd mali vouentes cõtinentiam poſſunt contrahere:ſi tamen ſimpliciter vouentes contrahant: tenet matrimonium. ſi verò erant ſolem-

3 niter vouentes , non tenet.¶Quærit etiam Inno.†quid eſt votum.dicit,quòd votum eſt conceptio boni propoſiti cũ deliberatione firmata:qua quis ad aliquid faciendum , vel non faciendum ſe obligat.quis autem poſſit vouere : a dicit hic ſuccinctè , quòd votum impediat , & dirimat matrimonium poſt contractum . dic vt infra de voto.cap.1. lib.6.

ADDITIO.

a ¶ Poſsit vouere. Vide Ioan. de Tur. cre. in c. ſunt quedã 17.q.1. vbi plura habes de voto.

*SVMMAE.*

1 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum diacono accipiẽte vxorem.*
2 *Diſpenſatur cũ delinquentibus, peracta pœnitentia.*
3 *Epiſcopus diſpenſat cum correcto, & contrito.*
4 *Clericus vulnerans aliquem, à quo debeat obtinere abſolutionem.*

DE diacono. Duæ ſunt partes. ſecunda ibi [ſubdiaconum.]
¶ Not. primò, quòd iſte duplex delictum com
miſit: quia hominem vulnerauit: & vxorem duxit. duplici
ergo debuit pœna puniri, vt l. nunquam plura. de priua.
del. & aduerte quia dicit tex. [vulnerauit.] ſecus ergo, ſi oc
cidit. vel mutilauit: quia tunc etiam poſt pœnitentiam non
poſſet in presbyterum ordinari. 51. diſtin. c. qui in aliquo.
& infra. de cle. pu. in du. c. 1. ſecundùm Hoſtien. ¶ Secundò
1 no. †. quòd cum diacono accipiente vxorem poteſt epiſco
pus diſpenſare: & ad ſuperiores ordines promouere. quod
eſt verum, ſi accepit virginem: vel corruptam, quam ad-
huc non duxerat: ſecus ſi corruptam taliter deſponſatam
cognouiſſet: quia tunc, tanquam cum bigamo, diſpenſare
non poſſet. de cle. coniu. c. ſanè. de biga. c. nuper. ¶ Tertiò
2 no. † quòd cum delinquentibus diſpenſatur peracta pœni
tentia. idem ſi parte pœnitentiæ. de tempo. ordi. c. ex te-
3 nore. ¶ Quartò not. † quòd cum correcto, & contrito di-
penſat epiſcopus: cum incorrecto igitur diſpenſare non
poſſet, de quo in gl. & alibi Pſalmiſta. [Cor cõtritum & hu
miliatum Deus non ſpernit.] & Imperator dicit [delinquẽ
tes reuertentes ad cor ſuſcipit Deus ſemper paratus per
pœnitentiam miſereri.] vt in Aut. vt non luxu. contra natu
ram. colla. 6. ¶ Opp. de c. j̃. proxi. & 23. q. 1. c. quotquot. vbi
cum tali non poteſt epiſcopus diſpenſare. ſolu. dicit, quòd
aut iſte delinquens vult tranſire ad religionem: & poteſt
epiſcopus diſpenſare iure ſuo: aliàs non poteſt ſine aucto-
ritate Papæ. & ita ſoluit Hoſt. vel iſte vxorem non cogno-
uit, ſecundùm Lau. ¶ Quærit gloſſ. 3. dicitur hic [abſolutio
4 ne obtenta.] &c. † quæro à quo debet obtinere abſolutio-
nem. videtur, quòd à Papa, cum vulnerauerit, vt c. ſi quis
ſuadente. 17. quæſt. 4. vel dic, quòd à legato. ſed non eſt ve
rum: quia legatus non poteſt in atrocioribus. de quo dic,
vt no. in c. ad eminentiam. de ſen. excommuni. vel dic, ꝙ
erat clericus conuentualis: ideò potuit obtinere abſolutio
nem ab epiſcopo. ſed hoc non eſt verum in atrocioribus,
vt no. in c. quoniam. de vi. & hone. cle.

*SVMMAE.*

1 *Eccleſia poteſt ſe interponere, cum videt aliquos minus legitimè copulatos.*
2 *Ingreſſus religionis non abolet maculam, & inhabilitatem contractam, occaſione præcedentium delictorum.*
3 *Adminiſtrãtio facilius conceditur in minoribus ordinibus, quàm in maioribus.*

EX literarum. Summatum eſt quò ad titulum in rub. & ſunt duæ partes: conſultatio: & reſponſio, ibi [ſup
quo.] Not. primò, quòd epiſcopus fecit iſtum illam, quam
1 duxerat, abiurare: † & ſic poteſt ſe interponere: cũ viderit
aliquos minus legitimè copulatos, ipſos diſiungere, & ſe-
2 parare. ¶ Secundò not. † quod ingreſſus religionis non
abolet maculam, & inhabilitatem contractam occaſione
præcedentium delictorum. de quo dic, vt no. infra de apo.
c. 2. ¶ Tertiò not. quòd propter religionem aſſumptam in
3 dilectis facilius diſpenſatur. ¶ Quartò no. † quòd facilius
conceditur adminiſtratio in minoribus ordinibus, quàm
in maioribus. & ſic prohibito maiori, non videtur prohi-
bitum minus, facit. ff. de pœnis. l. moris. & l. cui pacto. de
ſeruis expor. ¶ Gloſſ. op. de c. ſupra proxi. vbi plus delin-
quenti, quàm hic permittit miniſtrare in officio diacona-
tus: & in presbyterum ordinari. hic verò minus delinquen
ti vtrunque prohibet: niſi ingrediatur religionem. ſol. vt in
glo. & ibi dedi vnam ſol. Hoſtien. dicit, quòd ibi Papa oſtẽ
dit epiſcopis poteſtatem conceſſam ad iuris rigorem tem
perandum: hic loquitur de rigore, qui ſemper in duobus
caſibus eſt ſeruandus: quando ſcilicet populus inde ſcan-
dalizatus eſt: vnde non eſt cum tali diſpenſandum, eo re-
manente inter populares, inter quos ſcandalizatus eſt. de
præben. cap. cum teneamur. no. tamen, quòd facilius diſpẽ
ſatur in ſuſceptis, quàm in ſuſcipiẽdis. 23. q. 1. c. quotquot.
& c. impudicas.

*SVMMAE.*

1 *Profeſsio ſola facta in manibus illius, qui poteſt ipſam recipere, impedit, & dirimit matrimonium poſtea cõtractum.*
2 *Habitus ſuſceptio an impediat matrimonium poſtea cõtractum.*

MEminimus. Incipit tractare de ſecunda parte rubri
ce: & ſummatum eſt in ipſa. In prima conſulta
tio. in ſecunda diſtinguens reſponſio. ¶ Not. primò, quòd
iſte tex. in primo reſponſo coniungit votum: habitum: &
profeſsionem. non tamen intelligas, quòd omnia illa requi
rantur ad matrimonium cõtractum, poſtea dirimendum.
1 diſiunge igitur iſta tria, & dic, † quòd profeſsio ſola facta
in manibus illius, qui poteſt ipſam recipere, impedit, & di
rimit matrimonium poſt contractum. Idem dicit Innoce.
de vouente: dummodo votum, vel propoſitum ſolemnizet
per ſuſceptionem habitus profeſsionis: ſiue nouitij, vt hic.
& ſupra de regu. c. conſulti. & infra c. inſinuante. ſi verò a-
liàs votum emittat, impedit: ſed non dirimit. idem ſi habi-
tum ſuſcipiat ſine voti emiſsione, vt. infra cap. proxi. de
conuer. coniu. cap. ex parte. ſecundùm Innoc. habes ergo
2 de profeſsione, & de voto. † Quid de ſuſceptione habitus?
dic, quòd non impedit: niſi cum alijs, qui ſunt in monaſte
rio, geſtaret habitum per annum, ſecundùm glo. quod in
tellige verum, ſi ſint habitus indiſtincti. de regu. cap. 1.
lib. 6. & cle. eos qui. eodem titu. ¶ Quærit Ioan. An. poſt
Goff. quare magis votum ſolemne dirimit, quàm votum
ſimplex: cum ſimpliciter dictum ſit [vouete, & reddite
Domino vota veſtra.] ſupra de voto. cap. magnæ. ſimplex
ergo dictum debet ſimpliciter intelligi, non diſtingui, vt
l. 3. de offi. præſ. ſol. quòd votum ex ſui natura impedit per
iſtud dictum [vouete.] &c. ſed ex ſui natura non dirimit:
ſed conſtitutio Eccleſiæ hoc facit: vel ſimplex non dirimit:
ſed ſolemne ſic: aliàs erraret Eccleſia: niſi poſt ſimplex vo
tũ dirimeret matrimoniũ: ſicut poſt ſolẽne. ſolẽnitates igi-
tur ĩuenit, & cõſtituit Eccleſia, nõ ad voti augmẽtũ: ſed ad
diſcer-



diſcernendum, & ſciendum, quando propter votum emiſ-
ſum matrimonium. ita dicunt iſti.

*SVMMAE.*

1 *Habitus ſola ſuſceptio, & delatio non obligat religioni.*
*Sed bene cum aliquo coniuncta. nu. 2.*
*De quo habitu hic loquatur. nu. 3.*
2 *Habitus cum propoſito profitendi aſſumptus, impedit matrimonium contrahendum: & elapſo anno dirimit iam contractum.*

COnſuluit. Caſum ponit Ioan. & dicit fuiſſe in facto ſic. Quædã
mulier timens rapi, petijt à ſacerdote velamen,
quo ſolebant vti moniales: non tamen vouit: nec profeſsio-
nem fecit: nec renunciauit proprijs: & proteſtata eſt ius
1 ſuum. tandem contraxit: mandat Papa, vt non diſſoluatur
matrimonium. ¶ No. primò, † quòd ſola habitus ſuſcep-
tio, & delatio non obligat religioni. ſupra de regu. cap. por
rectum. ¶ Secundò not. quòd innuit iſte tex. à contrario
2 ſenſu, † quòd ſuſceptio habitus coniuncta cum aliquo ex
his, quæ hic dicuntur, obligat ad religionem efficaciter.
videlicet ſi poſt ſuſceptionem intrauit clauſtrum: vel renũ
ciauit proprijs: vel in manu epiſcopi, ſiue abbatis obedien
tiam promiſit: ſiue ſuper altari. altero. n. ex his, cũ receptio
ne habitus iuncto, videtur ſufficere: quod nõ tenet Io. An.
dicit. n. ꝙ profeſsio ſuper altare non præiudicat: niſi & mo
nachi conſentirent. ar. de regu. c. ad apoſtolicam. obligatio
.n. profeſsionalis hincinde contrahitur: vel ſemper præiudi
cat, ſi poſtea recipit habitum ſine proteſtatione. de regu. c.
conſulti. & c. ſtatuimus. ſecundũ Inno. promiſsio ẽt ſolius
obedientiæ cum habitu non ſufficit: cum & ſæcularis obe-
dientiam præſtet. de maio. & obe. c. 2. & 4. niſi monachalẽ
promittat: puta, quòd ſuę renunciat voluntati: & in omni-
bus ſubijciat ſe abbati. 12. q. 1. c. non dicatis. & c. nolo. ſe-
cundùm Innocen. & Hoſti. Idem Gui. in Spec. de ſtatu reg.
ver. 37. ¶ Quæro. dicitur in fine c. quòd habitus ſine pro-
feſsione ſuſceptus impedit matrimonium contrahendum:
3 ſed non dirimit poſt contractum. quæro ergo † de quo ha-
4 bitu hic loquatur: non. n. vr̃ de habitu probationis: † talis. n.
habitus cum propoſito profitendi aſſumptus impedit con
trahendũ: & elapſo anno dirimet iam contractũ, pp̃ tacitã
profeſsionẽ: quæ reſultat ex tali delatione. quod tamen hic
negatur: dum dicit [anno elapſo.] Item non intelligitur de
habitu profeſsionis: quia illud impedit, & dirimit, vt in fi.
c. de quo ergo habitu dices loqui iſtud. c. Hoſtien. dicit, ꝙ
iſtud. c. debet intelligi de habitu religionis. propoſuit enim
iſta mulier vitam mutare, & ſęculum ſpernere, & caſtita-
tem tenere. ſed hoc non videtur bene dictum: quia hoc ca-
ſu tale propoſitum ſolemnizatur per receptionem habitus
de regu. c. conſulti. dicit Hoſtien. ꝙ iſta domina ſuum pro-
poſitum non expreſsit ore, vel ſigno: vnde non poteſt di-
ſtringi per Eccleſiam, quæ de occultis nõ iudicat. de ſimo.
c. ſicut. in fi. nam ſi verbo, vel ſigno expreſsiſſet propoſitũ:
non daretur ſententia pro matrimonio: ſed pro religione,
vt patet ex no. ſ̃. de reg. c. ſtatuimus. vel dic ſm̃ Hoſti. quòd
qñcunque ſine voto proponat aliquis vitam mutare: non
obligatur irreuocabiliter per ſolam habitus ſuſceptionem
extra religionem aſſumpti: vt hic. ſed ſi aliquam religionẽ
ingreditur: vel ei ſe deuouet: tunc per ſuſceptionem ha-
bitus etiam nouitiorum irreuocabiliter obligatur. infra eo
dem. c. inſinuante. & no. in dicto cap. conſulti. & ſecundùm
iſtum intellectum, etiam ſi iſta mulier ſuum propoſitum
ore, vel ſigno expreſsiſſet: tamen talis receptio habitus
extra religionem non obligaſſet eam, taliter quòd dirime-
ret matrimonium poſt contractum: & eſt hoc verum, etiã
ſi recepiſſet habitum profeſſorum in caſu huius cap. vbi nõ
ingreſſa fuit clauſtrum: habitus enim religionis, & profeſ-
ſionis ab intrante religionem aſſumptus facit monachum.
ſ̃. de regu. c. ſuper eo. & eo. ti. c. conſtitutionem. li. 6. aſſum
ptus verò extra eccleſiam hoc non facit: niſi ſe voueret ali
cui religioni. de conuer. coniuga. cap. ex parte. allegat Ho-
ſtien. ad hoc. j̃. eo. c. inſinuante. & de regu. c. ſicut. & ſecũdũ
prædicta intellige glo. d. & ſecundùm prædicta aliud eſt ꝓ
ponere aliquid in animo, & etiam exprimere. aliud eſt vo-
uere. vnde ſi quis diceret coram pluribus [ego diſpono me
ad religionem, & totaliter relinquere ſeculum.] & poſt iſta
verba habitum etiam profeſsionis aſſumat extra religio-
nem, non erit monachus profeſſus. votum ergo, non pro-
poſitum etiam ore expreſſum ſolemnizat receptionem ha
bitus.

*SVMMAE.*

1 *Matrimonium poteſt contrahi inter abſentes, interueniente nuncio: vel epiſtola.*
2 *Malum minus eſt eligendum de duobus malis.*
3 *Votum ſimplex non dirimit matrimonium poſt contractum: nec ipſum impedit.*
4 *Epiſcopus ex cauſa poteſt diſpenſare, vt ſimpliciter vouens contrahat.*

VEniens. Summatum eſt in rubrica: & duo facit. narrat caſum: circa
quem expediendum, præmiſſa cauſa, duo man-
dat. ¶ Not. primò, ꝙ iſta dedit fidem abſenti de matrimo-
1 nio. & hoc poteſt eſſe: † quia matrimonium poteſt contra-
a hi inter abſentes, [a] interueniente nuncio: vel epiſtola. ff. de
ſpon. l. fi. & j̃. de procura. c. fi. lib. 6. & intellige, quòd poſ-
ſunt contrahi dicto modo non ſolùm ſponſalia de futuro:
ſed de p̃ſenti. quod probatur illa auctoritate Lucæ. 2. [Spi
ritus ſanctus ſuperueniet in te] &c. & ibi [Ecce ancilla Do
mini.] Hoſti. remittit de hoc ad ſummam de ſpon. §. quali
ter contrahatur. 1. rñ. & ver. ſequen. ¶ Secundò not. quòd
iſta ſimpliciter votum continẽtiæ emiſit: ſecus ergo, ſi pro
feſsionẽ feciſſet: vel habitum ſumpſiſſet: vel ſe ei reddidiſ-
ſet. de regu. c. porrectum. Hoſt. dicit, ꝙ iſta emiſit votũ non
ex corde: nec intendendo ſe alicui religioni aſtringere: de
quo creditur illi in foro animæ: ſecus ſi quoquo mõ conſẽ-
ſiſſet: vel quò ad forũ Eccleſiæ: & ſic non eſt contra. j̃. eod.
2 c. inſinuante. ¶ Tertiò no. † ꝙ de duobus malis minus ma
lum eſt eligendum. de quo in gloſ. & l. ita vulneratus. ad le.
3 Aquil. ¶ Quartò not. † quòd votum ſimplex non dirimit
matrimonium poſt contractum: nec ipſum impedit. & im-
ponitur iſti dominæ duplex pœnitentia de fide mentita
primo viro militi: quia per ipſam ſtetit, quò minus ſibi nu
beret. facit. ſ̃. de ſponſ. c. ſicut. ¶ Opp. & vr̃, quòd Papa ma
lè hoc faciat dare iſti licentiam nubendi alteri contra vo-
tum etiam ſimplex: quod non minus obligat, quàm ſolem
ne apud Deum. vt. j̃. c. proxi. ſolu. vt in gl. quæ exponit tex.
vt in ea patet. Ioa. An. exponit [tribuere non poſtponas.]
&c. ideſt tributam, vel non negatam oſtendere. ſic. 23.
quæſtio. 2. cap. in adoleſcentia. vel ſecundùm eum intelli-
ge, quòd hic dicit de miſericordia: quia aliàs ſecundùm
cum non daretur licentia etiam poſt ſimplex votum, vt in
fra. cap. proxi. Refert etiam Inno. alios, qui ſoluerunt ali-
ter. dicunt enim, quòd hoc votum non tenuit propter ſpõ
ſalia de futuro, quæ præceſſerant: ſicut enim nõ tenet vo
tũ ſolẽne poſt cõtractum matrimonium. de coner. cõiu. c.

quidam.ſic poſt ſponſalia de futuro non tenet ſimplex, vt hic.cum ergo non tenuerit:non debet illi licentia denegari.ſed iſte non eſt bonus intellectus:quia tex. dicit de voto violato:quod non poſſet dici,ſi non tenuiſſet. Hoſti. dicit, quòd votum tenuit: ſed fuit ſimplex,contra quod Papa ex certa ſcientia hic diſpenſat : quod innuit litera, dum dicit [ mandamus.] non dixit [ reſpondemus.] ſed ob. dum dicit [ violato.] exponit de eo,quòd dedit fidē. ſecundò contra votum emiſſum:& ſic violauit votum.22.q.5.c.periura re.hanc autem diſpenſationem facit hic Papa,ſm eum,primò propter perturbationem animi mulieris.17.q.1.c. Cõſaldus.quia non fuit inſpirata:ſed fecit hoc in fraudem, ne virum haberet,quem deſponſauerat.ſecundò propter maius periculum euitandum;quia apparebat, ꝙ continere nõ poterat.vnde accipit Papa,quod poteſt à non idoneo debitore:vt ſic ſaltem in matrimonio viuat caſtè.31.diſt.c. Nicena.tertiò,quia fidem dederat ſecundo : & ſic ſecundùm eum ſtat propriè litera,quæ dicit [ licentiam tribuas.] &c. ſcilicet auctoritate noſtra,quæ in omni voto intelligit excepta:vt hic Gui.in Spec.ti.1.§.nunc de epiſcoporũ.ver.133.
4 † dicit,epiſcopum ex cauſa diſpenſare poſſe: vt ſimpliciter vouens contrahat: & volens allegare Decre. illam ad hoc, allegat in contrarium.c.j̄.proxi.& 22.q.4.§.vlt.facit quod dicam poſt Io.And.j̄.c.proximo,&c.

ADDITIO.

a ¶ Inter abſentes. Adde l.ſufficiit.de ſpõſa.2.q.5.c.nec illud in glo. & ibi quid ſi alterum peniteat ante conſenſum alterius.

SVMMAE.

1 *Votum emittens,poſtea iurans ducere vxorem ad quod teneatur.*
2 *Matrimonium contrahendum quædam impediunt : & non dirimunt,ſi contractum fuerit.*
3 *Papa non poteſt in totum tollere legem Dei : ſed bene interpretari,& reſtringere, & declarare.*
4 *Papa quare poteſt ſtatuere aliquid contra votum ſimplex,& ſolemne:& non contra matrimonium.*

RVrſus. Primò ponitur queſt. ſecundò diſtinguens ſolutio ibi [ vnde.] ſecũdum membrũ proſequitur ibi [ & ſi poſtquã.]
1 ¶ Not.primò † ꝙ iſte prius votum emiſit: & poſtea iurauit ducere vxorem. Iuramentum ergo fuit illicitum : quia poſt votum emiſſum:& ſic non ſeruandum.xxij.q.iiij.c. inter cetera.ſicut ergo in ſponſalibus priora ſunt cõſummanda.s̄.de ſpon.c. ſicut.ſic in voto , & in ſponſalibus. ſi vero ſponſalia pcedunt votum:cogi debet votum ſolemnizare, aut ſponſalia perficere.de cõuer.cõiu.c.ex parte.& c.ex publico.¶ Secundò no. quòd Papa præcipit iſti, vt votum ſimplex, quod emiſit,obſeruet.ſed s̄.c. pxi.cõtra votum emiſſum dat licentiam contrahendi.ſol.vt ibi dixi.¶ Tertiò no.
2 † quòd quædam impediunt matrimonium cõtrahendum; & non dirimunt,ſi contractum fuerit. & ſic multa fieri nõ debent: quæ facta tenent:nec retractantur.ſicut matrimonium contractum poſt ſimplex votum.¶ Oppo.& videtur illud.c.ſibi contrariari.dicit enim,quòd votum ſimplex nõ minus obligat,ꝙ ſolẽne.ſed ſolẽne dirimit: ergo & ſimplex deberet dirimere.ſol.gl. magna in princ. tangit illud contrarium: & ſoluit , exponendo.i.non minori tempore;quia vtrunque in perpetuum obligat: & vtriuſque fractio eſt mortale.& per hæc refert Io.And.quoſdam dicere, quòd quamuis matrimonium teneat in hoc caſu:debitum tamẽ iſte voti tranſgreſſor nõ debet exigere:ſed tenetur reddere.

ar.de cõuer.cõiu.c.quidã.& c.placet.& ſemper pœnitentiã agat: & cum graui dolore cordis hoc debitum reddat. de eo , qui cogno. conſang. vxo.ſuæ.c. tranſmiſſa.& c.penul. & vlti.æquius, vt dicit Io. And. eſt tenere contrarium , ſ. quòd exigere poſsit:nam per tale matrimonium ſolutum eſt votum,ſecundùm gl.hic,&. s̄.de ſponſa. c. ſi inter.in gl. fin. ergo nihil eſt,quod tale debiti exactionem impediat. Nimis enim eſſet periculoſum , & oneroſum tale matrimonium , ſi dicamus eum peccare mortaliter , exigendo. & eſſet inijcere laqueum , contra id , quod habetur. xxvij. q.j.c.de viduis.ſicut ergo in vouente ingreſſum religionis arctioris, qui profitetur laxiorem,nulla remanet obligatio ex voto priori:licèt de tranſgreſsione pœnitere debeat.de regul.c. qui poſt votum. lib.6. ſic in caſu illo poſt contractum,& conſummatum matrimonium obligatio voti ceſſat:ſed de fractione pœniteat.& iſta opinio eſt æquior,ſecundùm eum.tamen quia ſolemnis opinio habet cõtrariũ, quam ſequitur beatus Tho.4.ſen. xxxviij.diſtin.articulo.3. dicit Io.And.quòd hoc caſu diſpenſatio peti debet ſuper exactione debiti : & cum hic ſubſit iuſta cauſa, poterit epiſcopus diſpenſare per commutationem in aliud vòtũ. de voto.c.j.¶ Secũdò op.lex diuina indiſtinctè præcipit,ꝙ reddenda ſunt vota Deo.ergo illa diſtinctio inter votum ſimplex,& ſolemne introducta mero iure poſitiuo non videtur bona . quia naturalis obligatio , quæ ex voto naſcitur,non poteſt canonica conſtitutione dirimi:ſicut nec ius ciuile poteſt corrumpere ius naturale, vt Inſti. de iure natu.gen.& ciu.§.ſed naturalia.& quod not. Inno. s̄. de conſtitu.c. quæ in eccleſiarum.ex quibus patet , quòd ita deberet dirimere votũ ſimplex:ſicut ſolemne.ſol.Io.And.fatetur,quòd votum ex ſe ſemper dirimit:ſed conſtitutio Eccleſiæ hoc operatur , quòd votum ſimplex non dirimat:
3 ſed tunc ob. quod dixi , † quia Papa non videtur poſſe tollere legem Dei: nam iſtud eſt verum,quòd non poteſt in totum tollere, ſed interpretari: & reſtingere: & declarare, vt patet ex not.in d.c.quę in eccleſiarum.& s̄.de teſti.c.licèt vniuerſis.licèt ergo lex diuina dicat[ votum ſeruandũ.] tamen non dicit [ non tenere matrimonium poſt contractũ.] qđ patet:quia lege diuina prohibentur tantùm certæ perſonæ,quæ no.de diuor.c. gaudemus. inter quas vouens non connumeratur: & hoc edictum prohibitorium eſt. de ſpon.c.cum apud.nam lege diuina , circumſcripta lege canonica teneret matrimonium contractum à monacho, & presbytero.quod patet;quia ſacerdotes veteris teſtamenti contrahebant.36.diſtin.c.tenete.& Græci contrahunt, qui lege canonica non ſunt aſtricti.36.diſtin. c. Nicena. & per hoc tenet Hoſtien. quòd Papa poſſet ſtatuere , quòd ſicut ſimpliciter vouens poteſt contrahere : ita vouens ſolemniter.& remittit de hoc Hoſt.ad ſummam.eo.tit. §. quis vouendus.¶ Iuxta prædicta quæro:† quare poteſt ſtatuere Pa
4 pa aliquid cõtra votum ſimplex,& ſolemne,vt dictum eſt, & non contra matrimonium:maximè , quia vtriuſque obſeruantia eſt indicta à lege diuina.ſol. dicit Ioan. And. pro ſolutione quæſtionis præmitte , quòd æqualis eſt potentiæ iuramentum,& votum.vnde ſicut in iuramento videtur excepta auctoritas Papæ. de iniu. c. venientes. & de reſc. c.conſtitutus,ſic , & in voto.ſupra c.proxi.vt ſic in vtroque intelligatur:niſi Deus aliter reuelauerit.22.q. 2. c. beatus. vel vicarius eius in terris de hoc aliter diſponere voluerit : quia quod ipſe facit , Deus facit , & non homo , vt ſupra de tranſlatio. cap. inter corporalia. nam ſibi dictum eſt [ quodcunque.] &cæ.24.quæſt.prima.c.quodcunque.nec iuramentum,nec votum excluſit, qui dixit. quodcunque. de maio. & obedi. c. ſolitæ. ad fin. ſic Papa in voto continentiæ diſpenſare poteſt. s̄. de voto. c. 1. per Ioan. And. Ad propoſitũ igitur,quare Papa poteſt ſoluere iſtud vinculum,



lum,quod ex voto naſcitur: & non vinculum matrimonij, dicit ipſe.quia in matrimonij diſſolutione fieret iniuria,nõ ſolum Deo:ſed etiam homini:qui ex diuina lege quæſiuit ius in corpore vxoris.in voto verò eſt obligatus Deo : qđ vinculum per Deum,vel eius vicarium ſine alicuius iniuria ſolui poteſt.Item per matrimonium conſummatum deſignatur conformitas,quæ eſt inter Chriſtum,& Eccleſiam: ſiue vnio,quæ eſt inter diuinam,& humanam naturã: quæ omnino inſeparabilis eſt: & ideò non poteſt ſeparari ſignificans:ſicut nec ſignificatum.ad hoc.s̄. de big. c. debitum. & de ſpon.du.c.1.& de coniu.lepro.c.2. in voto autem eſt vinculum Dei,& animæ tantùm.In matrimonio eſt vinculum animorum,& corporum Dei,& hominum: non eſt ergo mirum,ſi facilius ſoluitur vnum vinculum:quàm plura. ălij communiter contra,ſecundùm Io. An. poſt Hoſti. Et prædicta habent locum in matrimonio conſummato per copulam:ſed in non conſummato Papa habet maiorẽ poteſtatem:vt patet ex his,quæ no.Ioan.And.s̄.de conuer.cõiu.c.ex publico.

SVMMAE.

1 *Obteſtatio facta alicui ex parte regis , non inducit iuſtum metum.*
2 *Habitus approbatæ religionis aſſumptio,& delatio poſt votum caſtitatis inducit profeſſionem.*
3 *Profeſſio tacita dirimit matrimonium poſt contractũ, etiamſi ex eo plures ſint filij procreati.*
4 *Patientia,et taciturnitas longi temporis purgat præcedentem moram.*
5 *Mulier,quæ ſemper ſtetit in domo cum habitu religionis poſt votum caſtitatis:an erit monacha.*
6 *Profeſſio eſt duplex.*

INſinuante. Primò ponit facti ordinem. ſecundò diffiniendum committit,ib [nos igitur.] ¶ Not.primò,ꝙ fuit hic ſupplicatum Regi pro copula maritali:& hoc eſt prohibitum:qa matrimonia debent eſſe libera,vt in gloſſ.1. ¶ Secũdò no. quòd iſta fuit proteſtata,quòd tunc nolebat nubere:modicum tamen ſibi prodeſt,ſi poſtea fecerit contrarium: quia videtur à proteſtatione receſſum.s̄.de conſt.c.cum.M.Ferrarien.
1 ¶ Tertiò not. † quòd obteſtatio facta ex parte Regis alicui non inducit iuſtum metum.de quo in gl.argumẽtum.&c.ſuper qua dicit Io.An. ꝙ ſola dignitas aduerſarij non ſufficit ad probandum metum: ſubdit tamen , quòd imperium principis(qui aliàs conſueuit tyrannicè , & oppreſsiuè tractare eos,qui precibus, vel præceptis ſuis non obediunt)induceret iuſtum metum . pro hoc dicto vide, quod no.Bar.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi ꝑtori. ff. de oper. no.nun.alibi dicunt Doc. ꝙ minima reuerentia inducit iuſtum metum,vt l. 1. §.quæ onerãdæ.ff.quarũ re.act. nõ da.
2 & 22.q.4 c.vnuſquiſque.¶ Quartò no.quòd iſta emiſit votum continentiæ pacto appoſito: quòd in domo cum omni ſubſtantia remaneret:hæc autem exceptio cõtraria monachatui non vitiat monachatum: quia eſt contra eius ſubſtantiam.& ſic facit ad no.s̄.ti. 1.c.ſi.ſed non facit; quia ibi exceptio retentionis bonorum erat appoſita à vouente religionem:hic à vouente ſimpliciter caſtitatem: quod votũ, ſcilicet caſtitatis non aduerſatur retentioni bonorum.
3 ¶ Quinto no.† quòd aſſumptio,& delatio habitus approbatæ religionis poſt votum caſtitatis inducit profeſsionẽ: & eſt illud no.nam non eſt dubium , quòd poſt votum de ingrediendo religionem ſi vouens ſuſcipit habitum profeſſorum,intelligitur profiteri,iuxta no.s̄.de regu. c. conſulti.ſed quòd ſumens habitum poſt votum caſtitatis tantùm intelligatur profiteri:habetur in 1.c. quod tamen narrat lapſum biennium poſt aſſumptum habitum,eſt ergo irregularis iſta profeſsio inducta ex pluribus imperfectis ſpeciebus,ſcilicet ex voto caſtitatis: quod per ſe non ſufficit:& ex delatione habitus extra locũ: quod ſimiliter non videtur ſufficere: nam ſecundùm Hoſtien. multum operatur clauſtrum,congregatio, ac loci ſtabilitas:vnde ſuſceptio habitus profeſſorum extra locum non inducit profeſ-
4 ſionem,vt dixi.s̄.eo.c. veniens. ¶ Sextò not. † quòd tacita profeſsio dirimit matrimonium poſt contractum : etiam ſi ex eo plures ſint filij procreati.proles enim, & numerus filiorum non roborat matrimonium , quod eſt nullum: licèt quandoque præbeat iuſtam cauſam diſpenſandi,vt dicam.j̄.de eo,qui duxit in ma.c.cum habet.¶ Septimò not. quòd patientia,& taciturnitas longi temporis purgat præcedentem moram:de quo dic,vt dixi.s̄.quod metus cauſa.
5 c.1.¶ Quærit gloſ.† iſta ſemper ſtetit in domo cum habitu religionis poſt votum caſtitatis. an erit monacha? videtur,quòd non;quia reſeruatio habitationis in domo,& bonorum retentio contradicunt ſubſtantiæ monachatus , vt s̄.de ſta.mo.c.cum ad monaſterium,in fi.gloſſ.3. tenet hic contrarium,quòd iſta ſit monacha.Nec ob. pactum reſeruationis proprij:quia exponitur quò ad vſumfructum ſolum:non quò ad proprietatem.ita dicit glo.concludens,ꝙ iſta erit monacha , & morabitur in domo cum vſufructu rerum ſuarum.Non ob. quòd iſta ſint contra ſubſtantiam monachatus:quia locus,& retentio vſuſfructus de conſenſu epiſcopi,vel abbatis reſeruatus non ſunt contra ſubſtantiam monachatus. vnde ſi abbas contra talem reſeruationem vellet venire,poſſet ille,cui fides non ſeruatur, denunciare hoc Superiori,qui ad ſimilitudinem ſerui debet illum audire,& interponere partes ſuas.C.communia vtriuſque iudi.l.poſſeſsionum,& Inſti.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur. §.ſed hoc tempore.fatetur tamen Innocen. quòd nullus ꝑter Papã poſſet obligare , vt perpetuò aliquem locum dimittat monacho.de ſta.mo.c. cum ad monaſterium. ſed ſi obligat,non eſſet contra ſubſtantiam.poſt multa tamen videtur Innocen.inclinare,quòd hæc mulier non fuit monacha,& poterat habere proprium: & tñ non poterat nubere propter votum ſolemne,quod emiſerat . quod qualiter fieri poſsit,no.de ſta.mo.c.porrectum.& quod no.Io. An.de conuer.cõiu.c.ex parte.2.ſuper verbo mr̃imoniũ.& de frigi.c.fraternitatis.ſuper ver.alioqui.ver.in ſecũdo.& eſt vtile hoc ſcire,an illa ex tali delatione habitus poſt votũ caſtitatis ſecuta cenſeatur monacha,necne , propter bona . & vtrùm deuolui debeant ad monaſterium: vel ad eius conſanguineos.Item quò ad teſtamenti factionem: & quò ad poteſtatem contrahendi.& breuiter quò ad omnia , quæ poteſt agere liber homo,& non monachus. & vide quod habetur hodie.j̄.de voto.c.1.lib.6.per quod cap. poſſet argui,quòd iſta cenſeatur monacha:aliàs ſimplex votum caſtitatis,& aſſumptio habitus:& eius delatio extra clauſtrũ non dirimeret matrimonium poſt contractum: niſi monacha cenſeretur,vt ibi.quicquid tamen ſit de illa, de qua in tex.vbi eſt dubium,ſit monacha,necne:tamen in vero monacho,vt poſsit morari in domo , & frui bonis quondam ſuis:dicit Goff.quòd ſufficit licentia epiſcopi: ſi ſit monacha nullius monaſterij.ſi autem certæ religioni ſe deuouit maioris abbatis:totius Ordinis licentia requiretur.¶ Vlti-
6 mò no.hic Hoſtien.& quærit† quotuplex eſt profeſsio. &
a reſpondet, quòd duplex:quædam eſt profeſsio expreſſa: quædam tacita.vera profeſsio eſt,quando more ſolito, legendo chartam,facit profeſsionem,dicens[ ego talis.]&c. & ponit ſuper altare.de hac.s̄.eod.c.meminimus, & de cõuer.coniuga.c.dudum. præſumpta verò inſurgit ex diuerſis actibus. primò ſi votum emittit, & exprimit: vel firmi-

firmitatem proponit:& poſtea intrat religionem : & habi-
tum recipit nouitiorum,vt hic: niſi cõtrarium proteſtetur.
de regu.c.conſulti.& c.ſtatuimus.ſecundò dicitur præſum-
pta,ſi renunciat proprijs,& pompæ mundi. & facit hoc ad
not.s̃.eod.c.cõſuluit.tertiò ex mora temporis, vt hic ſequi
tur de biennio:ſed & annus ſufficit.de reg.c.ad apoſtolicã.
& c.ſtatuimus.Item cum impubes intrauit, & factus pubes
non contradixit infra tempus,de quo de reg.c.1.li.6. quar
tò ſi recipit habitum profeſſorum:& fecit omnia , vt pro-
feſſus.27.q.1.c.vidua.s̃.de regu.c.vidua. quintò per coniu
gum abſolutionem.de conuer.coniu.c.coniugatus.& c.vxo
ratus.quod dic,vt ibi no.ſextò per ſacri ordinis receptio-
nem.84.diſt.c.cum in præterito. ſeptimò ſecundùm Goff.
cum profeſsionem facit,nulli ſe religioni vouẽdo:quia mo
nachus eſt,licèt nullius monaſterij:& ſubeſt epiſcopo. 10.
q.1.c.regenda.omnibus iſtis modis reſultat præſumptio ,
quæ eſt ſufficiens ad dirimendum matrimonium poſt con
tractum:& impedit,& dirimit, ſicut vera profeſsio , vt hic.
& s̃.c.rurſus.& c.meminimus.& c.conſuluit.& iſta no. hic
Io.And.poſt Hoſti.

ADDITIO.

a ¶ Profeſsio. Profeſsio religionis dicitur ſacramentum
Eccleſiæ,Bal.in c.1.in fi.de eo qui ar.bel.de po.ĩ vſi.feu.
Io.And.in c.fi.de condi.appo.in nouella.

# De eo, qui duxit in matrimonium,quam polluit per adul.

VISO de impedimento voti,& ordinis:vi
dendum eſt de impedimento enormita
tis criminis,quod proſequitur in eo,qui
mortua legitima, cum ſua adultera con
trahit:vel ea , quæ mortuo legitimo vi-
ro, contrahit cum ſuo adultero.habetur
de materia.11.q.1.per totum.

*SVMMAE.*

1 *Matrimonium,quod eſt nullum, ſubmoto impedimento
poteſt conualeſcere, ad inſtantiam illius , qui dolum
non adhibuit.*
2 *Conſtitutio,quæ prohibet matrimonium, propter crimẽ
non ligat probabiliter ignorantem.*
3 *Doloſus non poteſt dicere contractum nullum , ratione
doli ab eo commiſsi.*
4 *Matrimonium an erit ſtatim cum ſecunda,mortua pri-
ma vxore legitima.*
5 *Mulier ſecunda nondum certiorata de morte primæ re-
ceſsit à viro cum iurgio, credens tamen eum virum
ſuum eſſe : tandem patefacto ſibi , quòd iſte habebat
aliam,quæ deceſsit,ſic ſeparata permanſit:nec aliter
contradixit,quid iuris.*

PRopoſitum eſt. Si quis viuente vxore, contra-
hit cum ſecunda hoc ignorante:prima mortua , ad
ſui petitionem non ſeparabitur à ſecunda.communis diui-
ſio.ſecunda ibi [ licèt autem.] ¶Not.primò,quòd iſte vir,
viuente prima,duxit aliã:& ex hoc de iure debet pati pœ-
nam,de qua in l.eum qui duas.C.de adult. ¶Secundò not.
1 † quòd matrimonium,quod eſt nullum,ſubmoto impedi-
mento,poteſt conualeſcere ad inſtantiam illius,qui dolum
non adhibuit : non illius, qui commiſit dolum. & multo-
ties hoc contingit,quòd amoto obſtaculo,actus inualidus
reconualeſcit,arg.l.qui ſoluendo non erat.ff.de hæred. in-
ſti.facit l.cum alienam.de ac.emp.& l.cum vir prædium.de
2 vſuca.¶Tertiò no.† quòd conſtitutio,quæ prohibet matri
monium propter crimen , non ligat probabiliter ignoran-
tem:nam adulterium exigit dolum:ſicut furtum, & alia de
licta.ſed ignorans non deliquit.ad hoc l.pe.ff.de adult.con
ſtitutio ergo prohibens matrimonium in odium adulteri ,
& machinantis mortẽ , non ligat illam, quæ bona fide con
3 traxit.& ita intelligit hunc tex.¶Quartò no.† quòd dolo-
ſus non poteſt dicere contractum nullum , ratione doli ab
eo commiſsi:quia ſic allegaret ſuam turpitudinẽ: quod nõ
poteſt,vt l.tranſactione.C. de tranſac. facit quod not. in l.
eleganter.in prin.ff.de dolo.& c.1.j̃.de reſcrip.lib.6. & ex
hoc etiam collige,quòd contractus claudicat.ſi.ſunt in gl.
¶Quintò no. in quibus caſibus ſecundum matrimonium
contractum,durante primo,non poteſt conualeſcere.quan
do ſcilicet machinata eſt in mortẽ primę:vel ſibi fidem de-
4 dit.de quo dic,vt j̃.e.c.fi.¶Quærit gl. † vtrùm ſtatim mor
tua vxore legitima , erit matrimonium cum iſta ſecunda.
tenet, quòd non ; nam quia mulier iſta credidit ſemper eũ
eſſe virum ſuum:ex veteri conſenſu,qui nullus eſt,intelligi-
tur ſibi cõmiſceri, ſiue coniungi. ponit exemplum in illo ,
qui credens contrahere cum libera , contraxit cum ſerua :
licèt enim efficiatur liber: non ideò conualeſcit matrimo-
nium,vt c.fi.j̃.de coniug.ſer.& vide quod ibi not. in glo.ad
hoc l. Proculus. ff. de iure do. vbi ſi ancilla dedit in dotem
pecuniam,illius pecuniæ cauſa non mutatur:licèt fiat libe-
ra: & incipiat tenere matrimonium.& iſtam opin.gloſſ. te-
nent Ala.La.Tan.Vin.Gui.Phi. & moderni. & Innoc. licèt
contra iſtam opin.arguat:tamẽ in ea reſidet.Et ex iſta opi.
ſcilicet quòd ſola mors primæ non confirmet matrimo-
nium cum ſecunda : ſequitur , quòd ſi iſte vir, ante-
quam cogatur ad petitionem ſecundæ cum ipſa matrimo-
nium conſummare,aliam duxerit : tenet matrimonium cũ
iſta, quam ducet:viro tamen de contemptu pœnitentia im
ponetur.s̃.de ſpon.c.cum apoſtolica.& hoc tenet Io. And.
qui ſubdit,& quærit. dicitur in text. [ quòd ad petitionem
huius mulieris ſecundæ cogetur vir matrimonium cum ip
ſa perficere.] Sed pone,quòd hoc ipſa non petit:ſed notifi
cata ſibi morte vxoris , cum ipſo habitat:an ex hoc videa-
tur matrimonium approbare?dicit Inno. quòd nouus con
ſenſus poteſt interuenire verbo,vel facto.verbo, vt ſi dicat
verba conſueta.de ſpon.c.pen.facto,ſi vtroque certificato,
ſubſequitur copula.j̃.eo.c.veniens.de coniug.ſer.c.fin. nec
mirum.quia & de expreſſo diſſenſu, & coacto conſenſu re
ſultat matrimonium quandoque,iuxta not.in c.is qui fidẽ.
de ſpon.& eo.tit.c.tua.In caſu enim huius c.poſt notitiam
mortis primæ etiam ex ſola habitatione ſine copula con-
firmatur matrimonium cum ſecunda contractum:quia ha
bebat effigiem matrimonij.C.de nup.ince.l.& ſi contra.&
5 ff.eo.l.nuptiæ.¶†Quid ergo ſi mulier iſta ſecunda nondũ
certiorata de morte primæ receſsit à viro cum iurgio:cre
dens tamen eum virum ſuum eſſe : tandem patefacto ſibi,
quòd iſte habebat aliam,quæ deceſsit,ſic ſeparata permã
ſit:nec aliter contraxit. dicit Inno.quòd etiam hoc caſu nõ
firmabitur illud matrimonium:nam non ex primo conſen
ſu,qui eſt nullus : non ex vltimo , cum tunc temporis non
moretur cum viro:ſed extra.non eſt ergo reperire conſen-
ſum tacitum,vel expreſſum matrimonialem. ¶ Ex prædi-
ctis infertur verum eſſe,quod no.hic Io.And. videlicet ſi vi
uente vxore legitima,vir eius contrahit ſucceſsiuè cum 10.
vel pluribus:mortua vxore legitima,non confirmabitur ſta
tim matrimonium cum ſequenti poſt ipſam legitimam :
ſed cum illa,ad cuius notitiam mors vxoris deuenit : & cũ
ipſo



ipſo poſtea moram traxit,vel ſe cognoſci paſſa fuit. ¶Sed
contra dicta ſuperius poſſes obijcere. videtur enim , quòd
matrimonium,viuente vxore legitima, cum alia contractũ
non poſsit tractu temporis confirmari,vt in reg.non firma
tur.de reg.iur.lib.6.ſol. dicit Innocen. in matrimonio ſpe-
ciale,quòd illud,quod à principio nullum eſt, poſtea con-
firmetur.s̃.de deſpon.impu.c.duo.c.acceſsit.& c.atteſtatio
nes.vel ſecundùm eum,generale eſt hic, quoties actus pen
det ex alicuius conſenſu,vt valeat actus : ſi eius conſenſus
accedat tacitus,vel expreſſus: dummodo talis ſit , quòd à
iure non improbetur , quod factum. nam quamuis prius
non valeret: incipit valere, vt ex nunc: non vt ex tunc. ar-
gumen. ad hoc de deſpon. impu.c. vno.libro. 6.facit l.ob-
ſeruare.de offic.procõſul.& leg.& credo hoc verum, vt ſit
generale , quòd amoto obſtaculo , quod reddebat actum
nullum:& confirmetur actus ex conſenſu tacito, vel expreſ
ſo.quod intellige,vt ex nunc,non vt ex tunc:vt dixi.ex quo
dicto ſequitur,quòd filij nati ex iſta,cum qua matrimoniũ
confirmatur:viuente vxore legitima,nõ erunt legitimi,per
illud ſequens matrimonium:licèt ſecus ſit in natis ex legiti
ma cõcubina,vt j̃.qui filij ſint leg.c.1.Item ſequitur, quòd
ſi viuente vxore legitima,iſta alia dedit dotem in bonis vi-
ri:non ſit contracta hypotheca à tempore datæ dotis : ſed
à tempore , quo cum ea eſt matrimonium confirmatum :
nam ſi iſtud matrimonium non trahitur retro ad tempus
contractus:multò minus dos,& legitimatio filiorum acceſ
ſoria matrimonio poſſunt præcedere ſuum principale.

*SVMMAE.*

1 *Sponſalia non per metum, vel vim contracta dirimunt
matrimonium , per virum cum alia poſt contra-
ctum.*
*Adulterium dicitur committere , qui poſt ſponſalia de
præſenti alteram cognoſcit.*
2 *Negatiua,quòd ſit probabilis.*
3 *Sponſalia,quæ non tenent propter iuſtum metum , non
impediunt matrimonium cum ſecunda.*
4 *Verba ſimpliciter prolata non debent referri ad factum:
ſed ad ius.*

SIgnificauit. Si viuente prima legitima
vxore,quis cõtrahat cum
ſecunda ſciente:& eam cognoſcit:etiam mortua pri
ma,ſecundam habere non poterit.ſecus ſi prima non erat
vxor legitima.hoc dicit. in prima ponitur deciſa conſulta-
1 tio.in ſecunda deciſio ibi [ mandamus.] ¶. No.primò,†ꝙ
ſponſalia non per metum,vel vim contracta dirimunt ma-
trimonium per virum cum alia poſt contractum.adulteriũ
enim dicitur committere, qui poſt ſponſalia de præſenti al
teram cognoſcit,vt ff.de adul.l.ſi vxor.§.diuus Seuerus.
¶ Secundò not. quòd ex qualitate metus præſumitur quis
2 non conſentire actui.† & ſic iſta negatiua,ſcilicet [ non cõ
ſenſi.] licèt conſiſtat in animo:tamẽ eſt probabilis.de quo
s̃.de renun.c.ſuper hoc.¶Tertiò no.quòd pendente quæ-
ſtione cum prima, iudex interdixit huic vſum carnalis co-
pulæ cum ſecunda , quam inſuper induxit. ratio colligitur
ex rubro,& nigro.s̃.vt li.pen.pertinet enim ad iudicis offi
cium reuocare attentata,lite pendente,vt not. s̃. vt li. pen.
3 c.1.¶Quartò no.† quòd ſponſalia, quæ non tenent , pro-
pter iuſtum metum, non impediunt matrimonium cum ſe
cunda.quod ergo dicitur ( quòd viuente vxore, ſi quis co-
gnoſcit adulteram , non poteſt cũ ex contrahere ) intelligi
debet,cum eſt vxor legitima : vxor autem minus legitima
4 non impedit contrahi cum ſecunda.† verba enim ſimplici-
ter prolata non debent referri ad factum , ſed ad ius: licèt
quandoque ſufficiat de facto fieri.quod dic,vt no.Doct. in
l.ea quidem.C.ſi man.ita fu.alie.& quod no. Bar.in l. 1. de
verb.ob.& l.1.quod quiſque iuris.

*SVMMAE.*

1 *Machinatio adulteræ contra vxorem , vel fidei datio
de ducendo ipſam , impedit matrimonium cum ea-
dem contrahi.*
2 *Datio fidei,quam maritus facit alicui mulieri de ducen
do ipſam,ſi vxor deceſſerit, eſt reprobata.*

SVper hoc. Non poteſt quis cũ illa con
trahere,quam,vxore viuen-
te , cognouit : ſi machinata fuit in mortem vxoris.
præmit:it quæſtionem,cui reſpondet ibi [ taliter.] ¶ Not.
1 primò,† quòd machinatio adulteræ contra vxorem:vel fi-
dei datio de ducendo ipſam , impedit matrimonium cum
eadem contrahi.& eſt iſtud impedimentum iure canonico
introductum,ſicut illud publicæ honeſtatis:& quædã alia,
2 vt in tertio,& quarto gradu.¶Secundò no.† quòd non va
let datio fidei,quam maritus facit alicui mulieri de ducen-
do ipſam,ſi vxor deceſſerit : & licèt effectus conferatur in
tempus permiſſum.tamen ab initio eſt reproba: quia indu
cit votum captandæ mortis proximi contra. c. ne captan-
dæ.de conceſ.præben.lib.6.facit l.ſi minor.ff.de ſeruis ex-
por.& vide quod no.s̃.de ferijs.§.fin.per Inno.Tangit Ioã.
And.poſt Inno.vtrùm ſola machinatio ſine copula,& fidei
datione,ſequuto homicidio, ſufficiat ad impediendum ma
trimonium inter vxorem occiſi,& occiſorem contractum.
Inno.tenet,quòd ſufficit intentio,ſequuto homicidio , ſine
fidei datione,vel copula. Idem Hoſti. qui remittit ad ſum-
mam.eod.tit.ver.item etiam.Ioan.And.remittit ad no.per
eum.ſupra de conuer.in fide.c.primo,¶Vltimò not. quòd
3 dicit tex.[ quòd hæc prohibitio. ] &c. † quòd prohibitio
conſtitutionis quandoque eſt perpetua: quãdoque tempo
ralis . quod dic,vt s̃.de conſti.c.ex literis. & l. ſi quis cum
aliter.de ver.oblig.

*SVMMAE.*

1 *Maritus debet à ſe abijcere vxorem adulteram de man
dato Eccleſiæ.*
2 *Vxor adultera ſeparata à viro,an poſsit induere habi-
tum monachalem,inuito marito.*
3 *Separatio vxoris à viro vt fiat , an ſufficiat deprehen-
ſio.*

EX literarum. Qui viuente prima,
etiam ſeparata ab
eo, quò ad thorũ,ſecundùm conſcientiam, duxit
vxorẽ:ſeparabitur tñ à ſecunda.primò ponitur cõſultatio.
1 ſecundò reſponſio.¶No.primò, † quòd vxorem adulterã
debet maritus à ſe abijcere de mandato Eccleſiæ: propria
verò auctoritate non poſſet : niſi quò ad carnis copulam ,
quam poſſet ſine iudicio Eccleſiæ denegare. j̃. de adult. c.
intelleximus.& per Hoſti.in ſumma de adult.§.quæ pœna.
2 verſi.ſed nunquid.¶Secundò not. † quòd iſta vxor adulte
ra ſeparata à viro induit habitum monachalem. de hoc ta
men eſt dubium,an poſsit inuito marito. de quo. j̃. de di-
uor.c.ex literis.in glo.¶Tertiò not. ꝙ viuente vxore adul-
tera , & poſt ſeparationem ab ea ille aliam ſuperinduxit ,
cum qua poſtea prohibetur contrahere. quod intellige , ſi
ſciebat virum aliam habere etiã ſeparatam propter adul-
terium:licèt enim fiat ſeparatio quò ad thorum: tamẽ vin-
culum

culum matrimoniale non ſoluitur propter ſeparatiouem:
ſed per mortem tantùm, vt in Authen.de nup.§.quia verò.
colla.4.ſimiliter nec per ingreſſum adulteræ ſeparatũ fuit
illud vinculum: quia non potuit ſic ingredi.de quo dic, vt
ĵ.de diuor.c.gaudemus.& ex hoc infertur, quòd cum iſta
ſuperinducta adulterium dici debet: ideò mortua prima,
cum adultero remanere non debet:quia viuente vxore, cũ
eius marito contraxit.Sed dices videtur excuſati:quia lici-
tum eſt mulieribus ignorare iura, vt l.regula.de iur. & fac.
igno.vnde, quia vidit vxorem à viro ſeparatam iudicio Ec
cleſiæ:& inſuper vxorem ſumpſiſſe habitum monachalem,
iuſtè potuit per iſta credere matrimonium diſſolutum: li-
cèt ſuper iuſta cauſa fundetur illa credulitas: tamẽ videtur
ab adulterio excuſare, vt l.pen.ff.de adul.& l.1.in fin. de bi
ga.& verè iſta iura multum faciunt, quòd illa ſuperinducta
non ſit cenſenda adultera.dicit tamen Ioan.And.quòd iſte
eſt error in iure diuino, & ſic naturali.1.diſt.c.1.In eo em̃
dicitur [ quos Deus coniunxit.] &c.non ergo iuſtè crede
re debuit poſſe per hominem ſeparari.facit l.2.C.de in ius
3 voc.¶† Quærit gl.vtrùm ſufficiat deprehenſio ad ſeparatio
nem faciendam.ſentit, quòd non: dum exponit deprehen-
ſum, id eſt cõuictam.Goff.dicit hoc verum, niſi per depre-
henſionem res efficeretur notoria:& ſic intelligitur.71.di.
c.presbyter.Idem Phi.hoc nõ placet Hoſtien.ſimiliter hoc
neget:quia iudici facienda eſt fides:& quia notorium infra
octo dies probari debet.patet de excep.c.pia. & hoc tenet
Io.And.niſi publicè adhæreret mechus mechæ.ĵ.c. proxi.
& qui fil.ſint leg.c.cauſam, quæ.

*S V M M AE.*

1 *Mulier, quæ ſciebat virum, cum quo contraxit, habere vxorem legitimam, poteſt dici adultera.*
2 *Conſtitutio, quæ loquitur de certo caſu, habet locum in alio caſu, vbi eſt maior ratio diſponendi.*
3 *Filij ſpurij debent præſtare alimenta patri, & matri.*
4 *Alimenta debent præſtari iuxta numerum facultatum.*
5 *Fidem dare quandoque plus eſt, quàm de facto ducere.*
6 *Pater poteſt de bonis ſuis dare dotem filiæ ſuæ ſpuriæ:*
7 *Pater in omnibus caſibus, in quibus poteſt filios exhæredare, poterit eis alimenta denegare.*
8 *Pœna quò ad temporalem, cui maior imponatur, an illi, qui diu eſt, quòd deliquit: vel illi, qui nouiter, & recenter.*
9 *Educatio parentum an ſit de iure naturali.*
10 *Quædam habens filium, & filiam impuberes: filium hæredem vniuerſalem inſtituit: filiæ iure inſtitutionis. cc. reliquit, quando nupſerit: mater, mortuo marito, dictæ filiæ impuberi alimenta præſtitit, quæ vult poſtea repetere à filio, an poſſit.*
11 *Filiusfa.in caſtrenſibus, vel quaſi extraneum inſtituit: vel filius emancipatus erat: pater eius habebat etiam patrem, vel fratres, qui fratrem alere tenebantur: an hæres extraneus: an pater, vel frater iſtius, qui extraneo inſtituto, deceſſit, debeat eum inopem alere.*
12 *Habens patrem, & filium, & vtrumque egentem ( ſed non eſt ſufficiens vtrique: ſed vni tantùm ) cui potius teneatur præſtare.*
13 *Filium emancipatum aliquis habet, & ex eo nepotem in poteſtate retentum: quis iſtorum nepotem alere debeat: cum vterque ſit ſufficiens.*
14 *Alimenta debentes præſtare, an præſtabunt ea de anno in annum: an de menſe in menſem: vel de die in diem.*
15 *Frater an teneatur præſtare alimenta fratri egenti.*

CVm haberet. Qui viuẽte vxore le
gitima, cum ſua cõ
traxerit adultera:etiam prima mortua, ſepara-
bitur à ſecunda.primò ponitur conſultatio. ſecundò reſpõ
ſio ibi [ tale igitur. ] ¶Not.primò, quòd vxor hic conque
a ſta fuit de adulterio mariti:a quo caſu quomodo debeat li
bellus concipi.dic, vt ſ.vt lit.non conteſt.c.1.hic tamen nõ
dicitur, quòd vxor cõqueſta fuerit:ſed tantummodo quòd
in ius vocatus fuit: quod poteſt intelligi, vel à tertio, qui
proceſſit ſecundùm regulam Euangelicam.de qua per In-
noc.ſ.de iudi.c.nouit.vel à iudice ex officio inquirente, ad
cuius pertinet officium talem prohibere.ſ.de offic.ord.c.
ſignificauit.& ĵ.de adul.c.intelleximus.¶Secũdò no.quòd
iſte abiurauit adulteram.concor.ſ.qui cle.vel vo.c.1.ſimili
ter adultera abiurauit eum: vt patet ibi [ in adulterio, &
periurio perdurantes.] &c.& ſic loquitur de ambobus. ex
1 quo etiam collige, † quòd illa ſciebat hunc virum, cum quo præ
ſumpſit contrahere, habere vxorem legitimam. aliàs non
poſſit dici adultera:& teneret matrimonium cum ea con-
tractum poſt mortem vxoris legitimæ.ĵ.eod.c. veniens. &
c.fi.ff.de adul.¶Tertiò no.dum dicit. [ ſeparentur omni-
no.] quod expone nedum quò ad torum:ſed etiam quò ad
vinculum matrimonij:eſt enim illud impedimentum cano
nicum, & perpetuum, vt patet.ſ.eo.c.ſuper hoc. ¶Quartò
2 no.in ver.& quòd hoc.† quòd cõſtitutio, quæ loquitur cer
to caſu, habet locum in alio caſu, vbi eſt maior ratio diſpo
nendi illud idem.prouiſum enim erat de illa, quæ tantùm
fidem dederat, viuente vxore, adulteræ ſuæ de ducendo eã
in vxorem:hic verò plus delinquit, vt dicam.ĵ. ideò conſti
tutio locum habet propter maioritatem rationis.ad hoc ta
men vide, quod no.in l.1.C.quæ ſit lon.conſue.per Cyn. &
in Auth.quas actiones.C.de ſac.ſan.ecc.& ĵ. de tempo. or.
per glo.ordi.¶Quintò no.quòd prolis prolixitas, & anno
rum diuturnitas non excuſant minus legitimè copulatos:
nec pœñ minuunt:ſed exaggerãt.dicã.ĵ. ¶Sextò no. ĩ ver.
3 [ ſolicitudinis. ] &c. † quòd ſpectat ad officium eccleſia-
ſtici prouidere, vt matri, & patri exhibeant filij ſpurij ali
menta.concor.l.ſi quis à liberis.ff.de li.agno.per totam.l.
4 ¶Septimò no.† quòd iuxta numerum facultatum debent
miniſtrari alimenta.concor.ff.vbi pup.edu. de.l.ius alimen
torum. ¶Venio ad glo. & primò oppo. dicitur hic, quòd
iſtis debet iniungi perpetua continentia: & manere de-
bent ſine ſpe coniugij. ¶ Sed contra. ſ.c. proxi. vbi poſt
ſeparationem ab adultera, quam viuẽte vxore duxerat, da
tur viro licentia cum alia contrahẽdi:hic autem prohibet:
ergo malè.ſol.dicit gl.hic plus deliquit:& quia ambo pro-
ceſſerant in dies ſuos.ſed huic ſolutioni obſtat dictio, præ-
ſertim:quæ innuit idem eſſe etiam ſine iſtis, videlicet periu
rio: ſcandalo:ſenectute:& Eccleſiæ contemptu.¶Secundò
opp.dicitur hic, quòd plus deliquit, quàm ſi fides dumta-
xat præſtita fuiſſet adulteræ.¶Sed contra hoc opp. & vide
tur, quòd non plus:ſed tantùm dici debeat deliquiſſe, vt in
5 glo.ſic.ĵ. eod.c.ſuper qua dicit Ioan.And.† ꝙ quandoque
plus eſt fidem dare, quàm de facto ducere: quia in primo
caſu non poteſt prætendi ignorantia.in ſecundo ſic.ĵ.eod.
c.veniens.vel plus eſt hic proceſſum:quia plus eſt, id eſt ma
ius impedimentum eſt contrahere, & cognoſcere:quàm ſo
lam fidem dare:quia in caſu etiam hic poſſet ignorantia al
legari:& teneret matrimonium, ſi aliud non interueniſſet:
puta

R.ii.



puta quia non facta mentione, quòd vxorem habeat, fidẽ
ſimpliciter dat.aliud eſt ergo dare fidem, quòd poſt mor-
tem primæ duceret in vxorem. & hic non poteſt ignoran-
tia allegari.aliud, vbi poteſt habere bonam fidem, puta fi-
de data ſimpliciter.& ideò dicit [ ꝙ ſi fides dumtaxat.] &c.
quaſi dicat ſola, non expreſſo, quòd aliam vxorem habeat:
ſed ſimpliciter.ſ.de ſpon.c.2.nec interueniente carnis co-
pula:quia tunc non dirimitur matrimonium.ĵ.eod.c. fin.
¶Tertiò opp.dicitur in fin.ꝙ pater, & mater debent com
pelli ad alendum iſtos filios. Sed contra de Auth. ex com-
plexu.C.de ince.nupt.& in Auth.qui.mo.na.effi.ſui.§.fi.vbi
dicitur, quòd iſti ſpurij non ſunt alendi à parentibus. ſolu.
dicit glo.aliud de rigore iuris ciuilis. aliud de æquitate ca-
nonica:& reddit glo.magna circa fi.bonam rationem:quia
ius alendi filios à parentibus procedit de iure naturali, &
inſtinctu naturæ, vt Inſtitu. de iure na.gen.& ci. in prin. &
50.diſti.c.ius naturale. ergo per conſtitutiones principum
non videtur poſſe tolli; quia eſt immutabile.Inſti.eo.§. ſed
naturalia.& no.Bar.de lib.agno.l.ſi quis à liberis.§.vtrùm
6 autem. † & ex hoc dico, quòd pater poteſt de bonis ſuis
dare dotem filiæ ſuæ ſpuriæ:quia dos ſuccedit loco alimen
torum:vt mulier habeat, vnde ſe alat, vt l.ſi cum dotem.§.ſi
aũt.ff.ſol.mat.& vide qđ no.Bar.in l.vxorẽ.§.pater natura-
lis. ff. ſolu. matri. & iſta prouiſio fuit ſummè neceſſaria:
& vtilis ſpurijs, & natis de damnato coitu: naturalibus au-
tem tantùm erat prouiſum in alimentis per iura Auth. in
Auth.licèt.C.de na.li.de hoc no.Cyn.C.de alen.li.l. ſi com
petenti.vbi de iſtis ſpurijs, & baſtardis alendis. ¶ Quartò
op.dicitur hic, quòd pater, & mater debent iſtis liberis mi
niſtrare alimenta.contra, imò videtur, quòd ſolus pater, &
mater, quæ expenſas filijs miniſtrauit, poſſit ab eo repete-
re, vt l.ſi quis à liberis.§.ſi mater.ff.de lib.agno. ſo.contra-
rium loquitur de filijs legitimis, & naturalibus:quorũ onus
alimentandi principaliter ſpectat ad patrem: ſed in vulgo
quæſitis dicimus ſpectare etiam ad matrem, vt hic, & dicta
l.ſi quis à liberis. §. vtrùm. verſi. [ ergo matrem cogemus
vulgo quæſitos alere.] &c.communiter ergo ad patrem, &
matrem illud onus alendi eorum filios ſpurios pertinet.qđ
eſt verum de iure canonico: ſed iure ciuili pater quos ge-
nuit ex damnato coitu, non cogitur alere, vt dicta Auth.ex
cõplexu.& no.Bart.in d.l.ſi quis à liberis.§.vtrùm.¶Quin
tò contra proximè dicta opp.& videtur, quòd etiam onus
alimentorum circa filios legitimos, & naturales ſpectat ad
matrem, ſicut ad patrem.C. de patria po. l. nec filium. de
conuer.infide.c.vltimo. ſol. dicit glo. ſi filia eſt intra trien-
niũ, debet educari penes matrẽ: ſed poſt trienniũ penes pa
trẽ.Ala.hoc dictũ in matre intelligit verũ: vbi non deceat
matrẽ eũ lactare:puta quia eſt magna principiſſa, vel poſt
diuortium eſt profeſſa.Idẽ Phi.Bar. ẽt hoc limitat, qñ ma-
ter poteſt filium alere: ſecus ſi eſſet ita pauper, quòd non
poſſet eum ſuſtẽtare ſine auxilio:tunc ſpectaret ad virum.
Ita no.in dicta l.ſi quis ali.§.ſi mater.¶Sextò opp.& vide-
tur, ꝙ pater non teneatur filios alere vllo iure, vt dicta l. ſi
quis ali.§.ſi quis ex his.in fin.de libe.agno.ſolu. dicit gloſſ.
quod dicitur in 1.c. & alijs iuribus, quòd pater alere filiũ
teneatur, eſt regulare.fallit, ſi filius accuſauit patrem, vt in
7 contrario.† tu dic, quòd in omnibus caſibus, in quibus po
teſt pater filium exhæredare, poterit ſibi alimenta denega
re:vt colligitur in d.l.ſi quis ali.§.idem iudex. de illis cau-
ſis vide.ſ.de iureiur.c.Quintauallis.colligit Io.And. 6.ca-
ſus, in quibus pater non tenetur alere: quorũ quatuor ſunt
in glo.ſi eſt minor triennio, & mater ſupereſt. ſi inops, &
mater abundat.ſi patrẽ accuſauit.ſi eſt ſpurius.alij duo, cũ
contra patrem ingratitudinis cauſam committit.C. de alẽ.
li.l.ſi patrem.& C.de epiſc.& cleri. Auth. ſi captiui. Item ſi
filius habet artem.Ex prædictis ergo, cum quæritur:an pa-
ter, an mater teneatur alere liberos, diſtingue. aut loqui-
mur de filijs legitimis, & naturalibus:aut de naturalibus tã
tùm.aut de ſpuriis, & aliis illegitimè natis: primo caſu ſi
ſunt minores triennio penes matrem, niſi eam dedeceat:
vel ſi impotens.poſt trienniũ pater tenetur alere:niſi in ca-
ſibus ſex p̄dictis.& hoc ĩtelligo, cũ pr̃ eſt diues, & potẽs ad
alimenta præſtanda:aliàs etiam ad matrem, ſi eſt idonea,
& diues, hoc onus redundat. ſecundo caſu, cum quæritur
de naturalibus tantùm.dic vt Auth.licèt.C.de na.li.In ſpu-
riis dic, vt 1.c.vbi ad vtrumque pertinet pro rata facultatũ.
¶Septimò opp.dicitur hic, quòd diuturnitas temporis ag
grauat delictum.contra imò videtur, ꝙ attenuet, & minuat
vt l.ſi diutino.ff.de pœnis.& ff.de furtis.l.ei qui. vbi contra
ctatione longioris temporis non augmentatur furtum.ſol.
dicit Ioan. And. quãtò maiori tempore quis ſingularis eſt
in peccato:tantò grauius peccat: quia magis anima infici
tur.ſ.de conſue.c.fin.mitigatur tamen ſibi pœna; quia per
diuturnitatem apparet eum in fide debilem:ideò leuius, &
mitius tractandum.de pœni.c.Deus, qui.ſed eius verba ſo
nant quò ad pœnitentiam iniungendam, & pœnam ſpiri-
8 tualem:† ſed quò ad pœnam temporalem, cui maior impo
natur, vel illi, qui diu eſt, quòd deliquit: vel illi, qui noui-
ter, & recenter.diſtingue:quia quædam ſunt delicta momẽ
tanea, quæ iterationem non recipiunt:& tunc ſi quis tale
delictum commiſerit, antiquo tempore, & nunc ideò puni
tur:& debet pœna aliqualiter ſubleuari. & ita loquitur l.ſi
diutino.quod intellige, ſi tempore maleficij commiſſi de
hoc non fuit cognitum:ſecus ſi tempore recenti fuit cogni
tum:ſed propter eius abſentiam, & contumaciam fuit pœ-
na dilata, vt l.2.C.de requi.re.quędam ſunt maleficia, quæ
licèt ſint momentanea:ſunt tamen reiterabilia: vt adulte-
rium.puta quis tenuit mulierem in adulterio longo tempo
re, vt fuit in iſto.c.& tunc debet acrius puniri, vt in l.mari-
ti.§.ſex menſium.& ibi not.de adul.& ita loquitur illud. c.
vbi non de pœna ſpirituali:ſed temporali quæritur:& ſeue
rior imponitur propter diuturnitatem temporis, quo in
adulterio perſeuerauit. ¶ Quædam ſunt delicta, quæ non
ſunt momentanea:ſed habent actum ſucceſſiuum; vt emã-
ſor:tunc debet pœna augeri, vt l.aut facta.§.tempus. ff. de
pœnis.& ita diſtinguit Bar.in d.l.ſi diutino. ¶Venio ad q.
aliquas circa iſtam materiam alimentorum:de quibus ta-
men vide aliquas.q.in Spec.in ti.qui fi.ſint leg.vbi de alimẽ
tis parentum, filiorum, libertorum, tutorum, pupillorum,
coniugum, & plurium talium.dictum eſt. ſ. quòd educatio
filiorum eſt de iure naturali, vt glo. dicit. quid econuerſo:
9 † vtrùm educatio parentum ſimiliter ſit de iure natura-
li:vt filij eos educare dicto iure ſint cogendi? text.in d.l.ſi
quis ali.§. parens. videtur dicere, quòd ſic.In contrarium
facit:quia videmus animalia iſtius iuris peritia non cenſe-
ri.& illud eſt verum.Non ob.ille §.quia non debet intelli-
gi, quòd talis educatio ſit de iure naturali:ſed ex illa æqui-
tate, quę dictat, quòd benefacientibus benefaciamus, vt l.
ſed ſi legis.§.conſuluit.de peti.hære.qđ apparet. quia huic
verbo [ naturali. ] adiungitur ratio in illo.§. quæ non com
petit alijs animalibus: ideò intelligitur de iure naturali, id
eſt de iure gentium. facit de iuſti.& iure. l. omnes populi.
ibi [ naturali ratione.] id eſt de iure gen.dicit glo.¶Secun
dò quæro.dictum eſt.ſ.quòd quandoque ad patrem, non
ad matrem ſpectat onus alendi filios.pone ergo, quòd ma
ter alimenta exhibuit filiis in caſu, quo non tenebatur: nũ-
quid poſſit repetere? videtur, quòd non, ut l. Neſennius.
de neg.geſt.vbi Bar.ſic diſtinguit.quandoque onus alimen
torum ſpectat ad ipſum filium; quia eſt diues:& tunc ma-
ter præbendo ſibi alimenta, videtur donare: niſi fuerit con
trarium proteſtata, ut dicta l. Neſennius. quandoque ſpe-
ctat ad uirum eius, patremque filij: & tuuc uxor poteſt re-
pete-

petere à marito. nec eſt uero ſimile, quòd uelit ſibi donare. vt no. Cy. in l. alimenta. C. de neg. geſt. ubi circa hoc quærit

10 de quæſtione tali. † quædam habebat filium, & filiam impuberes: filium hæredem vniuerſalem inſtituit: filiæ iure inſtitutionis ducenta reliquit, quando nupſerit: mater ipſorum, mortuo marito, patreque pupillorum, dictæ filiæ impuberi alimenta præſtitit: quæ alimenta vult poſteà repetere à maſculo fratre dictæ impuberis: quæritur, vtrùm poſſit: videtur, quòd non: quia licèt frater teneatur alere fratrem, vt infra dicam. tamen in alimentis præſtandis potior videtur cauſa parẽtum, quàm collateralium. ergo videtur, quòd præſtando non poſſit repetere: cum ad hoc principaliter teneretur. In contrarium facit: quia apud filium maſculum ſunt omnia bona patris. & ſic commodum: ergo & ibi debet eſſe incommodum. & quemadmodum pater teneretur, ſi viueret: & ſic frater, qui habet omnia bona eius, vt in regula ſecundùm naturam. transfertur enim onus alimentorum illo caſu in hæredem. vnde mater alimentando, videtur geſsiſſe negotium filij ab ipſo geſtum: & ſic poſſet repetere per actionem negociorum geſtorum: & ita dicit

11 Cyn. de facto conſultus. ¶ † Tertiò ad idem quæro. filiusfam. in caſtrenſibus, vel quaſi extraneum inſtituit: vel filius emancipatus erat pater eius: habebat etiam patrem, vel fratres, qui fratrem alere tenebantur. quæritur, an hæres extraneus: an pater: vel frater iſtius, qui extraneo inſtituto deceſsit, debeat eum inopem alere. Cyn. in d. l. alimenta. ſentit, quòd hæres extraneus. Bart. credit, quòd potius ad patrem, vel ad fratrem, per l. ſi quis ali. §. idem reſcriptum. vbi dicitur [ in ſumma egeſtate. ] &c. quaſi dicat, ſi nullum alium habet, qui eum alere teneatur. Illa enim eſt ſumma, ideſt vltima neceſsitas, vt l. ex duobus. de duo. reis. & l. eũ qui. ad Trebel. pro quo dicto bene facit l. pe. ff. de lib. agno.

12 ¶ † Quartò quæro. aliquis habet patrem, & filiũ: & vtrumque egentem: ſed non eſt ſufficiens vtrique: ſed vni tantùm: cui potius tenetur præſtare? videtur, quòd filio; quia iſte ordo eſt naturæ. pro hoc faciunt omnia iura, quæ de ordine ſpectando loquuntur. c. ſi iuſto. de elect. lib. 6. Item quia magis diligit pater filium, quàm econtra, vt l. iſti quidem. quod metus cauſa. & l. fin. de cura. fu. Item quia bona ſunt magis debita filio, quàm patri, vt l. in ſuis. de lib. & poſt. & præcedit filius eum in ſucceſ. C. de ſuis, & legi. & ita reperi,

13 quòd firmat Vber. de Cremona. ¶ † Quintò quæro. aliquis habet filium emancipatum, & ex eo nepotem in poteſtate retentum: quis iſtorum nepotem alere debeat, cum vterque ſit ſufficiens? & videtur, quòd auus eum alere debeat: quia eſt in eius poteſtate, & ei quærit de aduentitijs vſusfru. vnde cum ab eo commodum habeat: ergo & onus ſuſtinere debet, vt l. ſecundùm naturam. de reg. iur. In exhibitione enim alimentorum patria poteſtas multum conſideratur: in tantum, quòd eo habente in poteſtate idoneo ad præſtandum alimenta, alii non habentes in poteſtate, vt auus maternus, mater, & alij non tenentur, ut l. non quemadmodum. ff. de lib. agno. ad hoc l. dotem. ff. de ca. pe. vbi videtur, quòd auus ſupportet onera nepotis: pro hoc. l. ſi maritus. fa. erciſcun. à contrario ſenſu. nam ſi mortuo auo, filij ſpectant ad onus patris, vt ibi. ergo eo viuo ſpectant ad auum. econtra, quòd pater alere teneatur: non auus; quia ipſe in eius ſucceſ. præfertur auo, vt in Auth. defuncto. C. ad Tertul. ergo ipſe eius curam habere debet, de leg. tu. l. 1. Itẽ onus nepotis ſpectat ad auum propter filium. de colla. bo. l. dotem. ergo cum filius ſufficiat ſibi, non debet auus alere. Item paria ſunt filium effici ſui iuris per emancipationem, vel per mortem. ff. ſol. ma. .ſi ſocer. ſed ſi per mortem aui eſſet ſui iuris: illud onus ſpectaret ad eum, vt d. l. ſi maritus. ff. fam. erciſ. & iſtam partem tenet Iac. de Are. & hoc de nepote, à quo ali debeat, vel à patre, vel ab auo. quid ergo de ipſo filio reſpectu aui. pone habet quis patrem, & filium diuites, ipſe inops eſt: à quo debet prius petere, an à filio, vel à patre? Cyn. in l. 1. C. de alen. li. tenet, quòd ſit electio filij. ſed in lege pen. ff. de alen. li. tenet, quòd prius à patre, quàm à filio. & ibi hoc tenet Barto. nam tex. in l. ſi quis ali. ver. & magis. dicit, quòd hæc res deſcendit ex æquitate, & charitate ſanguinis: ſed quòd pater præſtet alimenta filio, eſt de iure naturali: non autem, quòd filius præſtet patri, vt dixi. s. in 1. q. ergo naturalis æquitas facit, vt prius petantur à patre: quàm à filio. ¶ Sextò quæro † generaliter circa omnes, qui tenentur præſtare alimenta: an præſtabuntur de anno in annum: an de menſe in menſem: vel de die in diem? Bar. in l. fin. de li. agno. dicit. quandoque debentur alimenta in perpetuum, ut pauperibus talis hoſpitalis: tunc debent præſtari pro toto anno, vt l. ſi quis ad declinã dam. de epiſc. & cle. quandoque debentur ad tempus: vt homini, quem certum eſt eſſe moriturum. & tunc debent ſolui menſtrua: de quo per eum plenius in l. pecuniæ ſortem. de ali. & cib. lega. Et prædicta omnia dicta ſint circa alimẽta præſtanda liberis à parentibus, & econtra. ¶ † Vltimò quæro, vtrùm frater teneatur præſtare alimenta fratri egẽti. uidetur, quòd non: quia nulla l. hoc cauetur. ecõtra quod ſic, ut l. tutor ſecundùm dignitatem. ff. de adminiſtratio. tuto. & ubi pu. edu. de l. qui filium. præterea frater tenetur alere fratrem naturalem in Auth. quibus modis natu. effi. ſui. §. diſcretis. & tenet Cyn. in l. 1. C. de alen. li. ubi quærit, an ſit hoc verum in fratre uterino. uidetur, quòd non, per l. cum plures. §. placet. de admi. tut. dic, ut ibi per Cyn.

ADDITIO.

a ¶ De adulterio mariti. Quis grauius peccet uir, uel uxor adulterando. uide Ioan. de Tur. cremata in c. indignetur. 32. q. 7.

*SVMMAE.*

1 *Machinatio adulteræ, vel viri adulteri in mortem ſuæ vxoris, ſufficit ad impediendum cum adultera ſua matrimonium.*

2 *Datio fidei ſola data adulteræ ſufficit ad matrimoniũ impediendum cum ea.*

3 *Excommunicatus poteſt contrahere matrimonium carnale.*

SIgnificaſti. Si quis mortua uxore, contrahat cum ea, quam uiuente uxore ſine fidei datione cognouerat: tenet matrimonium: ſi neuter ipſorum in mortem primæ uxoris defunctæ fuerit machinatus. communis diuiſio. ſecunda ibi

1 [ nos igitur. ] ¶ † Not. primò, quòd ad impediendam cũ adultera ſua matrimonium ſufficit machinatio ipſius adulteræ, uel uiri adulteri in mortem ſuæ uxoris: ita quod alterius machinatio ſufficit ad pronunciandum contra matrimonium poſtea contractum cum adultera, ut hic. & s. eo. c. ſuper hoc. & hoc eſt, quod dicit Innoc. ſcilicet, quòd ſi uir in mortem uxoris ſuæ machinetur: adulteram, quam ducendam machinatus eſt, ducere non poterit. 31. queſt. prima. c. ſi quis. multò magis ſi machinatus eſt in mortem mariti concubinæ: quaſi apertius ibi pateat cauſa machinationis. ſupra eod. c. ſuper hoc. ¶ Secundò not. dum dicit

2 text. [ fidem dederit. ] † quòd ſola datio fidei data adulteræ ſufficit ad matrimonium impediendum cum ea: canon enim iſto caſu non ponderat animum: ſed actum ( puta fidei dationem ) ſupra cap. proxi. & j. c. fin. unde ſi quis dicat ſe non habuiſſe animum ducendi illam, cui fidem dedit poſt adulterium, uel poſt: nihilominus ſeparabitur matrimo-



3 trimonium, ſecundùm Io. de Deo. lib. 4. q. 8. ¶ † Tertiò no. quòd excommunicatus poteſt contrahere matrimonium carnale. ar. contra. 25. diſt. c. illud. vbi de hoc. & in Spec. de ſpon. §. 1. ver. ſed nunquid. ſic etiam tenet ſpirituale, quod contrahit profitendo. de ſen. exc. c. cum illorum. recipit ẽt ordinis characterem, ut ibi. ¶ Quartò no. quòd iuxta formam Eccleſiæ eſt impendenda abſolutio. hæc forma traditur. j. de ſen. excom. c. cum deſideres. hæc autem forma nõ eſt obſeruanda, cum quis eſt excommunicatus iniuſtè, ſecundùm Hoſt. vt eod. titu. c. ſacro. §. penul. ¶ Opp. iſte tex. dicit [ ꝙ abſolui debet, ſi petierit. ] à contrario ergo ſenſu,

a ſi non petierit, debeat, ac poſſit ſic manere. a ſed contra, imò videtur, quòd debeat cogi ad abſolutionem petendã, vt in iuribus allegatis in glo. cui adde, quod circa hoc not. Io. And. j. de ſen. exc. c. 1. lib. 6. in fi. 2. gl.

ADDITIO.

a ¶ Sic manere. Vide Alb. in l. nec emere. C. de iure delib.

*SVMMAE.*

1 *Vxor ſecunda ex diſtantia loci præſumitur ignorare virum habere aliam vxorem.*

2 *Vxor, quæ contrahit, viuente prima, ad hoc vt ſit excuſata, requiritur, vt ſit inſcia.*

3 *Mulier cum Titio forenſi matrimonium bona fide contraxit: ſuperuenit alia, quæ affirmat hunc eſſe virũ ſuum: ſecunda illum defendit: & vir fortè etiam hoc negat: an hac lite pendẽte, poſſit iſta ſecunda exigere debitum: & petere, ꝙ tractetur vt vxor.*

4 *Et an prima vxore mortua, de nouo expediat contrahere cum ſecunda: vel primus conſenſus, licèt à principio nullus, per mortem primæ ſtatim incipiat vires aſſumere.*

VEniens. Si quis viuẽte vxore prima, contrahit cum ſecunda huius rei inſcia: mortua prima, remanebit cum ſecunda. hoc dicit. ponit caſum, quem ſecundò decidendũ committit ibi [ licet autem. ] ¶ No. primò, ꝙ hoc eſt verũ, ſi iſte vir in alia ciuitate acceperit vxorem ſecundam, pri-

1 ma viuente. † ex diſtantia ergo loci pſumitur ſecunda ignorare hunc virum habere aliam vxorem, vt c. quanto. & ca. quoſdam. de præſum. facit l. Titius. de lib. & poſth. & c. cum in tua. qui ma. accu. poſ. dicit tamen circa hoc Io. And. ꝙ forenſis in aliena ciuitate non deberet cõtrahere ſine literis, vt no. ipſe. s. de ſpõ. du. c. 2. & vt dicit ipſe. vtinam Papa ſtatueret, ꝙ contracta aliter matrimonia non tenerent: ſed qm̃ contrarium ſeruatur: non põt cõtra legitima matrimonia ſententiam dare: ſed qui ſcientiam allegat, ipſam pro-

2 bet. ff. de prob. l. verius. ¶ † Secũdò no. ꝙ ad hoc, vt illa, quæ contrahit, viuente prima, ſit excuſata, requiritur, quòd ſit inſcia: ſecus ſi aliquo modo ſciret ipſum habere aliam vxorem, puta per famam: vel per vnum teſtem: vel ſi hoc audiuiſſet, ſecundùm Io. And. quod ſi verum eſt: cuilibet eſſet facile impedire forenſem, ne vxorem accipiat in aliena ciuitate: puta aſſerendo, quòd ille talis volens contrahere, habet aliam vxorem. tal. s enim denunciatio videtur contrahentem cum tali conſtituere in mala fide. quod poſſet tolerari in matrimonijs, in quibus leuis præſumptio impedit matrimonium contrahendum, vt in c. ad diſſoluendum. de deſpõ. impu. ſecus tamen eſt in alijs diſpoſitionibus, in quibus denunciatio, vel proteſtatio non iuſtificata per cauſam nihil operatur, vt l. tutor. ff. de mino. & l. ſi fundum. C. de rei vend. & hoc habet locum, quando à principio vult quis mulierem, vel virum contrahentem conſtituere in mala fide. ſi autem poſt matrimonium bona fide contractum denunciatur alteri coniugatorum impedimentum alterius, qui dicatur ligatus: an debeat credere, cui ſit denũciatio, & abſtinere à toro: vel potius petere debitum, & exigere: proſe-

3 quitur Io. And. iſtum paſſum per aliquas quæſtiones. † Prima. quædam mulier cum Titio forenſi matrimonium bona fide contraxit: ſuperuenit alia, quæ affirmat hunc eſſe virum ſuum. ſecunda illum defendit: & vir fortè etiam hoc negat: an hac lite pendente, poſſit iſta ſecunda exigere debitum: & petere, quòd tractetur vt vxor? dicit Io. ſic: donec ſuper hoc ſententia lata fuerit: vel aliter plenè certificata, vel per literas ordinarij: vel per approbationem plenè factam. ad hoc. s. de reſcrip. c. cum contingat. & facit s. vt lite pendente. c. laudabilem. caueat tamen, ne poſtquam altero ex prædictis modis: vel aliter fuerit de veritate certificata, patiatur ſe cognoſci: aliàs incurreret pœnam: quia non poſſet eſſe perpetuò vxor illius: vt ſic tantum operetur certitudo ex poſtfacto: quantum vera ſcientia à principio. ad hoc l. & qui contra. C. de inceſt. nup. arg. cõtra id, quod no. j. de conſang. & affi. c. 1. in clem. & idem dicit Ioan. And. ſi vir huic ſecundæ vxori affirmat ſe cũ alia cõtraxiſſe prius: & quod plus eſt: etiam ſi in foro conſcientiæ facit hoc ſibi dici à ſacerdote, & perſuadere: vt ab eius cohabitatione diſcedat: poſt enim iſta mulier viro poteſt dicere [ non credo tibi: nec per aſſertionem tuam tantùm debet illud matrimonium ſeparari. ] ad hoc dictum. c. laudabilem. licèt enim litis motio, & huiuſmodi aſſertio poſſit reddere iſtam dubiam, & ancipitem: tamen iſta dubietas æquiparatur potius ignorantiæ, quàm ſcientiæ, vt l. fin. de condi. ind. & l. manifeſtiſsimi. §. ſi autem dubius. C. de fur. Maritus autem, qui de ſeipſo quid egerit, veritatem nouit, debet potius excommunicationem pati: quàm ſecundæ adhærere. de ſenten. excommu. c. inquiſitioni. Et prædicta, quæ dicta ſunt in vxore ſecundò ducta, dicit Io. And. habent locum, quando matrimonium fuit contractum in facie Eccleſiæ: quo caſu ( cum ſibi ſit ius quæſitum. ) requiritur, vt certificetur, antequam à viro recedat. j. de ſecũ. nup. c. Dominus. ſi autem clandeſtinè contraxit: nec eſt matrimonium ab Eccleſia poſtea approbatũ: quàm citò audit inde aliquid, debet à carnalibus complexibus abſtinere, argu. infra qui fil. ſint leg. c. perlectum. & de clan. deſpon. c. cum inhibitio. §. ſi qui no. de hoc etiam no. ſupra in d. c. laudabilem. Item etiam prædicta vera in foro contentioſo: ſed in foro conſcientiæ conſuluit Io. And. ꝙ ſemper abſtineat; ex quo inde aliquid probabiliter audit: quia quod tutius, & certius eſt, reſpectu aïæ ſemper ſeruandũ eſt. de ſpon. c. iuuenis. de homici. c. ad audientiam. ¶ Sed hic quæritur de ratione differentię in prædictis: quare vnius denunciatio, vel aſſertio ſuper aliquo impedimento cõſtituit poſtea contrahentem in mala fide: & non ita, poſtq̃ matrimonium eſt contractũ. poteſt aſsignari illa generalis, ꝙ multa impediunt, quæ nõ dirimunt, vt patet ex c. ſuper eo. s. de teſti. bonam etiam rationem collige ex not. in l. ait prætor. §. ſi quis particeps. ff. de his, quæ in frau. cred. de iſta aũt certitudine: vel ſcientia præſumenda in alia diſpoſitione vide in l. cum quidam. §.

4 quod dicitur. de acquiren. hæred. ¶ † Vltimò quæro. vtrùm prima vxore mortua, de nouo expediat contrahe-

a re cum ſecunda: vel primus conſenſus, a licèt à principio nullus, per mortem primæ ſtatim incipiat vires aſſumere. dicit Hoſtien. quòd non ſtatim: ſed cum ſecunda vxor de hoc fuerit certificata: quæ videtur perſiſtere in veteri conſenſu, qui tunc nullus fuit: vnde ſi in eadẽ copula pmãſerit ſcienter: vr̃ habere ratum, quod geſsit. ſi autem diſceſſerit, & abſtinuit à carnali copula: videtur diſſentire: quod etiam

etiam facere poteſt,vt ſ.c.1.non eſt ergo neceſſe,quòd iterum deſponſetur:ſed vetus conſenſus ſufficit, vt prædictũ eſt.& ad hanc partem,ꝙ exigatur nouus conſenſus, facit l. tribunus.de teſtamento mili.facit quod no.in cle.1.de conſang.& affini.vide ad hoc reg.non firmatur.cũ iuribus pro & cõtra.& quod no.in ſ.in l.cum vir prædiũ.ff.de acq.poſ. & l.1.ff.de pig.& vide quod no.ver.1.tit.2.c.ſi.

ADDITIO.

a ¶ Conſenſus.Conſenſus tacitus an ſuppleat pro decreto.Vide Bald.in l.fin.C.ſi maior factus. vbi ꝙ ſic in l. ſi ſine.in 2.q.C.ad Vell.eſt ſibijpſi contrarius.

*SVMMAE.*

1 *Fides ſola accommodata ſecundæ, viuente prima vxore legitima, non inducit perpetuum impedimentum.*
2 *Vxor an poterit eſſe illa, cui viuente ſponſa (quæ poſtea moritur, vel religionem ingreditur) data eſt fides, & cognita.*
3 *Copula, vtrum præceſſerit fidei dationem: vel datio fidei præceſſerit copulam, non refert.*
4 *Conatus in cognoſcendo aliquam, licet non impleuerit, an impediat, ac ſi eſſet copula conſummatus.*
5 *Viuente vxore, quidam tantùm fidem dedit alteri: vel cognouit ſimpliciter ſine fide: mortua vxore legitima ſuperſtitibus ex ea liberis, duxit vxorem: tandem poſtea de plano fatentur, viuente vxore legitima, inter eos interueniſſe copulam, ac fidem: an ſit eis credendum: ita quòd ad eorum aſſertionem matrimonium dirimatur.*
6 *Pater in foro conſcientiæ, an debeat abſtinere, ne relinquat filio ſpurio.*
7 *Machinatio ſola ſine copula, an inducat impedimentum.*

SI quis. Se ſummat,& quaſi totum titulum,& ſunt duæ partes. ſecunda ibi [ cæterum.] ſummam potes colligere ex principio gl.quæ
1 incipit.ſic patet.¶†No.primò, quòd ſola fides accommodata ſecundæ,viuente prima vxore legitima, non inducit perpetuum impedimentum,& eſt contra opin. Hugonis, qui dixit ſolam fidei dationē ſine adulterio impedire matrimonium ad ſimilitudinem beneficij non vacantis: cuius promiſsio non firmatur: nec habilis redditur ille, cui promiſsio facta eſt: licèt ille deceſſerit,qui canonicè tenet, vt ſ.de conceſ.præb. c.1.& 2. & idem dicebat de contractu,& machinatione: ſed malè, vt hic patet in fidei datione, & contractu de facto: duo ergo requiruntur per iſtum tex.ſcilicet fidei datio, & copula. ſola ergo fidei datio licèt reprobata:tamen non impedit,mortua legitima, cum illa contrahere,cui fidem tantùm dedit: vel ſolùm cum qua de facto contraxit ſine copula, vt hic. Idem in carnali copula tantùm:vt non impediat,vt ſ.c. ſignificaſti. cum ergo duo requirantur,quorum alterum per ſe non ſufficit: non eſt ſatis,alterum adimpleri,vt ſ.de reſcrip.c.inter cæteras. & c.2.eo.tit.¶Secundò no. quòd iſta fides accommodata
2 cum copula tunc impedit,cum eſt data,vxore viuente.†qd ergo ſi viuente ſponſa,quæ poſtea moritur: vel religionem ingreditur:vtrùm illa,cui data eſt fides, & cognita viuente ſponſa,quæ mortua eſt,vel profeſſa,poterit eſſe vxor? videtur,quod ſic:ſicut enim ad efficaciam huius impedimēti requiritur fides:vel matrimonium, cum copula.ſic videt exigi, ꝙ copula interuenerit cũ prima.ad hoc.ſ.de biga.c. debitum.34.diſt.c.Valentini.no.Inn.contra,& bene,vt hic. & ſ.eo.c.ſignificaſti.Idem Spec.eod.tit.in fin.& eſt caſus ſe
3 cundùm Io.And.ſ.eo.c.2.¶†Tertiò no.ꝙ non refert,vtrũ copula præceſſerit fidei dationem:vel datio fidei præceſſerit copulã,vt patet in tex.dum dicit[ ſi nec ante:nec poſt.] & in ſ.c.ibi [ ſi prius,vel poſtea.]&c.exponi enim debent, ſecundùm Ioan.And.ante, ſcilicet fidem datam, vel matrimonium de facto contractum : ſiue poſt illa. quid ergo dices,ſi quis dedit fidem ducendi aliquam in vxorem:deinde duxit aliam, & cognouit? certum eſt, ꝙ prima ſponſalia ſunt ſoluta,vt ſ.de ſpon.c.ſi inter virum. nunquid ergo ſi illam poſtea cognoſcit, viuente illa, quã duxit : an iſta mortua,illam ducere poterit?videtur,quòd ſic:cum iſta cenſeatur ſimplex fornicatio,& adulterium. quod non impedit ſine fidei datione,vt ſ.eo.c. ſignificaſti. Illa enim promiſsio fuit extincta per ſequens matrimonium, vt d.c. ſi inter.In contrarium faciunt iura,quæ allegat Ioan.And.in ſimili q: quæ eſt talis.ſi mortua legitima,illam, cui fidem dederat : vel cum qua de facto contraxerat ſine copula cognouit: cum eſſet coniugata:vel ipſe vir mortua prima, contraxit cum ſecunda:& demum cognoſcit illã,cui fidem dederat, viuente prima:ſecundùm Io.And.videretur dicendum idē, ar.de pœni.diſt.3.c.adhuc inſtant.&.q.1. c.in ſcripturis. de lib.& poſth.l.placet.& l.ſeq.ff.ſi cer.pe.l.ſingularia. remittit ad ſecundum arg.primæ partis quæſtionis, quam diſputauit de filio legitimato:quam ponit in regu. ſine culpa.de reg.iur.lib.6.¶Referam aliqua dicta Io.And.per q.primò
4 quæro.dicitur hic, † quòd ſine copula non ſufficit fidei datio:vel contractus de facto.quid ſi poſt datam fidem,vel de facto contractum conatus eſt cognoſcere, nec compleuit: an impediat iſte conatus, ac ſi eſſet copula conſummatus? Vin.quòd non,ar.ſ.de ſpon.c.vlt.Idem Spec.eo.c.ad ſi.Hoſti.tamen allegat in contrarium multa iura,quæ allegat gl. ſic patet,&c.ver.ar. contra. reſpondet ad c. ſi. quòd delinquebat hic:ibi non.¶†Ad c. extraordinaria.reſpondet,ꝙ ibi non fiebat tentatio maritali affectu. dicit tamen Hoſti. quòd hic non audet determinare: nam quandoq; ſufficit. quandoque non ſufficit conatus ſine effectu.patet ex no.ſ.
5 de biga.c.nuper.ſic etiam pertranſit Io.And. ¶ †Secundò quæro.pone,ꝙ ille,qui viuente vxore, tantùm fidem dedit alteri:vel cognouit ſimpliciter ſine fide:mortua vxore legitima,ſuperſtitibus ex ea liberis,duxit vxorem: tandem poſtea de plano fatentur, viuente vxore legitima, inter eos interueniſſe copulam,ac fidem.an ſit eis credendum: ita ꝙ ad eorum aſſertionem matrimonium inter eos contractum dirimatur?dicit Io.And. ꝙ non. ĵ.de eo, qui cogno. conſan.vxo.ſuæ.c. ſuper eo. ſi tñ ita eſſet, & aliter probari nõ põt:quid facient,cũ non ſint legitimè copulati? dicit,ꝙ licet Eccleſia eos cogat:non tñ debent ſimul cõmiſceri. ĵ. de ſen.exc.c. inquiſitioni. quid ergo de ſi ijs ex iſto illicito matrimonio natis, cum pro legitimis habeantur, & ſuccedant cum natis ex legitima vxore:quo pater, ne fraudet legitimos,iſtos priuare poterit?dicit Io.And. ꝙ debent parentes eos ponere in aliquo monaſterio mendicātiū: vt ſic eis non ſuccedāt.ꝙ ſi nõ poterũt eos ad hoc inducere,debet relinquere partem legitimæ,quæ eos tangit.& vide,qđ no.Io.An.in ſimili.q.ĵ.de pœni.c.officij. Et collige ex hoc
6 dicto,†quòd pater in foro conſcientiæ abſtinere debet nõ relinquere filio ſpurio. quod non credo verum, vſque ad concurrentem quantitatem alimentorum,vt ſ. c. cum habent.abundè no.ſ. fortè peccaret pater occultè, vel aliter per interpoſitam perſonam,ſpurijs relinquendo:tranſgreditur.n.vtrunque ius, quo prohibetur inſtitui. & in dubio debemus ſm iura conſciētiam informare:vt plenè no. Do. Fede.



Fede.de Senis in quodam ſuo conſilio.¶Tertiò quæro.hic dicitur,quòd fides debet eſſe cõiuncta cum copula: & hoc
7 viuente vxore: quid dices in machinatione: † an machinatio ſine copula inducat illud impedimentum.pone occidit virum cuiuſdam dominæ,vt eam habeat in vxorem:nõ tamen ſibi fidem dedit:nec eam cognouit. videtur, quòd non ſufficiat machinatio ſine copula: ſicut non ſufficit datio fidei,vel contractus.& hoc tenet hic Gof. quòd machinatio cum effectu non ſufficit ſine adulterio.Hoſt.arguit in contrarium de l.cũ prætor.ff.de iudi.& de præſump.c. nõne.nam ſi in machinatione idē ſenſiſſet Papa, quod in fidei datione,& contractu:facile fuiſſet ſibi exprimere,arg.ſ. de tranſla.c.inter cor.§.ſed neque.cum enim interfector coniugis ſine machinatione prohibeatur contrahere. 33.q. 2. c.interfectores.bene eſt,vt hac intentione interficiens cum illa non remaneat:quam tam nequiter concupiuit,argu.de tranſla.c.quãto.& dicit Hoſt.hoc expreſſum.de conuer.in fide.c.1.de quo dic,vt ibi per Ioan.And.vbi etiam dixi.

¶Quartò,& vltimò quæro.ſi poſt fidem datam, & carnalē copulam, viuente vxore, poſt eius mortem contraxerunt (& ſic nõ teneat matrimonium,vt hic.)an alter eorum poſſit petere ſeparationē,ratione dicti impedimenti?videtur, quòd nõ:quia nil doloſus doloſo. de adulte.c.ītellex imus. cum enim ille,qui agit,incipit à turpitudine,aduerſus exceptionem doli,non datur replicatio doli,vt ibi per Inn. contrarium tenet Io.And.dicit enim,quòd propter periculum animæ licitum eſt allegare turpitudinem ſuam. de re iud.c. lator.in prima glo.& c.3.de præſump.vbi de hoc.

# De coniugio leproſorum.

DICTVM eſt ſupra de quibuſdam impedimentis minorum:ſubdit de quodam impedimento lepræ: quod licèt dirimat ſpõſalia:tamen matrimonium non diſſoluit, vt patet in ſe.c.facit 32.q.5.c. ſi vxorem. 33.q. hoc ipſum conuenit. de iureiur.c. quemadmodum.de eccle.ædifi.c.2.cum ſimilibus.

*SVMMAE.*

1 *Leproſus matrimonium contrahere poteſt: & lepra ſuperueniens non dirimit matrimonium.*
2 *Leproſi à communione hominum ſeparantur de generali conſuetudine.*
3 *Vir, & vxor quare dicantur vna caro. Et an vnus teneatur alterum ſequi, lepra ſuperueniente. numero 6.*
4 *Iudex debet exhortari ad continentiā coniugatos, quando occaſione lepræ nolunt ſimul cohabitare.*
5 *Diutius, quantum tempus dicatur.*
7 *Sanus, qui leproſo recuſat debitum, an ſit compellendus.*

1 PEruenit. Tota rubrica in ſumma hoc intendit.†Leproſus matrimonium contrahere poteſt:& lepra ſuperueniens nõ dirimit matrimonium:imò ſanus infirmo tenetur reddere debitum,niſi ad continentiam poſsit induci : ſoluit tamen ſpõſalia de futuro.hoc dicit totus titulus.& diuiditur iſtud in duas partes.prima narrat caſum . ſecunda diffiniendum
2 committit.¶ † Not.primò,quòd de conſuetudine generali leproſi à communione hominum ſeparantur:& hoc vbique ſeruatur propter timorem infectionis,argum.ſupra de ſtatu mona.c.ea quæ.§.primo.de quo.ſ.de conſue. c. cum
3 dilectus.§.2.¶ † Secundò not. quòd vir, & vxor dicuntur vna caro.1.ad vnam carnem procreandam coniuncti : ideò ſi pars eiuſdem corporis patitur: non debet alia pars ſana aduerſus infirmam gloriari, ſed compati:nec eſt aliquid tam humanum : quàm virum, & vxorem in aduerſis caſibus ſibi eſſe participes,vt l.ſi cum dotem.§.ſi autem in ſæuiſsimo.ff.ſolu.ma.¶Tertiò not. quòd vxores debēt ſe-
4 qui viros,& econuerſo.de quo infra dicā poſt gl. ¶†Quartò no.quòd exhortari debet iudex ad continentiam coniugatos:quando occaſione lepræ nolunt ſimul cohabitare. ſi autem non poteſt inducere : pati non debet,vt maneant ſeparati,ſecundùm Ala.vel dic, quòd iſta eſt comparatiua permiſsio,ſiue diſpenſatio.¶Quærit glo.hic dicitur,quòd
5 alter ſine altero non debet eſſe diutius: † quæro ergo,quā
a tum tempus dicatur diutius.a dicit gloſſ. quòd poſtquam non exprimitur,debet intelligi ad arbitrium iudicis,vt l.1. ff.de iure deli.quandoque tamen extenditur vſque ad biennium:quandoque vſque ad quinquennium, vt in glo. Item quandoque vſque ad decennium. ſ. c. 1. cum haberet. facit quod no.Io.And.ſ.de fideic.c.fin.& quod not. in ſimili in clem.1.de rebus. eccle.non alie. Hoſt. tamen quò ad caſum huius.c.dicit intelligi diutius , id eſt,donec querela ad iudicem perueniat : vel ſibi notoriè liqueat , quòd viuant incontinenter : nam ſi ſimul viuentes continenter viuunt : nec vnus alium impedit,Eccleſia ſuſtinebit.33.quæſt.5. c. quod Deo.Idem ſi ſeparatim viuant,vt ſequitur: ſed adulterio patente,ex officio præfiget diem,quo ſimul maneāt .
6 de offic.ord.c.1.¶†Secundò quæro. vtrùm vir teneatur ſequi vxorem:ſi vxor ex iuſta cauſa proficiſci ad certum locum debet,vt hic.mulier verò tenetur ſequi virum quocunque vadat:niſi ſit vagabundus.quod intellige, niſi cum ipſum cepit, erat vagabundus:tunc enim cum illis conditionib.videtur conſenſiſſe,conſiderata qualitate perſonæ,vt l. plenum.§..equitij.ff.de vſu & ha.& C.de ſpon.l.ſi.Bar. hoc not.in l.Mæuia.ff.de an.le.& remittit ad iſtud. c. & ad Cy. C.de oper.lib.l.liber.& Guil.de Cu.in l.obſeruare. §. pro-
7 ficiſci.ff.de offi.procon.& leg.¶Tertiò q̄rit gl.†vtrùm ſanus,qui leproſo recuſat debitum, ſit compellendus. dicit glo.quòd ſic.arg.contra.1.q.1.c.ventum.vbi de hoc.& plenius.32.quæſt.5.c.ſi vxorem quis.Mel.dixit,quòd licèt ſanus teneatur reddere : non tamen debet compelli . & ſine dubio eſt hoc verum, quando conſtaret Eccleſiæ, quòd propter errorem,vel aliam iuſtam cauſam,non poteſt reddere.ſed ſi non conſtat hoc Eccleſiæ:& ob hoc eum excommunicat:tamen ſi in rei veritate non poteſt : non erit ligatus quò ad Deum.vt no.Io.And.ĵ. c. proximo. facit ſ. de ſolu.c.Odoardus.

ADDITIO.

a ¶ Quantum tempus dicatur diutius.Vide Bal.in l.1. C. vbi cã ſta.& ibi Saly. num.4. Gui.de Cu. in l. 2. num.2. & ibi not.C.de acqui.poſ.Bar.in l.poſsidere.§. ſi ſeruus. eod.titu.

*SVMMAE.*

1 *Vxorem non licet dimittere, excepta cauſa fornicationis.*
2 *Mulier etiam graui infirmitate detenta debet eſſe cum viro.*
3 *Leproſi poſſunt contrahere, ſi inuenerint cum qua.*
4 *Coniugati tenentur ſibi reddere debitum, non obſtante aliqua exceptione.*

QVoniam. Sunt tria dicta. ſecundum ibi [ leproſis] tertium ibi
1 [ quod ſi.]¶No.† regulam:quòd non licet
vxorē dimittere excepta cauſa fornicatio
nis.ex hac ergo cauſa licet.32.q.1.c. dńs.ĵ.de diuortiis. c.
ſignificaſti.& intellige hanc regulam,ꝙ non licet dimitte-
re:ſiue ſit matrimonium conſummatum carnali copula:ſi-
ue non:niſi in caſu c.ex publico.& c.verum.de conuer.infi-
2 de.¶†Secundò no.ꝙ mulier etiam graui infirmitate deten
ta,debet eſſe cum viro.nil enim tam humanum eſt , quàm
coniuges participare ſibi iſtos caſus fortuitos.ff.ſoluto ma
3 trimo.l.ſi cum dotem.§. ſi maritus. ¶ † Tertiò not. quòd
leproſi poſſunt contrahere,ſi inueuerint cum qua : & dicit
Hoſtien.ſe vidiſſe de facto, quòd tales inueniant vxorem :
quia nunquam fecit Deus aliquem,cui non prouideat:neo
aliquis eſt adeo infelix,'& triſtis : quòd non inueniat alium
4 triſtiorem,& infeliciorem ſe. ¶† Quartò not. regulā Apo
ſtoli,quòd coniugati tenentur reddere ſibi debitum , non
obſtante aliqua exceptione.& ſic not.quòd generaliter di-
ctum,generaliter eſt intelligendum. de quo in gloſſ.pro &
contra.¶Oppo. licitum eſt arguere de matrimonio ſpiri-
tuali ad carnale.ſ.de tranſla.c.inter corpo. ſed propter le-
pram remouetur,& ſeparatur quis ab Eccleſia. ſ. de cleri,
ægro.c.tua.ergo & carnale debet ſeparari.ſol.gl.quæ inci-
pit.32.q.8.&c.format iſtud contrarium,& non ſoluit. Ioā.
And.poſt Hoſti.dicit,quòd aliud eſt in carnali:aliud in vin
culo eccleſiæ,& ſimplicis ſacerdotis , vt in contrario : quia
primum de iure naturali.ſecundum de iure canonico, arg.
de conſue.c.fin.& de ſpon.duo.c.fin.Item in carnali nō im
minet periculum,niſi vni perſonæ , quæ ſe ab initio volun-
tariè obligauit:& quæ dum cōtrahit, ſuſpicari debuit hoc
euenire poſſe:in ſpirituali imminet periculū pluribus , qui
nec ſuat requirendĭ.de elect.c.Oſius.In ſpirituali ergo pu-
blica vtilitas,quæ contrariatur vtilitati priuatæ, fuit meri-
tò præferenda,arg.l.ſed reprobari.de excu.tu. ſed prinatæ
contra priuatam non ſubuenitur.¶Secundò opponitur: &
videtur,quòd dictum generale reſtringatur ; & indefinita
non æquipolleat vniuerſali,vt in iuribus allegatis in glo. ſo
lu.vt in ea.ad fin.ſuper qua dicit Ioan.And. quòd generale
dictum poteſt princeps,qui legem condidit, interpretari :
quia interpretatio iuris eſt neceſſaria,& generalis.C.de le-
gi.l.1.procedimus enim in iure de ſim lib. ad ſimilia.de re
ſcrip.in c.inter cæteras.facit l.cum de interpretatione. & l.
minimè.de leg.¶Tertiò opponitur:& videtur,quòd illa re
gula Apoſtoli patiatur exceptiones plures: puta ſi remor-
det conſcientiam.de ſent.excom.c.inquiſitioni.vel quia ec
cleſia inhibet hoc.ĵ.de ma.contrac.contra interdictum Ec
cle.c.2.& ſ.de ſpon.c.cum in apoſtolica.Item ex cauſa car
nali fornicationis,vt ſ.in princ.c. & ſpirituali . de diuor.c,
quæſiuit.& c.quanto.hic autem dicitur,quòd hoc caſu nul
la exceptio reperitur,ergo malè: cum plures reperiantur ,
vt dixi.ſol.Io.And.exponit hoc caſu, ſcilicet occaſione le-
præ:ideò alij non videntur excluſi:de quibus ſupra.ſimili-
ter ſi vir eſt ethicus , & vxor debitum exigit : ſi & ille red-
dat,eſt mortuus veroſimiliter:non enim tenetur reddere .
quia ordinata charitas eſt,vt prius ſibi conſulat.86. diſt.c.
non ſatis.licèt ergo hic dicatur [ nulla exceptio admiſſa. ]
multæ tamen admittuntur,vt ex prædictis patet. & hoc ve
rum,ſiue lex dicat procedendum eſſe ſine exceptione:ſiue
etiam in reſcriptis , & ſtatutis hoc dicatur : non enim per
prædicta verba videntur exceptiones legitimæ repellendæ.
de quo ſ.de offic.deleg.c.ex parte.& per Bar.in l.1.ff.quod
vi aut clam. ¶ Quærit Ioan. And. vtrùm competat exce-
ptio dierum , & locorum ſacrorum . dicitur , quòd omni-
no inſiſtat modis omnibus reddi.32.quæſtio. prima. §. his
ita reſpondetur.& cap.ſeq. & 32. quæſtio. 5. quaſi per to-
tum.& dic , vt not.in ſumma de ſpon. ſub rubr. de matri-
monijs . §. quis ſit . ver. ſed nunquid peccant coniuges
& ſeq.

*S V M M AE.*

1 *Lepra ſuperueniens diſſoluit ſponſalia.*
2 *Ex cauſa ſuperueniente non cogitur quis ad obſeruan-
tiam promiſſorum.*
3 *Pacem feci cum inimico meo: & promiſi eum non offen-
dere:ſi poſtea efficiatur hoſtis, & trāsfuga ciuitatis ,
potero eum offendere.*
4 *Sponſalia de futuro facilius ſoluuntur , quàm illa de
præſenti .*

LIteras. Hoc dicit ſecūdùm Hoſt. Lepra ſol
uit ſponſalia:niſi tranſierint in ma-
trimonium præſumptum.communis diuiſio.ſecū-
1 da ibi [ reſpondemus.] ¶†No.primò,ꝙ lepra ſuperueniēs
diſſoluit ſponſalia:ſecus ſi tempore,quo ſponſalia contra-
huntur,alter contrahentium eſſet lepra infectus:quia tunc
ſibi imputet,qui contraxit cum tali,vt dixi in ſimili.ſ. c.1.
2 in 2.q.¶†Secundò no.quòd ex cauſa ſuperueniente nō co
gitur quis ad obſeruantiam promiſſorū.habet enim quan-
dòque promiſsio tacitam conditionem:ſi res in eodem ſta
tu permanſerit,vt no.ſ.de iureiur.c.quemadmodum.& eſt
3 ar.ad q.ſi feci † pacē cum inimico meo:& promiſi eum nō
offendere.ſi poſtea efficitur hoſtis,& trāsfuga ciuitatis: po
tero eum offendere.quam q.diſputauit Bar.& incipit. Lu-
canę ciuitatis,&c.facit l.quid ergo.§.ſi ſeruum merentem.
4 de leg.1.l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca.¶†Tertiò not.
quòd facilius diſoluuntur ſponſalia de futuro,quàm illa de
præſenti:quia difficilius tollitur ius ĭ re,quàm ius ad rem ,
vt c.penul.& vlt.ĵ.de præben.lib.6.collige etiā,quòd tranſ
ductio ad domum operatur,vt ſponſalia de futuro diſſolui
nequeant propter lepram : quia per eam inducitur matri-
monium præſumptum,vt ſ.de ſpon.c.adoleſcens.quod eſt
verum,quando mulier eſt corrupta.Idem ſi maritus ipſam
cognouiſſe dicat : vel impubes ibi facta ſit pubes . ff.
de ritu nup . l. minorem . niſi mulier illius conuincatur
per corporis aſpectum,vt not. deſpon.impube. c. contine-
batur .

# De coniugio ſeruorum.

VISO de coniugio in genere : ſubmittit
de coniugio ſeruorum in ſpecie. vel ali-
ter,viſo de impedimēto lepre, quod ma
trimonium non diſſoluit,ſequitur de im
pedimento erroris in conditione perſo-
næ,quod impedit,& dirimit: niſi ex cer
ta ſcientia ratificetur verbo,vel facto.vt ĵ.eod.c. fin. habe-
tur de materia 29.quæſt.ſecunda. per totum. & ſ. de præ-
ſump.c.illud.

*S V M M AE.*

1 *Seruitus inuenta eſt de iure gentium .*
2 *Serui de iure canonico poſſunt contrahere matrimo-
nium .*
4 *Etiam dominis contradicentibus , & inuitis . nu-
mero 3.*
5 *Sacramenta eccleſiaſtica , non debent denegari ſer-
uis .*

*Seruus*



5 *Seruus, licèt poſsit matrimonium contrahere:non tamē
per hoc efficitur conditio domini deterior.*
6 *Pœnitentia eleemoſinæ non eſt iniungenda ſeruo.*
7 *Seruus,cui potius debet obedire , ſi dominus petit ſerui-
tium, & vxor carnis debitum .*
8 *Dominus ſi vult vendere ſeruum alicui, qui ducet eum
in remotas partes:an vxor teneatur eum ſequi.*

DIgnum. Seruus contradicente dño ,
contrahere poteſt:ſed p hoc
non minus domino ſeruire tenetur.poteſt diui
di in duas partes:primò ponit dictum,& eius rationem. ſe
cundò quandam dubitationem ſoluit ibi [ debita.] ¶No.
primum dictum Apoſtoli [ quò ad Deum , nec liber , nec
1 ſeruus habetur.]ad Col.3.† de iure enim gentium inuen-
ta eſt ſeruitus : nam à principio de iure naturali primeuo
omnes homines liberi naſcebantur , vt ff.de iuſti. & iure.l.
manumiſ.& l. ex hoc iure. Vnde Seneca epiſtola ad Lucil-
lum. [ Quid eſt eques Romanus : libertinus : aut ſeruus .
nonne ex iniuria , autem ambitione nata.omnia iſta longa
varietas miſcuit:& ſurſum,& deorſum natura verſauit.]
2 ¶ † Secūdò nota,quòd de iure canonico ſerui poſſunt cō
trahere matrimonium.eſt enim matrimonium de iure na-
turali,id eſt gentium,vt Inſti.de iure na.gen.& ci.Cum ſer
uo aūt poteſt contrahi naturalis ob. quæ deſcendit à con-
ſenſu: qui non videtur per ſeruitutem ſublatus. facit quod
no.in l.frater à fratre.de cond.inde.Ius autem ciuile prohi
bet matrimoniū cum ſeruis . & appellat tales coniunctio-
nes contubernia.C.de ince.nup.l.cū ancillis. ſed in hoc ſtā
3 dum eſt canoni. ¶ †Tertiò no.ꝙ ſerui poſſunt contrahere
matrimonium,dominis contradicentibus,& inuitis.hone-
ſtum eſt tamen,ꝙ contrahant de conſenſu dominorum,ſe
cundùm Hoſt.ſicut filius de conſenſu patris,vt no.ſ.de de-
4 ſpon.impube.c.1.¶†Quartò no. ꝙ ſeruis non debent ne-
gari eccleſiaſtica ſacramenta : pōt ergo ſeruus baptizari :
nec per hoc fit præiudicium domino,ſm̄ Pet.& Abb. quod
intellige,ſi dominus eius eſt Chriſtianus:aliàs dic , vt ĵ. de
5 iud.c.fi.¶†Quintò no.ꝙ licèt ſeruus poſsit matrimonium
contrahere: non per hoc tamen efficitur conditio domini
deterior.non enim cum iniuria domini videtur ius canoni-
cum talia matrimonia approbare:quia quælibet conceſsio
Superioris ĭtelligitur facta ſine iniuria alicuius.vt ff.de ad-
mi.tuto.l.impuberi.& de aut.& vſu pal.c. ex tuarū. debent
ergo dominis obedire,& exhibere officia conſueta, vt di-
cit tex.& intellige etiā non conſueta·quia omnia, quæ agit
ſeruus,ſunt domini.vel ideò dicit tex. [ conſueta. ] quia ſi
in aliquibus regionibus eſſet conſuetudo , quòd ad certa
ſeruitia aſtringeretur : Eccleſia talem cōſuetudinem debet
tueri,ar.ĵ.ti.1.c.vno.& no.de iudi.c.multorum. Et ponde-
ra,ꝙ dicit [ debita ] id eſt quæ deberi poſſunt. in his ergo,
quæ eſſent contra Deum, non debet domino obedire. 11.
q.3.c.qui reſiſtit.& c.Iul.nec in his , quæ conſtat eſſe iniu-
ſta.ſ.de tempo.or.c.dilectus.vbi de hoc.¶Quæro. dicitur
hic,quòd non debēt ſerui à ſacramentis Eccleſiæ prohibe
ri.& qa.ſ.tetigi de baptiſmo:& hic in text.habemus de ma
trimonio.quæro de pœnitentia.glo.dicit, quòd nec ab illo
6 debet excludi.Hoſti. † dicit,quòd non eſt iniungenda ſer-
uo pœnitentia eleemoſinæ,cū nihil habeat.Inſtit.per quas
perſon. no. acqui.§.item nobis.& ſe.nec ieiuniorum:nec vi
giliarum nec alterius macerationis:nec aliqua alia,per quā
redderetùr inutilis domino ſuo ad operandum. quia domi
nus non debet priuari ſuo iure ſine ſua culpa. de conſtitu.
cap.ſecundo.Iniungatur ergo , quòd vadat ad eccleſiam ,
cum poterit , bono modo : & huiuſmodi leuia , conſidera
ta qualitate criminis,& perſonæ : vel orationes , quas po-
teſt facere,laborando:& etiam per viam eundo,argu. ff. de
7 oper.li.l.antepenul. ¶ †Secundò quæro.ſi concurrunt do-
minus,& vxor ( quia dominus petit ſeruitium: & vxor car
nis debitum ) cui eſt potius obediendum? arguit gl.primò
pro domino.ſecūdò pro vxore.ſed pro domino facit : quia
eius obligatio eſt antiquior, & prior in tempore : ergo ſe-
cunda obligatio cum vxore ( vtpote poſterior ) intelligi-
tur cum eodem onere , vt c.ex literis. de pig. ad hoc regu.
qui prior eſt tempore.pro vxore facit; quia magis eſt pri-
uilegiata ſua cauſa:nam eſt ſpiritualis,& ſacramentalis: il-
la verò domini eſt temporalis , & dominicalis.vnde vide-
tur fauorabilior: licèt tempore poſterior obligatio præfe-
renda,arg.ĵ.de præben.c.ſi à ſede.Iò.And.ſoluendo diſtin
guit:quòd aut matrimoniū eſt contractum,ſciente,& per-
mittente domino:& vxor eſt domino præferenda ; quia cū
conſentit in principali:ergo in acceſſorio (vt carnis copu-
la)conſenſiſſe videtur.de offi.dele.c.prudentiam. Si autem
contractum fuit,contradicente,vel ignorante domino: vi-
detur, ꝙ mandatum domini prius debeat adimplere : niſi
probabiliter ex dilatione timeatur adulterium:aliàs poſſet
dominus officio ſuo omnino priuari , ſm̄ Ioan. poſt Ray.
8 ¶†Tertiò quæro.ſi dńs velit vendere ſeruum vni, qui vult
eum ducere in Græciā : vel ad alias partes remotas : quid
faciet vxor.dixit Ala.ꝙ vxor tenetur eum ſequi,ſi eſt libe-
ra.Alij dicunt,quòd talis venditio prohibenda eſt:quod te
nent Roff.Hoſt.Phi.Inno.& Vin.non enim debent aliter ſe
parari.81.di.c.cum omnibus.vbi de iſta ſeparatione pro-
hibita.Hoſt.dicit,quòd aut ſeruus contrahit cum ſerua : &
tunc aut ſunt diuerſorum dominorum : aut eiuſdem. ſi di-
uerſorum,non debent ſic diuidi:quin aliquando ſibi debi-
tum reddere poſsint.ſi autem ſunt eiuſdem : tunc aut am-
bos vendat:aut ambos retineat.ſi verò ſeruus contraxit cū
libera, hoc ſciente , tenetur eum ſequi. & hoc caſu vera ſit
opi.Ala.de qua in gl.

*S V M M AE.*

1 *Error in conditione perſonæ impedit, & dirimit matri-
monium.Et quid ſi error eſt in meliori.nu. 2.*
3 *Scientia ſuperueniens confirmat matrimonium,quod à
principio erat nullum , etiam ſola taciturnitate ſine
alio expreſſo conſenſu.*
4 *Matrimonium ſi ſeparatur propter errorem : quod da-
tum fuit nomine dotis, debet reſtitui.*
5 *Audiuit, verbum quomodo intelligatur.*
6 *Vxor an debeat reddere debitum, lite pendente , viro ,
qui mouit ſibi litem ſuper errore conditionis per-
ſonæ .*

PRopoſuit. Separatur matrimonium,
quod liber ignoranter cū
ancilla contraxit:niſi poſtea hoc ſciens illam co-
gnouerit.ſunt duæ partes.In prima propoſitio facti. In ſe-
1 cunda diffinitionis commiſsio,ibi [ mandamus.] ¶†Not.
primò,ꝙ error in conditione perſonæ impedit , & dirimit
a matrimonium. Idem in errore perſonæ : a ſecus in errore
fortunæ:vel qualitatis,vt plenè legitur,& no.29.q.1.§.1.&
de errore qualitatis eſt verum:niſi cum intendo contrahe-
re cum Chriſtiano:& eſt hæreticus , vel iudæus : non enim
tenet matrimonium etiam à ſciente:niſi ad hoc vt conuer-
tatur ad fidem.29.q.1.per totum. In alijs autem diſpoſitio
nibus an error in aliquo prædictorum vitiet diſpoſitionē ,
dic,vt l.in venditionibus. ff. de contrahen. empt. & l. cum
proponas. C. de hære.inſti.& l.ſi per errorem. ff. de iuriſd.
omn.iud.& quod no.in l. quoties.ff.de hæred.inſti. & l.nec

apud.C.de hæred.inſti.cum infinitis ſimilibus.† Et aduer-
te, quòd error in cõditione perſonæ vitiat matrimonium:
quando erratur in ſtatu deteriori: ſecus autem ſi in melio-
ri,puta cum quis contrahit cum libera,quam credebat an-
cillam:tenet enim matrimonium:quia eſt præſumptio,ꝙ li
bentius contraxiſſet cum ea,ſi ſciuiſſet eam liberam.& hoc
tenet Inn.hic & Hoſt.ĩ.eo.c.pe.quid aũt ſi non eſt error in
ſeruili conditione:ſed in ſtatu affecto aliquo onere: puta in
aſcriptitio, quem mulier credebat liberũ hoĩem:an teneat
matrimonium.videtur,ꝙ non:quia inter aſcriptitios,& ſer
uos nulla eſt differentia.C.de agri.& cenſi.l.ne diutius. con
trarium tenet hic Io.And.quia tales ſunt liberi.facit quod
3 no.ĩ.de iude.c.multorum.& 29.q.2.in ſumma. ¶†Secun-
dò no.ꝙ ſcientia ſuperueniens confirmat matrimonium,
quod à principio erat nullum,etiam ſola taciturnitate ſine
alio expreſſo conſenſu:contra quod glo.fortiter opp. quia
in matrimonio requiruntur verba, quæ ſi nouiter non ac-
cedunt: videtur deficere forma matrimonij:ergo nullum,
4 vt ſ.de ſpon.c.tua.ſol.vt ĩ.c.fin.¶Tertiò,& vltimò no.† ꝙ
ſi matrimonium ſeparatur propter errorem: quod datum
fuit nomine dotis,debet reſtitui.qua autem actione, de do
te,vel condictione ſine cauſa,& priuilegiata,vt in vera dotẽ
contingeret.dic,vt.no.in l.ſi cũ dotẽ.§.ſi mulier.ff.ſol.mat.
& l.inſulam.§.fructus.e.ti.facit quod no.ĩ.de don. inter vi.
& vxo.c.plerumque.in gl.magna. ¶Quærit gl.de duab. q.
5 prima eſt.† dicitur,ꝙ ſi poſtq̃ audiuit eam ancillã,cogno-
nit.qualiter debet intelligi illud,audiuit.videtur, ꝙ à quo-
cunque audiuerit,ſufficiat: vt ſic videatur matrimoniũ con
firmare.22.q.4.c.innocentis.In contrarium faciunt multa
iura allegata in principio gl.quæ tenet, ꝙ cum habet con-
ſcientiam ſeruitutis ex cauſa probabili,& diſcreta.ad hoc.
ſ.de reſcrip.c.cum contingat.& hoc verum,cum agitur de
approbando matrimonio iam contracto:cum aũt de con-
trahendo,ſufficit leuior fides.dic,vt not.in ſimili. ſ.qui cle.
vel vo.c.veniens.in fi.& ĩ.de ſent.exc.c.inquiſitioni.per Io.
6 And.facit ff.de eo,per quem fac.erit l.1.¶†Secundò quæ-
ro.pone,ꝙ iſte mouit litem mulieri ſuper matrimonio pro
pter errorẽ conditionis perſonæ:vtrùm lite pendente, de-
beat reddere ſibi debitum.videtur,ꝙ non: quia talis reddi
tio eſt præiudicialis quæſtioni, cũ per eam matrimonium
confirmetur:videtur enim tacitè renunciare liti, reddendo
debitum,ſicut ſoluendo debitum,vt l.ad ſol.C.de re iud.&
hoc tenet Tan. ꝙ non dicitur exigere,exactũ reddere. qđ
tenẽt Vin.Phi.Gof.& Inn.quos ſequitur Io.And.de rigore.
Sed de æquitate tenet opi.huius gl.quæ dicit,ꝙ debet red-
dere ad mandatum Eccleſiæ, vbi probabiliter dubitet: ſe-
cus ſi ſit certus:& pro certo ſcit eam ſeruam.ad hoc. ĩ. de
frig.c.fraternitatis.§. & ſi tantùm. remittit Hoſti. ad ſum-
mam.eo.tit,§.ſi.ver.quid ſi lite.& ſ.de conuer.coniu.c. fin.
facit l.ordinata.de li.cau.& vide,quod not.34.di.c.ſi cuius.
& prædicta habent locum, cum quæritur, vtrùm lite pẽ-
dente ſuper iuribus matrimonij, ſit reddendum debitum:
alimenta verò ſine dubio ſunt præſtãda,arg. ff.de li. agno.
l.ſi neget.cum ſimi.

ADDITIO.

a ¶ In errore perſonę.Error in perſona nõ impedit quaſi
contractum.l.item ſi computaui.de neg.ge. Alex.in l.1.
de offi.proc.Cęſ.& in l.ſi is qui.§.ſi liberto.ff.cõmodati.

SVMMAE.

1 *Conſuetudo ſi eſt in loco, quòd partus ſequatur conditio
nem patris:natus ex libero & ancilla,liber eſt.*
2 *Conſuetudo,quòd partus ſequatur conditionem patris:
valet.*
3 *Quæſtio ſtatus non poteſt moueri filio, ſi pater intra de-
cennium à tempore mortis ſuæ geſſit ſe pro li-
bero.*

1 LIcèt. † Si conſuetudo eſt in loco, quòd par
tus ſequatur conditionem patris: na
tus ex libero, & ancilla liber eſt. duo facit: nar-
rat factum, ſecundùm vtriuſque partis propoſitionem. ſe-
cunda ibi [ videtur quid ſit diffiniẽdum,rñ.]¶No.primò,
ꝙ mulier propter ſèruilem conditionem mariti petit ma-
trimonium infirmari:ſicut econuerſo dictum eſt in viro.ſ.
c.proximo.quia vir,& vxor non ad imparia iudicãtur:ſunt
enim correlatiua.Ideò ſtatutũ in vno eorum,habet locum
2 in altero,vt l.fin.C.de indic.vidu.& l.fin.ff.de accep. ¶†Se
cundò no.ꝙ valet conſuetudo,ꝙ partus ſequatur conditio
nem patris:licèt de iure communi debeat ſequi conditionẽ
matris.C.de rei ven.l.partum.cum ſim. poteſt ergo conſue
tudo aliter diſponere,quàm ius commune.de quo dic, vt
3 ſ.de conſue.c.ſi. ¶ † Tertiò no.ꝙ filio non poteſt moueri
quæſtio ſtatus: ſi pater infra decennium à tempore mor-
tis ſuæ geſſit ſe pro libero. Idem ſi per quinquennium. vt
in gloſſ.

SVMMAE.

1 *Matrimonium ſeparatur ratione conditionis perſonæ.*
2 *Seruus ſi contrahat cum ancilla, credens contrahere cũ
libera, an teneat matrimonium.*
3 *Matrimonium, quod eſt nullum, confirmatur facto, &
verbo.*
4 *Contraxit aliquis cum ancilla ignoranter: & ſic matri
monium nõ tenuit: ſi dominus ancillæ eam manumit
tat: an reconualeſcat.*
5 *Liber contraxit cum ancilla ignoranter: hoc tamẽ pate-
facto, liber vult cum ea remanere: illa verò recuſat:
an teneat matrimonium, & cogatur remanere.*

AD noſtram. Si liber contrahit
cum ancilla hoc
ignorans:& ex quò ſcit,non conſentit in eam,
ſeparatur matrimonium:& cũ illa poterit contrahere. ſunt
1 duæ partes.ſecunda ibi [ ideoque.]¶†No.primò, ꝙ ratio
ne conditionis perſonæ matrimonium ſeparatur, & intelli
ge conditionis,ſcilicet deterioris,reſpectu contrahentis, ſe
cundùm Goff.qui hoc not.in ſumma huius tit.§. item quid
2 ſi ſeruus.per quod ſequitur, † quòd ſi ſeruus contrahit cũ
ancilla,credens contrahere cum libera:tenet matrimoniũ:
quia reſpectu ſuæ conditionis non eſt deceptus. & vide de
hoc,quod no.29.q.7.in ſumma.& idem tenet Inno.ſ. c.2.
ſi verò non erraſſet in conditione:ſed in qualitate conditio
nis:puta credebat liberè contrahere cum ancilla eccleſiæ:
cum eſſet ancilla priuati:non impedit ille error mr̃imoniũ:
quia non reperitur in iure cautum. Item error qualitatis,
de qua conſtat, non impedit matrimonium.29.q.1.per to
tum.ſicut nec error qualitatis ſeruitutis:de qua conſtat.&
hoc not.hic Io.And.ad literam.¶Secundò no. quòd Papa
mandat inquiri de ignorantia:quę regulariter præſumitur,
ſi contrarium non probatur, vt l.verius.ff.de prob.& vide,
quod de hoc not.in regu.præſumitur.de regu.iur.lib. 6. &
3 ſupra de elect. c. innotuit. ¶ † Tertiò not. quòd matri-
monium,quod eſt nullum,confirmatur facto & verbo: &
ſic tacitus conſenſus confirmat matrimonium, quod eſt
nullum,amoto obſtaculo. à principio autem requiruntur
verba. de quo dic, vt ſupra de ſpon. cap. tua. dicam cum
glo.¶ Opp.fortiter contra iſtud.c.vbi dicitur [ nec facto.]
&c.innuit enim,ꝙ ſola ſcientia ſeruitutis cũ cohabitatione
ſequuta,



ſequuta ratificet iſtud matrimoniũ.Sed contra, quia in ma
trimonio requiruntur verba.Item verba, quæ interuene-
runt à principio propter errorem conditionis,fuerunt nul
la.illa ergo ſcientia ſuperueniens ad illa verba [ nullius effi
caciæ ]referri non poteſt.poſt ſcientiam ergo,interuenien-
tibus verbis,ſimplex cohabitatio,& copula non facit ma-
trimonium,vt l.nuptias.ff.de reg.iur.vel ſaltem videtur co
gnoſcere eam ex.c.præcedenti inualido:poſtquã alius non
acceſsit:quia à primordio tituli poſterior formatur euen-
tus,vt l.1.C.quando & qui.quar.pars deb.& l. quædã mu-
lier.ff.de rei ven.& c.maiores.ad fi.de bap.& l.eum qui. §.
in popularibus.ff.de iureiuran.in gl.magiſtra.Iſta contra-
ria ſentit glo.& ſolue,vt in ea.& adde,quòd actus, qui eſt
nullus in fauorem alicuius,eius conſenſu tacito confirma-
tur,ſi eum non impugnat.vt l.filio præterito. ff. de iniu.te-
ſta.& ſic ſententia nulla poteſt conſenſu partium confir-
mari,vt l.2.C. communia vtriuſque iudi.ex iſtis enim iuri-
bus patet, quòd ſolemnitas omiſſa, etiam non ſuppleta,
non impedit tacitam approbationem actus inutiliter cele
4 brati.¶†Quærit gloſ.aliquis contraxit cum ancilla igno-
ranter (& ſic non tenuit) deinde dominus ancillæ eam ma
numittit: nunquid reconualeſcit. videtur, quòd ſic: poſt-
quam ſeruitus,quæ obſtabat,eſt amota.ar. l. qui ſoluendo
non erat.ff.de hær.inſti.ar.contra.ĩ.de reſcri.c.ſi eo tpe. li.
6.faciunt illa iura allegata in qõne vſurarij manifeſti: qui
condito teſtamento prius, poſtea præſtitit cautionem:an
reconualeſcat.de qua.ĩ.de vſur.cap.quamquam.li.6.gl.hic
tenet,quòd matrimonium non reconualeſcit: quia videtur
vir eam cognoſcere ex priori conſenſu continuato,qui nul
lus fuit:& licèt acceſſerit cauſa confirmans: tamẽ non pro
deſt:niſi ille,qui contraxit,habeat eam notam. & iſtam gl.
tenet Goff.de hoc etiam no.29.q.3. cap. ſi quis ingenuus.
¶†Secundò quærit glo.ſi liber contraxit cum ancilla igno
ranter:tamen hoc patefacto,iſte,qui liber eſt, vult cum ea
remanere:illa verò recuſat. dicit glo. quòd non eſt matri-
monium:tamen illa cogitur remanere, inſtante viro: quia
ille, qui tacet impedimentum matrimonij ex eius parte
proueniens,eſt in dolo:& cogitur conſummare matrimo-
nium.ſ.de eo,qui dux.in mat.c.1.Aduertendum, quòd ſi
ancilla de conſenſu domini contraxiſſet, matrimonium va
luiſſet:quia hoc ipſo intelligitur eam manumittere.in Aut.
de nup.§.ſi verò abinte.& ita dicit glo.contra quam gl.op.
matrimonium non tenuit propter errorem conditionis:er
go nec libertas competit,quæ ratione matrimonij contin-
git.aut enim dicis matrimonium præcedere libertatem.&
non valet matrimonium:ſi contrahens credebat eam libe-
ram, cum non eſſet:aut dicis libertatem præcedere matri
monium: & ſimiliter non eſt verum.dicit Ioan.And.quòd
cum incipiunt contrahere: amittit dominus dominium an
cillæ: & ſic contrahit cum libera: vnde tenet matrimoniũ,
ſecundùm Goff.allegat quod no.1.q.1.c.detrahe.in prima
glo.& eſt iſta quæſtio pũcti:quo caſu in ordine intellectus
illud debemus fingere, quòd præcedat, quod reddit actũ
validum.facit quod no.Innocen.in c.præterea. de app. &
quod dixi de iureiu.c.breui.& vide l.ſi poſt mortem. §. vſ-
queadeo. ff.de le.1.¶Prædicta habent locum,cum quæri-
tur,an error in conditione perſonæ vitiet matrimonium:
ſed non qñ error emergit in aliis actibus,qui geruntur:nã
quandoque erratur circa perſonam: quandoque circa rẽ:
quandoque circa dominium:quandoque circa cauſam do
minij:quandoque circa cauſam traditionis.& in omnibus
iſtis membris an talis error impediat actum, qui geritur:
diſtinguo plenè poſt Barto.in l.1.ff.de offic. procura. Cæ-
ſaris.

# De natis ex libero ventre.

SVMMAE.

1 *Partus quare ſequatur conditionem matris, & non pa
tris, de iure communi.*

DIctum eſt ſupra de conditione coniugato-
rum: ad perfectionem ergo præcedentis
materiæ ſubnectit de conditione natorũ.
1 ¶Quęrit Io.An.poſt Hoſt.†quare partus
ſequitur conditionem matris, & non pa-
tris,de iure communi.vt ſupra de ſer.non
ordi.c.vlt.vbi de hoc.dicit ipſe.ratio ſumitur ex eo, quod
alibi habemus:videlicet quia non debemus inſpicere, cu-
ius ſit ſemen, quod proiicitur: ſed locum,vbi conualeſcit,
& naſcitur,& radices agit,vt Inſti.de re.di.§.ſi Titius.& §.
qua rõne.hac rõne partus ſeqtur cõdõnẽ matris.vt ſi eſt li
bera:& partus eius ſimiliter liber erit, quandoque autem
ſtatus matris à tempore conceptionis vſque ad tẽpus par-
tus variatur:quia tempore, quo concepit, erat libera: ſed
tempore,quo parit,eſt ſerua: vel econuerſo:vel medio tẽ-
pore.dic,quocunque iſtorum temporum in principio, me
dio,vel in fine mater deprehendatur libera, illud tempus
inſpicimus in fauorem patris, vt liber cenſeatur. facit In-
ſti.de inge. & ma. ſufficit. & vide in ſumma Hoſtien. eod.
titul.

SVMMAE.

1 *Status matris inſpicitur ad cognoſcendũ, an aliquis ſit
liber: vel ſeruus.*
2 *Libertas poteſt probari per inſtrumenta. Et conceditur
ſeruis propter merita.nu.3.*
4 *Eccleſia debet fauere libertatibus.*
5 *Pater, ſi eſt nobilitate priuatus: an oberit filijs: vel ex
perſona aui non priuati poterunt ſe reputare nobiles.*

INdecens. Natus ex liberta, vel libera li-
ber eſt.primò ponit generale in
terdictũ:ex quo caſum diffiniri mandat,ibi [ ꝓpterea.]
¶No.primò inſpiciendum,quid deceat, quod reſpicit ho
neſtatem.vt.ſ.de voto ma.quod enim verecundiam noſtrã
lædit,nec facere nos poſſe,credendum eſt. ff. de condi. in-
ſti.l.ſi filius.& l.in coniunctionibus.ff.de ritu nup. & l.pecu
1 nię.de ali. & ci.le.& quod ibi per Bart.¶†Secundò not.ꝙ
ad cognoſcendum,vtrùm aliquis ſit liber,vel ſeruus, inſpi
citur ſtatus matris: rationem dixi in rub. quantùm verò
ad dignitatem,filij ſequuntur conditionem patris,vt l.cum
2 legitimæ.ff.de ſtatu ho.¶†Tertiò not. ꝙ per inſtrumenta
iſti probabant eorum libertatem.ſed dices ad quid expe-
a diunt inſtrumenta:cum quilibet præſumatur liber.a dic, ꝙ
conſtabat matres eorum fuiſſe ancillas Eccleſiæ: iõ qui ex
eis naſcuntur,ſerui Eccleſiæ præſumuntur: quia partus ſe-
quitur ventrem,vt dixi in rub.& l.ancillæ.C.de fur. produ
cebant ergo inſtrumenta manumiſsionis matrum ſuarũ:
ideò & ipſi liberi pręſumuntur,& poſtea nati,ſi ſunt in poſ
ſeſsione libertatis,vt l.matrẽ.C.de proba. & quod ibi not.
3 ¶†Quartò no.quòd propter merita conceditur libertas
ſeruis: ſicut propter demerita reuocantur in ſeruitutem
ipſi manumiſsi: & de eorum liberis dic,vt not.ſupra de re
bus ecc.non alie.c.3.& C.quibus cauſis ſerui acqui.lib.l.1.
& per totum.¶Quintò not.quòd Eccleſia debet fauere li
bertatibus:& ſic illum,quem tenetur quis defendere, impu
gnare non debet.de quo pro,& contra in glo.& ff.de codi.

inde.l.frater à fratre.& 18.di.c.nulli fas. facit ad nó. s̃. de
iureiu.c.petitio.¶Quæro.dictum eſt.s̃. ꝙ quò ad liberta-
tem, vel ſeruitutem partus ſequitur ventrem:quò ad digni
tatem,& nobilitatem ſequitur patrem, vt d. l. cũ legitimę.
5 †pone ergo,ꝙ pater eſt nobilitate priuatus : vtrùm oberit
filijs:vel ex perſona aui nõ priuati poterunt ſe reputare no
biles.hoc poteſt contingere hic Venetis , qui ob virtutes,
& merita creant nobiles : & quandoque ob demerita eos
priuant de iuribus,quæ tangunt nobilitatem.tangit Bar.in
l.1.C.de digni.lib.12. Quid erit ergo de filijs ipſius priua
ti,vel creati.dic : aut quæris , nunquid filius nepos quò ad
auum vti poſsit priuilegio,vel dignitate ex perſona aui:ma
ximè in his,quæ à genere procedunt.de inter.& rele.l.1. ſe
cundo caſu non.vt l.1.§.ſi quis.vnde cogna.Si verò quęris,
an ex perſona patris ſui hoc poſsit:tunc aut filius eſt con-
ceptus ante maculam patris:& non nocet,l.emancipatum.
ff.de ſena.aut eſt conceptus poſt:& tunc patris macula o-
berit ſibi, vt l.diuo Marco. C. de quæſti. quod eſt verum,
quantùm ad hoc, quòd non poſsit vti priuilegio ex perſo-
na patris: ſed aui ſic,vt dixi. & ita diſtinguit Bar.in l.ſi qs.
ff.de ſena. & faciunt prædicta ad no. in l. diuus.ff. de iure
pa.vbi gloſſ.

# De cognatione ſpirituali.

*S V M M AE.*

1 *Cognatio ſpiritualis an contrahatur per iudeum:paga-
num,vel hæreticum baptizantem,vel leuantem.*
2 *Cognatio ſpiritualis diuiditur in paternitatem:filiatio
nem:fraternitatem,& ſororitatem.*

DIctum eſt ſupra de aliquibus impedimen-
tis matrimonij : ſubmittit de triplici co-
gnatione,quæ etiam impedit,& diſſoluit:
ſed quia ſpiritualis eſt dignior: ideò de il
la præmittit.habetur de materia.30. quæ
ſtio.1.& q.3.per totum.repetitur in 6.
1 ¶†An autem hæc cognatio contrahatur per iudeum: pa-
ganum:vel hæreticum baptizantem,vel leuantem:remittit
2 Io.An.ad no.de regu.in c.ex eo.li.6.Item dicit Hoſtiẽ.† ꝙ
cognatio ſpiritualis diuiditur in paternitatem:filiationem:
fra ternitatem,& ſororitatem:paternitas , & filiatio naſci-
tur inter leuantem, & leuatum : fraternitas reſpectu filio-
rum leuantis,& reſpectu ipſius leuati.facit quod not.Ioan.
An.ĩ.eodem.c.Martinus.Item dicit Inno. hanc cognatio-
nem non tranſire ad nepotes vlteriores: filia enim ſpiritua
lis contrahere poteſt cũ filio filij mei:ſed non cum ipſo fi-
lio.ſufficit enim . quòd hoc non ſit prohibitum.30. quæſt.
3.c.1.dicit etiam,quòd filia ſpiritualis non poteſt copula-
ri filio legitimo,ſed bene adoptiuo.30.caſus,in quibus ſpi
ritualis cognatio impedit , & dirimit, no.in ſumma huius
libri.

*S V M M AE.*

1 *Canones quando ſunt contrarij inter ſe:vltimus ſem-
per corrigit priorem,etiam ſi de primo non facit mẽ-
tionem.*
2 *Perſona,per quam peruenitur ad compaternitatem,pro
hibetur contrahere cum filijs patris ſpiritualis ante,
vel poſt compaternitatem procreatis.*
3 *Pater poteſt ſumere filiam ſpiritualem filij carnalis.*
4 *Conſuetudo perſonas legitimas ad contrahendum poteſt
reddere illegitimas.*



VErum. Filij duorum compatrum , per
quorum neutrum deuentum eſt
ad compaternitatem licitè contrahunt:niſi con
ſuetudo repugnet:ſeparabuntur autem,ſi propter vtrunq;
eorum,vel eorum alterum compaternitas eſt contracta. h.
d.cum.c.ſuper eo.ĩ.eo.primò ponitur dubitabilis quæſt.ſe
cundò canonum contrariorum inductio . tertiò poſterio-
ris approbatio.quartò approbationis exceptio . ſecunda
1 ibi[& licet.]tertia ibi[vnde nobis.]quarta ibi[niſi.]†No.
primò quid iuris. quando canones ſunt contrarij inter ſe:
vltimus enim ſemper corrigit priorem,etiam ſi de primo
non faciat mentionem,vt c.1.de conſtit.lib.6.vbi quid iu-
ris in alijs diſpoſitionibus cõtrarijs: aduertendum tamen,
an poſsint aliqua ſub diuiſione iuuari.quia quædam viden
tur contraria,quæ non ſunt,vt c.cum expediat.ĩ.de ele. li.
2 6.& l.ſed & poſteriores.ff.de leg. ¶†Secundò no. ꝙ per
ſona,per quam peruenitur ad compaternitatem, prohibe
tur contrahere cum filijs patris ſpiritualis ante,vel poſt cõ
paternitatem procreatis.& ſic pater quærit filijs ſuis frater
nitatem quandam cum extraneo , quem ſuſcipit de ſacro
fonte.quid econuerſo:an filius,qui ſuſcipit aliquem de ſa-
cro fonte,quærat patri:& vinculum contrahatur cum pa-
tre:ne talem poſsit vnquam ducere:vel eius matrem.vide-
tur quòd idem : quia filius,quærit patri, vt l.quod dicitur.
de verb. ob. contrarium not.in c.illud.30.q.3.vbi gl.dicit,
3 †quòd pater poteſt ſumere filiam ſpiritualem filij carna-
lis:licèt enim cognatio ſpiritualis deſcendat à patre in fi-
lios:non tamen de filio ad patrem:ſicut dignitas tranſit de
ſuperioribus ad inferiores,dixi.s̃.c.proxi. ſed nõ econuer
ſo,vt l.conſulari.ff.de ſena. ¶Tertiò no. quòd quandoque
conſiderandum eſt:vtrùm ante compaternitatem,vel poſt
filij nati ſint : facilius enim quæri videtur quæſitis po-
ſtea : quàm quæſitis prius. ſic videtur, quòd dignitas ſu-
perueniens patri non proſit filijs,vel nepotibus primò na-
tis.quod dic vt l.ſenator.C.de digni.lib.12.quæ l.facit pro
4 diſtinctione,de qua in tex.¶†Quartò no. ꝙ cõſuetudo p
ſonas legitimas ad cõtrahẽdũ reddit illegitimas. cõtra qđ
opp.& videtur , quòd conſuetudo non poſsit deponere:
nec ſit efficax ad dirimendum matrimonium contractum
inter perſonas non prohibitas iure ſcripto.ſo.dicam.ĩ.eo.
c.ſuper eo.& glo.hic tangit.

*S V M M AE.*

1 *Coniugium regulariter non poteſt eſſe inter patrem bap
tizati,& baptizantem.*
2 *Matrimonium non diſſoluitur.licèt ſuperueniat inter
copulatos compaternitas.*
3 *Opinio humanior præferenda eſt,vbi ſunt diuerſæ opi-
niones.*
4 *Ignorantia facti excuſat à pœna,& malitia.*
5 *Impedimentum affectatum , ſiue procuratum non ad-
iuuat procurantem.*
9 *Baptizans ex malitia filium , an poſsit exigere debi-
tum.*

SI vir. Compaternitas ſcienter , vel ignoranter
inter coniuges ſuperueniẽs, coniugiũ nõ
diſſoluit.ſunt duæ partes.In prima conſultatio. In ſe
cunda reſpõſio.ſecunda ibi[conſultationi.] ¶No. primò,
1 †quòd regulariter inter patrem baptizati,& baptizantem
non poteſt eſſe coniugium : & ſi contraxerint, ſeparantur.
2 ¶Secundò no.†quòd matrimonium non diſſoluitur: licèt
ſuperueniat inter copulatos compaternitas.Impedimẽtum
enim ſuperueniens non diſſoluit actum conſummatum,&
perfectum,licèt impediat contrahendum.facit l. pluribus.
§.& ſi placeat.de verbo.oblig.& quod no.Dy.in reg.malæ
fidei



fidei poſſeſſor.& in reg.actum legitimè.de regu. iur. lib.6.
3 ¶†Tertiò no.ꝙ vbi ſunt diuerſæ opiniones,opinio huma-
nior præferenda eſt.concor.s̃.de tranſac.c.ſi.vbi autẽ vtra
que eſt humana,ſtandum eſt maiori parti.19.di.c.in cano
nicis:vel conſulendus eſt Papa.de reſcrip.c.ſuper literis.&
infra qui fi.ſint le.c.per venerabilem. In cauſis vero matri
monialibus dicit Hoſt.tene pro regula certa,& ſana,quòd
vbicunque magiſtri per ſuas gl.ſoluunt matrimonium,nec
ius expreſſum inducunt.ſi inuenies aliquem contrariũ ſcri
bentem,illi adhæreas.ar.ſupra de teſti.c.licèt ex quadam.
¶Quartò no. quòd quandoque coniugati debent induci
ad continentiam,quam conſeruare poſſunt in propria do-
mo.33.quæſt.5.c.quod Deo.& tangitur de iureiuran.cap.
4 tua.& de conuer.coniu.c.chariſsimus. ¶ †Quintò no.ꝙ
ignorantia excuſat à pena,& malicia. & intellige de igno-
rantia facti:quæ quandoque etiam prudentiſsimos fallit,
vt l.2.ff.de iur.& fac.ign.aliud de ignorantia iuris : quæ in
matrimonijs an excuſet: dic , vt l.ſi adulterium cum ince-
ſtu.ff.de adul.& aduerte,quòd dicit text.[malicia]non di-
cit[ſcientia]quia quandoque ſcientia non malicioſa nõ af
fert impedimentum:puta pater,vel mater in mortis articu
lo baptizat filium:iſtud enim non eſt impedimentum. 30.
5 q.1.c.ad lumina.¶†Sextò no.quòd impedimentum affe-
ctatum,ſiue procuratum non adiuuat procurantem. con-
6 cor.s̃.de procur.c.tuæ.& ff.ſi quis cau.l.1.in fi. ¶†Quærit
glo.an ille,qui ex malicia baptizauit filium, poſsit exigere
debitum.dicit glo.quòd tenetur reddere:ſed nõ poteſt exi
gere.pro qua opi.facit. 30. quæſt. 1.c. de eo.& hoc tenent
Goff.& Hoſtien.niſi ambo fuiſſent in dolo : quia tunc am-
bo exigerent:& fieret compenſatio,ar.de diuor.c.ſignifica
ſti.& ad hoc de pœnis.c.conſtitutus. Hoſtien. dicit , quòd
neuter debet exigere:& neuter ſubtrahere: & hoc ſonat li
tera ſuperior. & infra eod. c. contracto. in fin.melius ta-
men facient, continendo.Ber.hic in glo.tenet,quòd poteſt
exigere : quia non inuenitur hic prohibitum.& idem Vin.
quod verius videtur,ſecundùm regulam,de qua ſupra in ſe
cundo no.vbi in opinionibus varijs fauendum eſt matri-
monio:& per conſequens toro:præſertim ſi ſit fortius car-
le,quàm ſpirituale.

*S V M M AE.*

1 *Filij duorum compatrum,per quorum alterum, vel v-
trunque deuentum eſt ad compaternitatem, non poſ
ſunt contrahere matrimonium : & ſi contraxerint,
dirimetur.*
2 *Baptizans cum aſcendentibus, & deſcendentibus,&
collateralibus baptizati poteſt contrahere.*
3 *Conſuetudo poteſt inducere,quòd inter perſonas à iure
non prohibitas contractum matrimonium non te-
neat.*
4 *Eccleſia vna prouinciæ debet ſequi conſuetudinem alia
rum: niſi habeat in caſu , quo generalis conſuetudo
diſponit,conſuetudinem ſpecialem contrariam.*
5 *Diſsimulatio non importat conſenſum , vel diſſen-
ſum.*

SVper eo. Summatum eſt ſupra c. 1.& pri
mò ponitur quæſtio. ſecũdò ibi
[reſpondemus.]reſponſio diſtinguens qualitatem fi
liorum ſecundùm membrum ibi[ceterum.] quod diſtin-
guit inter conſuetudinem reſiſtentem,& aſsiſtentem. ſecũ
1 da ibi[verum.]¶†No.primò, quòd filij duorum compa-
trum,per quorum alterum,vel vtrunque deuentum eſt ad
compaternitatem,non poſſunt contrahere matrimonium:
& ſi cõtraxerint,dirimetur.baptizatus ergo efficitur filius
baptizantis:& frater omnium filiorum eius. quid econtra:
vtrùm leuans, ſiue ſuſcipiens aliquem de baptiſmo faciat
ſibi coniunctas ſorores ipſius baptizati:ita quòd cum eis
contrahere non poſsit.dic quòd poteſt:quia ex parte bap-
tizãtis non extenditur agnatio vltra perſonam baptizati,
& matrem,& patrem eius:vnde pater ſpiritualis poſſet du
cere vxorem filiam baptizati,vt no.30.quæſt.3. c. ſicut.ſi-
militer fortè eius auiam,licèt non matrem , vt infra eodẽ.
2 c.1.li.6.vbi per Io.An.accipe ergo regulam, † quòd bapti
zans cum aſcendentibus, & deſcendentibus, & collaterali
bus baptizati poteſt contrahere: baptizatus verò contra-
here prohibetur cum filijs baptizantis:& non cum eius ne
potibus:nec fortè cum eius matre.vide quod not.in d.c. 1.
3 & c.ſicut.præalle.¶†Secundò no.quòd conſuetudo poteſt
inducere,vt inter perſonas à iure non prohibitas cõtractũ
matrimonium non teneat,vt patet in ver. ita quod. quem
Hoſt.refert ad filios , per quorum neutrum eſt deuentum
ad compaternitatem:nec reputentur inhabiles, ſi ſe ita ha
bet conſuetudo.alij referunt iſtum ver.[ita quòd]ad prin-
cipium c.vt diſponat conſuetudo de filijs,per quorum al-
terum eſt deuentum ad compaternitatem : ſed certè tunc
abſque conſuetudine talia matrimonia diſſoluenda ſunt,
vt patet in primo reſponſo,ibi[nulla ratione.]&c. intelligi
ergo debet,vt dicit Hoſt.vt conſuetudo in hoc diſponat:ad
quam ius commune,& contra ipſam contracta matrimo-
nia ſeparentur:quod quomodo poſsit procedere , dicam
4 ſtatim.¶†Tertiò no.quòd vna eccleſia prouinciæ debet ſe
qui conſuetudinem aliarum.quod eſt verum,niſi habeat in
caſu , quo generalis conſuetudo diſponit, conſuetudinem
ſpecialem contrariam:quia tunc ſuam ſpecialem conſuetu
dinem ſequi debet epiſcopus,non generalem prouincię.ad
hoc omnino vide quod no.Innocen.s̃.de offi.archi.c.fina.
¶ Quartò not. quòd iudex debet quandoque aliqua ſub
5 diſſimulatione tranſire:ne videatur præbere aſſenſum.†diſ
ſimulatio igitur non importat conſenſum , vel diſſenſum.
facit quod not.in c.indemnitatibus.ad fi.infra de elec. lib.
6.¶Oppo.dicitur hic,quòd ſi conſuetudo habet,quòd ta-
lia coniugia diſſoluantur inter illos:per quorum neutrum
eſt deuentum ad compaternitatem,debet conſuetudo ſer-
uari.ſed contra hoc opp.& videtur,quòd conſuetudo,quę
ſeparat legitimè coniunctos : nullo modo debeat tolerari.
c.1.s̃.de ſpon.quod enim ſine offenſa Dei non poteſt agi-
tari,fieri non debet,etiam ſi ſcandalum ſequatur , contra-
rium faciendo,vt infra de oper.no.nunc.c.cum ex iniũcto.
ſol.gl.magna ſentit illud contrarium: & clarius ſupra cap.
1.dic vt in ea.Hoſtien.dicit, quòd iſta conſuetudo appro-
batur hac conſtitutione . vnde potius iſta ſeparatio ſumit
effectum à iure ſcripto,approbante conſuetudinem,quàm
ab ipſa conſuetudine,ar.l.ſi quis poſterior. ff. ad Treb. vel
poteſt dici , quòd cum apparent contraria iura ſuper vno
caſu:conſuetudo,quæ ſequitur ius correctum , toleranda
eſt in illo loco,in quo actus,qui geritur,non dicitur ſume-
re effectum à conſuetudine:ſed ab illo iure . & vide quod
no.Io.An.ĩ.de conſang.& affini.c.quod ſuper his.vbi ergo
ius nullum emanaſſet,coadiuuans conſuetudinem viri con
trariam:non eſſet efficax talis conſuetudo ad matrimoniũ
dirimendum,& iſte videtur effectus omnium . ſuper quib.
Ioa.And.verboſè diffuſius loquitur.¶Secundò op. dicitur
hic , quòd epiſcopus debet diſſimulare , ne videatur con-
ſentire.Sed contra hoc opp.& videtur,quòd non poſsit ca
dere talis diſsimulatio:cum ſine eius licentia non debeant
matrimonia contrahi:nec contradicere bannis. de clã.de-
ſpon.cap.cum inhibitio.dicit Io.An.quòd ſoluere non eſt
leue.dicit tamen, quòd poteſt eis dicere[vos videtis con-
trariam conſuetudinem prouincię.& poſſet ſcandalum ſu-
ſcitari.nec cum ſcandalo proximi aliquid eſt agẽdum.]ta
men auctoritate apoſtolica poteſt dicere [diſpenſo. ite cũ
Deo.]

Deo.]cum enim dicit[diſpenſo.]non malè facit:cum Papa
hoc approbat:nec videtur conſentire. facit quod not.s̃.de
teſt.c.cum cauſam.in fi.&c.

*S V M M AE.*

1 *Compaternitas efficax ad matrimonium dirimendum contrahitur inter patrem baptiẓati, & vxorem leuantis prius ab eo cognitam.*
2 *Compaternitas ſi ſequatur carnalem copulam:maritus quærit eam vxori:& vxor marito.*
3 *Duo leuantes vnum de ſacro fonte non prohibentur inter ſe contrahere.*
4 *Compaternitas an poſsit contrahi per procuratorem.*

1 MArtinus. †Inter patrem baptizati,&
vxorem leuantis prius ab
eo cognitam contrahitur compaternitas[a] effi-
cax ad matrimonium dirimẽdum.duo facit.ponit.q.2. ſol
uit ibi[nos autem.]¶No.primò caſum,in quo vni per al-
2 terum quæritur compaternitas:†maritus enim quærit vxo
ri,& vxor marito.quod eſt verum,ſi compaternitas ſequa-
tur carnalem copulam.aliud ſi copula ſequatur compater
nitatem cum altero contractam.ratio redditur in glo.quia
per vnionem carnis ſequentem non tranſitur in vnionem
ſpiritus præcedentem,vt in gloſſ.Item hoc verum, cum al-
ter coniugatorum ſuſcipit filium tertij, vt hic fuit:vel ter-
tius ſuſcipit communem eorum filiũ: ſecus ſi tertius ſuſci
piat alterius eorum filium:puta maritus ex concubina ha-
buit filium,quem Titius de ſacro fonte leuauit:iſte Titius
non erit compater vxoris illius, cuius filius eſt ſuſce-
ptus.rationem collige ex not.per Io.An. infra eodem. cap.
1.lib.6.quia vir,& vxor communicant ſibi actiones: nam
cum ſint vna caro.quod facit pars corporis, totum facere
videtur.vt l.vulgaris.de fur.ſed paſsiones non ſic ſibi com-
municant:vt ſcilicet quòd alteri per tertium (puta filium
ſuum)quæritur,etiam an alteri acquiratur. facit quod not.
30.q.2.in ſumma.& c.ſi quis.& ibi in ſumma etiam vide,
an poſsit aliquis in vxores ducere ſucceſsiuè duas comma
tres:vel aliqua duos compatres.non intelligas volendo cõ
3 trahere:ſed inuicem inter ſe.¶†Quærit hic Io. An. vtrùm
ſi duo leuent vnum de ſacro fonte:dicit, quòd inter ſe non
prohibentur contrahere.¶Vltimò not.verbum [ſuſcepe-
rit.]quod verbum repetitur.c.1.infra eodem.lib.6. per qđ
4 videtur,†quòd compaternitas vt contrahatur, requirit a-
ctum corporeum:& ſic videtur, quòd non poſsit contrahi
per procuratorem.dicam infra eodem.c.veniens.collige &
aliud,quòd ſufficit,vt puerum quis ſuſcipiat de ſacro fon-
te,etiam ſi non loquatur:cuius contrarium no. Hoſtien. in
ſumma de matrimonio.§.qualiter contrahatur.ver. & nun
quid.& ſecundùm hoc ſicut mutus non poteſt baptizare:
ita nec puerum tenere.de conſe.di.4.c.paruuli.contrarium
innuit Io.An.infra eodem.c.1.li.6.in nouella.de ſubſtantia
enim baptiſmi eſt aqua: & forma euangelica.de qua. 1. q.
1.c.detrahe.alia pertinent ad celebrationem ſacramenti:
& ſunt de ſolemnitate, non de ſubſtantia.¶Quærit hic Io.
And.vtrùm ſicut vxor,& maritus communicant ſibi actio
nes:ita fornicarij: puta concubina, vel concubinarius ſu-
ſcipit filium tertij de baptiſmo:an alteri quæratur per alte
rum compaternitas.Inn.hic pro,& contra.Ioan.An.j̃. eo-
dem c.1. lib. 6. ſuper glo. refert Archi. tenere, quòd non
contrahatur.idem tenet gloſſ.30.quæſtio.4.cap. ſi quis vi-
uente.



ADDITIO.

a ¶Compaternitas.Adde.30.q.3.per totum.& ibi Io. de
Turre Cremata.& c.ſuper quibus.Bar.in l.ſi quis alum-
nam.C.de nup. Arch. ſupra in cap.1.in ver.filijs.

*S V M M AE.*

1 *Compaternitas per cathechiſmum contracta impedit matrimonium contrahendum:ſed non dirimit contractum.*
2 *Baptiſmum plura debent præcedere.*
3 *Tenere partem aliquam cathechiſmi præſtat impedimentum matrimonio contrahendo: ſed non dirimit iam contractum.*

1 COntracto. †Compaternitas per ca
thechiſmum contracta
impedit matrimonium contrahendum: ſed con
tractum non dirimit.duo facit.primò ponit caſum.ſecun-
da ibi[verum.]diffiniendum committit. ¶ No. primò, ꝙ
conſanguinei mulieris obijciebant impedimentum: & iſti
præ ceteris ſunt admittendi.de hoc.j̃.qui ma.ac.poſ.c.vide
tur.¶Secundò no.ꝙ iſta tenuit filiũ concubinæ ad pabulũ
2 ſacramenti ſalis:†debet enim hoc præcedere baptiſmum:
ſicut & quædam alia:puta aurium, & narium linitio cum
ſputo in fronte, & pectore:crucis ſignatio: olei ſacri per-
unctio: ablutio baptiſmi in vertice chriſmatis: perunctio
à ſacerdote:chriſmatis confirmatio per epiſcopum,omnia
3 illa enumerat glo.magna.¶†Tertiò no. quòd tenere par-
tem aliquam cathechiſmi præſtat impedimentum matri-
monio contrahendo: ſed non dirimit iam contractum: e-
tiam ſi ad totum cathechiſmum tenuerit.vt c.2. infra eod.
lib.6.vbi eſt expeditum,quod hic deſputat glo.magna, ap-
probata opi.de qua in fi.gloſ.& poteſt eſſe ratio, quia illa,
quę præcedunt baptiſmum,ſunt præparamenta ad baptiſ-
mum:præparamenta autem non producunt effectum præ-
parati,vt l.ſi pecuniam.ff.de condi.ob cauſam.nec idem iu
dicatur de opere inchoato:quod de conſummato:imò ni-
hil videtur actum,donec aliquid ſupereſt ad agendum, l.
pe.C.de Sille.& iſta ſit ratio cathechiſmi: de quo quid ſit:
dic,vt dicto c.eo.ti.lib.6.

*S V M M AE.*

1 *Fœmina poteſt ſibi facere filium ſpiritualem: non autẽ adoptare.*
2 *Compaternitas impedit ſponſalia, quæ poſt ipſam ſequuntur.*
3 *Cmpaternitas an poſsit contrahi per procuratorem. Quid dicatur compaternitas.nu.4.*
4 *Baptiẓari quis non poteſt per procuratorem.*
5 *Confiteri presbytero quis non poteſt per alium.*
6 *Legitimatio an poſsit fieri per procuratorem, remiſsiuè.*
7 *Syndicus cuiuſdam vniuerſitatis habens ad hoc ſpeciale mandatũ, nomine ipſius vniuerſitatis leuauit puerum de ſacro fonte:an ſit contracta ſpiritualis cognatio:& cum quo.*

VEniens. Si pater baptizati poſtea cõ
trahit matrimonium cũ le-
uante,ſeparari debebunt.nõ diuiditur.¶†No.
primò,quòd fœmina poteſt ſibi facere filium ſpiritualem,
vt hic.non autem adoptare.Inſti.de adop.§.fœminę.& no.
56.di.



2 56.di.c.Iſmael.¶†Secundò no.quòd compaternitas im-
pedit ſponſalia,quæ poſt ipſam ſequuntur.ſi ergo ſponſa-
lia præcedunt compaternitatem, non rũpuntur: licèt cõ
paternitas ſubſequatur.dicit tamen Io.And.quòd propter
compaternitatem ſuperuenientem rumpuntur ſponſalia,ſi
cut & propter affinitatem.j̃.tit.2.c.ex literis.& c.ſeq. Idẽ
dicit Hoſt.de adoptione ſuperueniente per Decre.vnicam.
j̃.c.1.¶Vltimò tangit hic Io.An.quæſtionem, quam ali-
3 bi diſputat.ſcilicet †an compaternitas contrahatur per ꝓ
curatorem.videtur quòd ſic,pluribus rationibus: primò
quia edictum de procu.eſt prohibitoriũ, vt. cap.1.de pro-
cur.libro 6. & ad omnia negocia conſtitui poteſt,vt l.1.de
procura.ergo & ad hoc.ſecundò quia carnale per procu-
ratorem contrahitur,vt c.vlti.de procura.lib.6.Item & ſpi
rituale.c.accedens.de præben.c.gratia.de reſcrip.lib. 6. In
contrarium.quia compaternitas requirit actum,& verbũ:
vt patet ex deſcriptione cognationis: quæ ſecundùm om-
4 nes eſt†attinentia proueniens ex ſacramenti datione: vel
ad id detentione.infra eodem.c. 1. lib. 6. ergo qui non te-
net,vel leuat:non poteſt eſſe compater.vnde canones anti-
qui de hoc vtuntur his verbis[ſuſcipit:accipit:tenet:leuat.]
& his verbis vtuntur Decre. huius ti. præterea non poſſet
quis per procuratorem baptizari, propter actum, qui in
baptizãdo requiritur.ſcilicet ſubmerſio in aquam,vt patet
in c.1.de bapti.ſimiliter ergo requiritur leuatio patrini.ter
tiò ad idem facit,quòd triplex eſt cognatio:carnalis: lega-
lis:& ſpiritualis.prima per procuratorem non poteſt con-
trahi,vt patet ad ſenſum.ſimiliter nec ſecunda.ff.de adopt.
l.neque.& l.poſt mortem. ergo nec iſta tria. quartò ad
5 idem facit:†quia non poteſt quis presbytero confiteri per
alium:nec hæreditatem adire: nec per alium ætatis venia
impetrari:vt hæc per ordinem probantur.de pœn. diſtinc.
1.cap.quod pœnitet.ff.de acquir.hæredi.l.Paulus.C.de his
qui ve.æta.impe.l.2.& hanc partem,quòd non poſsit con-
trahi per procuratorem.tenet Io.An.in reg.poteſt quis.de
reg.iur.li.6.in merc.vbi latius vide. & reſponde ad contra
ria,vt ibi per eum.& Bar.tangit in l.Gallus. §. forſitan. ff.
6 de lib.& poſth.vbi quærit † an legitimatio fieri poſsit per
procuratorem.dicam.j̃.qui filij ſint legi. c. per venerabilẽ.
7 in prin.& Bar.tenet ibi,quòd poſsit. ¶† Secundò quæro.
Syndicus cuiuſdam vniuerſitatis habens ad hoc ſpeciale
mandatum,nomine ipſius vniuerſitatis leuauit puerum de
ſacro fonte.quæritur,an ſit contracta ſpiritualis cognatio,
& cum quo.& primò videtur,quòd cum nullo:quia vniuer
ſitas non eſt capax huius actus,vel parentelæ:eſt enim no-
mine iuris:& non perſona vera:ſed ficta,& imaginaria. vt
l.mortuo. de fideiuſ. præterea non eſt contracta cognatio
cum ſingulis:quia geſta ſub nomine vniuerſitatis non con
cernunt ſingulos.12.q.2.c.qui manumittitur.Item cum ma
ioribus,per quos vniuerſitas regitur,quæſita eſt cognatio.
quia ſyndicus non nomine eorum:ſed vniuerſitatis bapti-
zauit:nec habuerunt ad hoc animum, qui requiritur in o-
bligationibus contrahendis.de act.& oblig.l. obligationũ.
in fin.ſimiliter nec ſyndico leuanti quæritur cognatio:quia
hic non egit,vt ſibi quæreretur,vt l.multum.ff.ſi quis alte-
ri,vel ſibi.& hanc partem tenuit.D.Fede.de Senis. vniuerſi
tati enim talis cognatio non quæritur:quia non habet ani-
mam:ideò non poteſt excommunicari:cum anima, quam
non habet,nõ poſsit tradi Sathanæ.de ſen.excom.c.Roma
na.in fi.& debet eſſe Chriſtianus,qui leuat,de conſe.diſt.4.
c.in baptiſmate. ſimiliter non quæritur maioribus: quia
ſunt de ſingularibus:& ſingularibus non quæritur, cũ ſub
nomine vniuerſitatis actus geritur.Item ſimiliter non quæ
ritur ſindico leuanti, ſecundùm eum: licèt Ioan. And. in
quæſt.ſupra formata in procuratore priuati teneat, quòd
ipſi procuratori leuanti quæritur cognatio: quod tamen
non fatetur dom. Fede.vt plenè per eum.15.q. in numero
conſiliorum ſuorum.

*S V M M AE.*

1 *Filij duorum compatrum,per quorum alterum deuentum eſt ad compaternitatem: ſi contrahant, ſeparantur.*
2 *Sororem ſpiritualem non poteſt quis ducere.*
3 *Impedimentum ſcientes debent illud eccleſiæ nunciare.*

1 TVanos. †Si filij duorum cõmatrum, per
quorum alterum deuẽtum eſt ad
compaternitatem contrahant,ſeparantur: & tem-
pore contractus ſcientes impedimentum denunciare tenẽ
tur:& ſunt duæ partes. In prima trimembris conſultatio.
2 In ſecunda cuiuſque reſponſio ibi[ſuper quo.]¶†No. pri
mò,quòd ſororem ſpiritualem non poteſt quis ducere. &
verbum[non poteſt]refertur ad potentiam iuris:quia illud
3 poſſumus,quod de iure poſſumus,vt in gloſſ.s̃. de reſcrip.
c.ſciſcitatus.vbi de hoc.¶Secundò no. quòd illi,qui ſciunt
impedimentum, debent Eccleſiæ nunciare.& aduerte ad
text.dum dicit[conſcij.]ſonat enim in perſonis turpibus,
& participibus.in Authen.de leno.col. 3. & ſic bene dicit
glo.quòd licèt tales repellantur ab accuſando: non tamen
à denunciando:quia talis denunciatio fit ad pœnitentiam
peragendam:in qua non debet peccator de iuris apicibus
litigare,vt in fi.dicit textus in l.ſi fideiuſſor.ff. mand. & ſic
vna via quis excluditur: & alia admittitur.de quo in gloſ-
ſa,& in reg.cum quid.

*S V M M AE.*

1 *Matrimonium de facto contractum inter batiẓatum, & filiam baptizãtis, debet ſeparari.*
2 *Matrimonium præſumptum ex quibus reſultet.*
3 *Exceptio peremptoria poteſt obÿci, publicatis atteſtationibus.*
4 *Reus, qui negauit homicidium, & probatum fuit: poteſt poſtea dicere ſe occidiſſe ad ſui defenſionem.*
5 *Filius ſacerdotis poterit recipere illam, quam pater recepit ad pœnitentiam.*
6 *Cognatio ſpiritualis nunquam oritur ex datione ſacramentorum, quæ matrimonium diſſoluat:niſi ex baptiſmo, & confirmatione chriſmatis.*

1 EX literis. †Separari debet matrimoniũ
de facto cõtractum inter bap
tizatum,& filiam baptizãtis. In prima conſultatio
ſuper diffinitiua.in ſecunda reſponſio. ¶No.primò quòd
coram officiali curiæ vertebatur quæſtio matrimonialis.
alibi dicitur,quòd ad epiſcopum ſpectat cognitio talium
cauſarum.j̃.de exceſ.præla.cap.accedentibus. Sed dic, ꝙ
ad epiſcopum,& eum,cui commiſerit.vt.j̃.de conſan.& af
2 fi.c.1.¶Secundò no.ꝙ iſta probauit ſe affidatam,& carna
lem copulam:quod ſufficit;quia ex his duobus reſultat ma
trimonium præſumptum,vt ſupra de ſpon.c.is qui fidem.
¶ Tertiò no. ꝙ in cauſis matrimonialibus publicantur di
cta teſtium: talis enim publicatio aperit viam defenſio-
ni illius,contra quem producuntur:non eſt igitur omitten
da: licèt ſine figura iudicij ꝓcedatur. facit quod circa hoc
not.Barto.in extrauaganti ad reprimendam. ſuper verbo
figura iudicij.& in l.filiusfa.ff.de dona.& in cle.ſæpe.de ver
bo.ſignific. ¶Quartò no.quòd publicatis atteſtationibus
obijcia-

obijciatur exceptio peremptoria:& ex eo, quod dicit text. quòd iſta duo probauit:datur intelligi, ꝙ iſte vir negauit ſe cum ea contraxiſſe:aliàs ſi cōfeſſus fuiſſet: ſuperflua fuiſſet probatio,& non admittenda, vt l. ad probationem. C. de probat.& tamen non obſtante negatione, auditur proponens exceptionem peremptoriam, quòd non de iure cō
4 traxit.facit ad q.† quòd reus, qui negauit homicidium, & probatum fuit.poteſt poſtea dicere ſe occidiſſe ad ſui defenſam.ar.c.nullus pluribus.de regu.iur.lib. 6. In caſu tamen noſtro non eſt dubium, quòd nedum ante ſententiam ſed poſt, potuiſſet obiici illa exceptio, vt in c.lator.& c.cōſanguinei.de re iudic. Et per iſta tolluntur quædam opp. quas faciunt hic Docto.quòd ille, qui negat, non audiatur poſtea.vt cap.is qui.de ſolut.Item quia publicati erant per teſtes &c.periculum enim animarum, propter quod iſtæ cauſæ aliter, quàm aliæ, regulantur, facit ceſſare contraria, ſecundùm Hoſtien. ¶ Quærit gloſſ. quid mouit iſtum officialem ad pronunciandum pro matrimonio. dic vt in ea.Io.An.dicit, quòd fortè mouit eum, quia officialis baptizat ex neceſsitate officij.ergo non dēt ad aliquid obligari. 30.q.1.c.ad limina.de admi.tu.c.cū quædam.ff.de his, quę vt indig.l.poſt legatum.§.3.& l.tutor.& l.inter officium.de rei ven.ſed hic non ob.hæc ratio:quia non agitur hic de aliquo incommodo ſacerdotis.Non obſt.quòd non inueniatur expreſſum de ſacerdote: quia propter indemnitatem omnimodam idem fuerat ſentiendum, quod de leuante. vt ſ.de tranſla.c.inter.§.1.¶ Secundò quærit gloſ.† vtrùm fi-
5 lius ſacerdotis poterit recipere illam, quam pater receperit ad pœnitentiam.dicit, quòd ſic:& bene.& tene hanc re-
6 gulam.† ꝙ ex datione ſacramentorum cognatio ſpiritualis nunquam oritur, quæ matrimonium diſſoluat: niſi baptiſmus,& confirmatio chriſmatis, vt.ỹ.eod.ti.c.1.& c. fina. in fine.lib.6.

## De cogña.legali.

S V M M AE.

1 *Adoptare quis poſſit. Et quòd duplex ſit adoptio. numero.2.*
2 *Adoptans quæ iura conſequatur in filium adoptiuum.*
3 *Auctoritas iudicis an requiratur in adoptione,& arrogatione.*

Dictum eſt ſupra de cognatione ſpirituali. videndum de legali:habetur de materia 20.q.3.c.1.eſt autem adoptio quædam ciuilis propinquitas legaliter facta: per quā qs filius.vel nepos, vel deinceps, vel fr̄, vel affinis(licèt naturaliter non ſit) reputatur penè naturam imitans.ff.eo. l. adoptio.& l. nec ei. §.eorum.& §.præterea.& l.ſi quis nepotem. ¶ Sed quæri-
1 tur.† quis poſsit adoptare.dic, quòd maſculus ſui iuris, ſiue habeat filios, ſiue non:dummodo illum, quem adoptat, p̄cedat annis.18.vt ſic omnino ſit certum, illum potuiſſe generare, ſaltem de facto:licèt non de iure:puta presbyter, q de facto, non de iure poteſt ex fœmina procreare filios: ergo poterit adoptare quò ad patrimonialia, arg. pro & contra.Inſtitu.de adoptio.§.illud.& in iuribus ſe. mulier autē adoptare non poteſt, niſi ex cauſa principali reſcripto hoc fuerit impetratum.ff.eo.l.2.§.illud.& Inſtitu.eo.§.ſed illud
2 & §.minorem.¶ Vlterius quæro.† quæ iura conſequitur adoptans in filium adoptiuum:& adoptatus in adoptantē. pro ſolutione huius quæſtionis præmitte, quòd eſt duplex adoptio:vna eſt, quæ dicitur arrogatio. quando quis adoptat aliquem ſui iuris.alia eſt, quæ ſtat in ſuo nomine generali:& dicitur adoptio:quando ſcilicet adoptatur ille, qui eſt in alterius poteſtate, vt gloſ.dicit.& probatur in l.1.§.ſi. ff. de adoptio.hoc præmiſſo dic, quòd ad patrem arrogantē tranſeunt omnia iura arrogati.& etiam ſui filii tranſeunt in poteſtatem arrogantis, vt l.ſi pater.ff.de adoptionibus. & l.1.eo.titu.& l.arrogato.Item omnia onera, vt l.onera.ff.de adoptio.econuerſo verò in quo teneatur arrogator filio arrogato.dic vt l.ſi arrogator.ff.de adop. In adoptione verò, cum ſcilicet adoptatur, qui eſt in alterius poteſtate:an tranſeat in poteſtatem adoptantis.dic quòd non: ſed remanet in poteſtate ſui patris:niſi quando in adoptione concurrerent iura ſanguinis,& vinculum ciuile:tunc enim bene trāſit in poteſtatem adoptantis, vt.C.de adoptio.l. cum in a-
3 doptiuis.¶ Vltimò quæro circa hoc.† vtrùm in adoptione, & arrogatione requiratur iudicis auctoritas.dic quòd adoptio poteſt fieri coram quolibet magiſtratu.ff.eo.l.2.& de offic.procon.l.2.In arrogatione autem impuberis, quæ fit auctoritate Imperiali, ſunt quædam ſpecialia:de quibus habes.ff.eodem.l.ſi pater.§. fina. & l.non aliter. & l. his verbis.qui autem debeant vocari in arrogatione, & adoptione. dic vt l. adoptio. & l.in adoptionibus.eod. titu.

S V M M AE.

1 *Soror alterius poteſt aliqua effici per adoptionem.*
2 *Ius ciuile poteſt facere filios,& ſorores illos, qui ſibi nō attingnut.*
3 *Recepit aliquis in domo aliquam in filiam ſuam, non ſeruata forma:an ex tali receptione fiat præiudiciū matrimonio contrahendo.*
4 *Puerum quendam recepi de manibus cuiuſdam hoſpitalarij:& promitto eum tractare, vt filium, cum pæna:an teneat iſta promiſsio:& ad quid ſim obligatus ex iſta promiſsione.*
5 *Impedimentum an remaneat inter patrem, & filium adoptiuum, ſoluta adoptione.*
6 *Filius illegitimus poteſt contrahere cum filia adoptiua patris ſui.*
7 *Filius adoptatus an poſsit contrahere cum filia adoptantis.*
8 *Adoptiuus, durante adoptione, ſi contrahit cum legitima, ſoluetur matrimonium.*

1 SI qua No.† primò, quòd per adoptionem poteſt aliqua effici alterius ſoror:quod intellige, patre illam adoptante:quia non poteſt quis ſibi fratrem, vel ſororem adoptare.ff.de hære.inſtit. l.nec apud.ſecundùm Vin.ſicut enim naturaliter frater non poteſt generare fratrem, vel ſororem:nec ad fraternitatem, vel ſororitatem poteſt naturaliter perueniri:niſi patre generante. Ita oportet hoc ordine perueniri ad ciuilem cognationem, quæ imitatur naturam, vt dixi in rub.¶ Secun
2 dò no.† quòd ius ciuile poteſt facere filios,& ſorores illos, qui ſibi non attingunt:& appellatur filiatio ciuilis,& imaginaria, quæ debet fieri, iudice approbante,& auctorizante.vt l.2.ff.de adop.¶ Sed hic incidenter quæritur. † pone,
3 quòd iſta forma non eſt ſeruata:ſed in domo coram vicinis recepit quis aliquam in filiam ſuam: ſicut ſæpe fit hic Venetiis, ubi carentes liberis recipiunt has puellas,& pueros:quos appellant filios animæ.an ergo ex illa filiatione fiat præiudicium matrimonio contrahendo.dicit Ioa.An. ꝙ nō: nec aliquod ius quæritur ex tali filiatione ſecundùm eum:quia deficiente forma abſque ſolemnitate, deficit adoptio, ſiue filiatio. ad hoc ſupra de reſcript. c.cū dilecta. in fi.



in fi.& de elec.c.quia propter.§.aliter.deficiente enim ſubſtantia nihil valet, quod agitur.ff.de contrahen.emp.l. in vēditionibus. & l. ſeq. & pacta conuenta. & dicit de hoc eſſe caſus expreſſos.ff.de proba. l.non nudis. & l.non epiſtolis. Aduerto dū dicit, ꝙ nullum ius quæritur ex receptione tali.poteſt enim eſſe verum, nullā promiſſione intercedente.
4 † Sed pone, de manibus vnius hoſpitalarij recipio vnū puerum expoſitum,& promitto eum tractare, vt filium cū pœna:an teneat illa promiſsio:& ad quid ſim obligatus ex tali promiſsione.ad hoc dic, quòd tenet, iuxta illa, quæ habētur in l.quidam cum filiū. de ver.ob.ad quid aūt tenear:an ad alimenta tm̄:an eum inſtituere, vel exhæredare. & quid iuris ſi non fecero:an poſsit, vt filius reſcindere teſtamentum.dic vt ibi per Bar.vbi refert, quo tempore incepit ſtudere in legib.dicit, ꝙ anno 13.& anno 21.doctoratus fuit. refertque ibi ſe habuiſſe magiſtrum in primitiuis ſcientijs fratrem Petrum, nullius hypocriſis, & magnæ ſanctitatis: quē erexiſſe refert hic Venetijs hoſpitale, quod nunc in vulgari dr̄ la pietà. & ſæpe ex illo loco pueros ciuibus traditur:quòd non aliter eos, q̄ vt filios obſeruarent, iuxta formam dictæ l.quidā cum filium.dic, vt ibi per eum.¶ Quæ-
2 rit gl.dr̄ hic, ꝙ quandiu durat adoptio,² impeditur matrimonium inter fratres adoptiuos,& naturales,& legitimos.
5 & ſic adoptione diſſoluta, matrimonium eſſe poterit.† quid ergo inter patrem,& filium adoptiuum? dicit, ꝙ ēt ſoluta adoptione, remanet impedimentū:& ſic eſt prohibitio perpetua.ſimiliter dicunt quidam inter adoptantem, & vxorē adoptati:& adoptatum,& vxorē adoptantis.ff.de ritu nup. l.adoptiuum.1.rñſo.Hoſt.tñ dicit, ꝙ non ſeparatur matrimoniū:niſi filia, vel ſoror ducta eſt;quia in canonib.de pluribus ſpēbus nō habemus expreſſum.ſed verius eſt, ꝙ qua ratione de iſtis exprimitur, eadē rōne ſit etiam de alijs intelligendū, ar.in eo, quod legitur,& no.de conſti.c. tranſlato.optat tamen Io.And.ꝙ Papa iſtam prohibitionē,& illā prouenientem ex iuſtitia publicæ honeſtatis ex nudis ſponſalibus reuocaret.† filius aūt illegitimus poteſt contrahere
6 cum filia adoptiua patris ſui, ſecundùm gl.quod tenent Vin. & Inn.filiæ verò ſpūali non poſſet illegitimus copulari, vt no.Io.And.ſ.tit.proxi.in rub.poſt Inn.pro quo dicto facit c.fin.ſ.tit. 1.& c.in contracto.nam ſi inter parentes filij illegitimi, & leuantem illum filium contrahitur compaternitas, eadem ratione inter leuatum,& filios leuantis.¶ Vlterius quærit gl.† nunquid filius adoptatus poſsit contrahe-
7 re cum filia adoptantis.videtur, ꝙ non;quia ſunt frater, & ſoror:per adoptionem:ergo prohibentur, vt in iſto.c. contrarium hic tenet glo.in ver.Item poſſet dici.&c.qd̄ tenent Hug.Inn. & Pe. & expone illum tex.dum dicit [ ſoror eſſe cœperit.] &c.quia pater arrogauit eam.ex hoc ergo, & ex eo, quod ſupra dixi, non ſola adoptio, vel arrogatio:ſed cōiunctio ſub eadem patria poteſtate inducit illud impedimentum.alii tamen inter arrogationem,& adoptionem nō faciunt illam differentiam:quia tex.iſte dicit [ per adoptionem.] &c.& hanc tenēt D.Lau.Tan.Vin.Got.Phil.& Hoſt.
8 & Spec.eo.tit.in prin.¶ Vltimò quærit † gl.ſi adoptiuus, durante adoptione, contrahat cum legitima: vtrùm ſoluetur matrimonium. quidam quòd non:quia illud impedimentum eſt temporale,& hoc placet Gui.in Spec.eo.ti. in prin. & omnino vide, quod ibi no.Ioan.And. gl. hic refert Hug. dixiſſe contrarium, vt in ea habes.& vide hanc glo.30.q.3. in ſumma.¶ Vltimò de iſta dictione[ quandiu:donec]& ſi. vide, quod dixi de condi.appo.c.fin. & l. Titius. de excuſa. tutorum.

A D D I T I O.

a ¶ Adoptio. Adoptio per procuratorē fieri non poteſt. Bar. in l.ita aūt. §. geſsit.ad fi.ff.de admi.tu. & in l. poſt mortem.§.neque.in 1.q.ff.de adopt.

## De eo, qui cognouit conſang. vxo. ſuæ.

Dictum eſt ſupra de cognatione ſpirituali,& legali:videndum reſtat de carnali. ſed quia ex copula conſanguineæ vxoris orit affinitatis cognatio: de quo dubitari poſſet, an diſſoluat matrimonium:Ideò ponitur hæc rub.habetur de materia.32.q.7.c.quædam.& duobus c.ſe.& c.cōcubuiſti. & 32.quæſtio.2. in quattuor vltimis cap. & dixit Hoſtien. ꝙ tota virtus huius tit.in hoc conſiſtit:videlicet ſi cognoſcatur conſanguinea vxoris, inceſtus committitur: non tamen propter hoc matrimonium præcedens diſſoluitur, vt ỹ.eo. c.diſtinctionem.& c.tranſmiſſæ.& c.Iordane.ſed ſi cognoſcatur conſanguinea ſponſæ de futuro:ſoluuntur ſponſalia, ỹ.eo.c.veniens.& c.2.& c.fraternitati.& ſequenti.

S V M M AE.

1 *Pœna, quæ ſit fornicantis cum filiaſtra.*
2 *Inceſtuoſi pœna quæ ſit.*

1 SI quis. No.† primò pœnam fornicantis cū filiaſtra, quæ aliàs appellatur priuigna.ỹ.eo.c.tranſmiſſæ. prohibetur enim petere debitum ab vxore propter affinitatē, & publicam honeſtatem:quorum quodlibet per ſe eſt ſufficiens impedimentū. & no.quòd dicit [ ſcienter.] Innuit ergo, quòd ſecus eſſet, ſi ignoranter.34.q.1.c.in lectum.¶ Sed aduerte, quia ſi habens vxorem credit fornicari cum ſoluta.& ſic committere ſimplex adulterium opinatur: ſi illa eſt filia vxoris, uel aliter conſanguinea: non videtur ecmmittere inceſtum:nec punietur de inceſtu:ſed de ſimplici adulterio, vt innuit ille tex.In contrarium tamen facit: quia ſi quis habet animum delinquendi, non metimur delictum, ſecundùm eius opin, ſed ſecundùm veritatem:quod dic, vt dixi.ſ.de biga. c. nu-
2 per.¶ Secundò not. † pœnam inceſtuoſi. perpetuò enim à matrimonio prohibetur : quod ex parte priuignæ intellige, ſi cōſenſit inceſtui:ſecus ſi tracta fuiſſet inuita:quia tūc non commiſiſſet inceſtum.ỹ.eo.c.diſcretionem.affinitas tamen inſurgit.ỹ.eo.c.diſcretionem.

S V M M AE.

1 *Affinitas ſuperueniens diſſoluit ſponſalia de futuro:ſed non matrimonium.*
2 *Pœna maior imponitur cognoſcenti matrē ſponſæ:quàm ſi adulterium commiſiſſet.*
3 *Pœnitentia peracta, vel ipſius parte, reſtituitur quis ad priſtinum ius.*
4 *Epiſcopus ſi iniuſtè confert beneficium, quod diſpenſando poſſet iuſtè conferre, diſpenſare non videtur.*

1 VEniens. † Affinitas ſuperueniens diſſoluit ſponſalia de futuro : ſed non matrimonium.inceſtuoſus contrahere non pōt.deciſa conſultatio,& diſtinguens reſponſio. ibi [ inquiſitioni.] ſecundum membrum ibi [ cæterū.] ¶ No. primò, † ꝙ maior pœna imponitur cognoſcenti matrem ſponſæ:q̄ ſi adulterium cōmiſiſſet:qd̄ intellige, vt in gl.qua-
2 re maior &c.¶ Scd̄ò no.† ꝙ pacta pnīa, vel ipſius pte, reſtituit qs ad priſtinū ius:qa paria ſunt quē abſolutū eſſe: vel

condẽnatum, ad condemnationẽ ſoluere. vt not. C. de leg.
aquil.l.1. ¶Tertiò no.ꝙ cũ diſpenſatione debebit cõtrahe
re.& dicit Inn.ꝙ ſiue agatur de clericis:ſiue de laicis, quã-
tuncunq; ſit aliquid cõtra ius,neceſſaria eſt diſpenſatio.fa-
cit quod no.Ioan.An. ſ̃.de ſtatu.mo.c.cum ad mona. ſuper
4 vlt.gl.ad fi.& per hoc patet,† ꝙ ſi eps iniuſtè confert bene-
ficiũ, quod diſpẽſando poſſet iuſtè conferre: diſpenſare nõ
vr̃.quod dic, vt ſ̃.de filiis pſby.ca.veniens.& ĩ.de ſciſma.c.
2.¶Quero.dr̃ in ver.ceterũ.nunquam eã.&c.quero de qua
debet intelligi, vel de ſponſa, quã cognouit,antequam ma
trem:vel de ipſa matre.gl.quæ incipit ſcilicet matrẽ.intelli-
git primò de matre , quæ nunquam poterit fieri eius vxor.
vel expone eã : ideſt ſponſam. ſed huic expoſitioni obſtat,
quòd ſponſa non fuit de hoc conſcia.ſ. de copula matris.er
go non debet pœnam pati.vt ĩ.eo.c.diſcretionem.Io.And.
dicit,ꝙ iſte vir, qui primò cognouit ſponſam : deinde ma-
trẽ,non poterit à ſponſa exigere debitũ : ſed exactũ debe-
bit reddere. & ſic erit viro matrimoniũ oneroſum : ſed ob.
ſ̃.de coniu.le.ca.qm̃.§.fi. ſol. hic naſcitur exceptio ex pro-
prio delicto:ibi ex caſu fortuito : qui nemini debet imputa
ri.ĩ.de homi.c. Io.vel dic,ꝙ licèt nõ debeat petere: exacta
tamen tenetur reddere, vt ibi.quod intellige.vt. ĩ.eo.c.tran
ſmiſſę. in fine.

*S V M M AE.*

1 *Matrimonium non ſeparatur ad dictum vnius aſſeren-
tis affinitatem inter coniuges præceſsiſſe.& nu.* 2
3 *Affinitas contrahitur per fornicariũ coitum: & eſt effi-
cax ad dirimendum matrimonium poſtea contractũ
cum conſanguineo cognoſcentis.*

1 DE illo. † Non ſeparatur matrimoniũ ad
dictum vnius aſſerentis affinita-
tem inter coniuges præceſsiſſe.¶Nota primò,
quòd quandoq; fornicatio eſt notoria : puta quia eam pu-
blicè detinebat.C.de nup.l.ſi vicinis.& parẽtela erat noto-
2 ria.de diuort.c.porrò.¶Secũdò no. † quòd ad dictũ vnius
matrimoniũ non diſſoluitur. quod.n.probari non põt,tace
ri debet.6.q.7.c.ſi tãtũ.& c.placuit.2.q.5.c.pleriq;.dictũ.n.
vnius nec iuſtificat : nec condẽnat. 23.q.2.c.ammonere. &
3 ſ̃.de teſti.c.licèt.¶Tertiò no.† ꝙ affinitas contrahitur per
fornicariũ coitũ. & eſt efficax ad dirimẽdum matrimoniũ,
poſtea contractũ cũ conſanguineo cognoſcentis. Ita modi
cũ mihi placet illud impedimentũ:ſicut illud adoptionis,&
publicæ iuſtitiæ,vt dixi.ſ̃.ti. 1.c.1. ſufficit tamen ita ſcriptũ
eſſe in iure,& ſequi debemus,vt l.proſpexit.qui & à qui.

*S V M M AE.*

1 *Affinitas,ſoluto matrimonio, remanet cũ cõſanguineis
vxoris defunctæ.*
2 *Adulter,& inceſtuoſus non debet ſubtrahere vxori ne-
ceſſaria.*
3 *Deſiſtẽs à peccato,ſi ad illud rediјt:dicitur redere ad vo
mitum.*
4 *Peccator contra legem matrimonij tenetur reddere debi
tum cum dolore cordis, non exigere.*
5 *Vxor an teneatur reddere debitum marito , qui pecca-
uit contra legem matrimonij.*

TRanſmiſſę. Inceſtuoſus matrimoniũ
contrahere non debet. ſi
contrahit,tenet. h.d. & ſunt duæ partes.conſulta-
1 tio,& reſponſio.ibi: [ quia verò.] ¶No.primò, † ꝙ ſoluto
matrimonio, remanet affinitas cum conſanguineis vxoris
defunctæ:ita quòd inceſtum dicitur cõmittere, qui cogno-
ſcit talem.facit Inſti. de nup.§.affinitatem.¶Secundò not.
2 † quòd adulter, & inceſtuoſus non debet ſubtrahere vxori
neceſſaria:tenetur. n. eã alere:& alia onera matrimonij ſu-
ſtinere,pro quibus conſequitur fructus dotis, vt l.pro one-
ribus.C.de iur.do.& l.dotis fructus.ff.eo.titu.¶Tertiò no-
3 ta,† quòd qui deſiſtit à peccato : ſi ad id rediit,dicitur redi
re ad vomitum.facit de pœni.diſt.3.cap.ſi autem debent.&
quod not.in cor.vnde ſumitur in Authen.qui ſemel.C.quo-
4 modo,& quando iud.¶Quartò not.† quòd peccator con-
tra legem matrimonij tenetur reddere debitum cum dolo-
re cordis,non exigere. ſed quid ſi non poteſt dolere carnis
delectatione ſuperatus?dicit Io.An.quòd ſi non poteſt do-
lere in ipſo ecceſſu:doleat ante,vel poſt actũ:non de reddi-
tione debiti ; quia facit quod debet : ſed de peccato per ſe
commiſſo.quod ipſum tali copula reddit indignum. de pœ
ni.diſ.3.c.pœnitentia eſt.dicit etiam,quod ſi continere non
poteſt,debet dare ſibi Eccleſia licentiam exigendi : nam ſi
hac de cauſa permittit ſibi , quòd contrahat : multò magis
debet permittere, quòd exigat:& tunc cum dolore accede
re debet , vt prædictum eſt. ¶ † Sed nunquid vxor tenetur
5 ſibi debitum reddere.dicit Ioan. And. quòd non, imò po-
teſt auctoritate Domini denegare.32.q.1.cap.dicit.niſi &
ipſa à tali viro debitum exegit : quia tacitè poſtea videtur
facta recõciliatio.vnde de cetero nõ habet,quid poſsit obi
icere.infra de adul. cap.ſi vir.ſupra de coniu.ſer. cap. pro-
poſuit.& ca. fi.nõ ſunt hic alia: & iſta ſuperflua,quò ad pra
cticam:natura.n.iſtis leges impoſuit inter maſculum, & fœ
minam quid agendum.

*S V M M AE.*

1 *Copula cum conſanguinea vxoris quid operetur.*
2 *Clamor maioris partis viciniæ non ſufficit contra ma-
trimonium legitimè contractũ.Fama,& rumor dif-
ferunt.*
3 *Matrimonium non debet ſeparari ad ſolum rumorem
viciniæ.*
4 *Confeſsioni coniugum an ſit ſtãdum ſuper matrimonio.*

SVper eo Non ſeparatur matrimonium ad
confeſsionem coniugum,qui di-
cunt affinitatem præceſsiſſe : etiam ſi rumor viciniæ
conſentiat. h.d. & ſunt duæ partes. prima ponit.q.ſecunda
1 ibi:[ tuę ipſius ſolutionem.]¶Not.primò † quòd iſti pete-
bant abinuicem ſeparari propter carnalem copulam præ-
cedentem cum conſanguinea vxoris: ſecus verò ſi cum tali
copula ſequeretur:quia præcedens matrimonium non diſ-
ſolueret,vt ſupra c.proxi.&.infra c.ſe.in prioritate ergo, &
poſterioritate patris eſt fienda vis,vt in ſi.ſupra de teſti.ca.
2 cum tu.& dixi in rub.de ſpon.duo. ¶Secundò not. † quòd
2 tentiam. ¶Secundò no. † quòd ſtatuta humana variantur ſecundùm tempora. & quandoque quod prouiſum eſt ad remedium, tendit ad noxam. ẛ. de reſcrip. c. ſtatuti. in prin. li. 6. quod enim ex tempore variatur, non inferimus de præterito in præſenti. & cum tempore variantur mores, & hominum voluntates, extrinſeca cauſa accedente: vnde priuilegium tollitur, vt. c. ſuggeſtum. de deci. & l. ex facto. de vulga. & pu. ſimiliter & voluntas teſtatoris, vt l. 3. §. fi. ff. de adimen. leg. ſimiliter & diſpoſitiones inter viuos, iuxta no. ẛ. de iureiur. c. quemadmodum. & ſententia, vt l. ſi fullo. de
3 condi. ſine cauſa. ¶Tertiò no. in verſi. quoniam. † ꝙ Deus multa de veteri teſtamento immutauit in nouo. ex cauſa igitur poteſt homo mutare propoſitum: ſine cauſa verò varietas, & inconſtantia reprobatur. ẛ. vt eccle. bene. c. vno. l. cum quæritur. de admi. tu. & l. in cauſæ. ff. de procurat. & l. nonnunquam. de colla. bo. & alibi dicit text. [in rebus nouis conſtituendis euidens debet eſſe vtilitas: vt diſcedatur ab eo, quod diu æquum viſum eſt] vt l. in rebus. de conſtitu.
4 princi. ¶Quartò no. † quòd conſtitutio, quæ inducit difficultatem, & pericula animarum, debet reuocari: quia tendit ad noxā: eſt. n. cōtra eſſentiā legis obſcuritas, & difficultas. 4. di. c. erit autē. eſt tamen ſeruanda, donec reuocetur, licèt dura, vt. l. proſpexit. qui & à quibus. ad quod vide no. ẛ. de immunita. eccleſi. c. quia pleriq;. vbi dixi. ¶Quintò no. ver. de cetero &c. ꝙ iſta cōſtitutio nō cōfirmat pterita matrimonia: ſed futura. & hoc eſt, ꝓpriū legis futura reſpicere, vt c. ſi. de cōſti. & qđ no. i c. licèt can. de ele. li. 6. & l. leges, & cōſtitutiones. C. de legi. ad quod vide, quod not. gloſ. ſic ergo
5 &c. ¶Sextò no. † quòd prohibitio copulæ coniugalis eſt reſtricta hodie ad quartum gradum conſanguinitatis, & affinitatis: & ſic in tribus gradibus reuocat, & corrigit ius antiquum. optabat etiam Hoſt. reuocari impedimentum proueniens ex cognatione legali. Refert etiam Ioa. And. fuiſſe in Cōcilio Lugdun. tractatum de tollendo impedimentum publicæ honeſtatis per Gregorium. 10. aliquibus viſum fuit illud ſimpliciter tollendum: alijs durum videbatur illud tolli: ſed ſuadebant dari epiſcopis poteſtatem diſpēſandi in illo. Alij ſuadebant illud reſtringi ad ſponſam primi, & ſecundi gradus tantùm: & in alijs duobus tolli: & licèt deliberatum fuiſſet per præſidentes ſecundùm hoc vltimū conſtitutionem fieri: tamen non fuit obtentum. ¶Septimò in verſicu. quaternarius. ponit rationem, quare iſta prohibitio ad quaternarium numerum redigatur: quia maritus, & vxor dicuntur vna caro: & vna caro conſiſtit ex quatuor elementis: ergo bene conuenit prohibitio quaternario numero. eſt tamen illa ratio magis ſimilitudinaria, quàm vr-
6 gens, ſecundùm Io. An. † qui de iſto quaternario numero, quomodo in alijs multis diſpoſitionibus adaptetur, inducit ſimilia: habemus enim in iure quatuor tempora. 76. di. c. 1. 4. c. euangeliſtas. & 4. doctores Eccleſiæ. de reliq. & vene. ſan. c. vno. li. 6. quatuor flumina Paradiſi, Geneſis. 2. 5. & 15. diſtinctio. c. 1. vbi etiam de quatuor ſynodis. & quatuor cœli partes, & totidem eius venti. Hieromiæ 49. [quatuor animalia plena oculis.] Apoc. 4. ẛ. de electioni. c. ſcriptum. ſic quatuor patriarchales ſedes. de priuil. c. antiqua. quatuor angeli ſuper quatuor angulos terræ. Apo. 7. [quatuor circuli per quatuor angulos archę.] Exo. 25. [quatuor Cherubin, & quatuor rotę.] Eccl. 10. [quatuor cornua, quatuor fabri, & quadrigæ.] Zach. 1. & 2. in principio. & Salomon quatuor minuta terræ dicit ſapientiora ſapientibus. Prouerbiorum. 30. & ibi de quatuor inſatiabilibus: & quatuor incognitis, & quatuor, per quæ mouetur terra. & de quatuor, quæ fortiter gradiūtur. huic igitur moderationi quarti gradus in matrimonijs multa ſimilia ex prædictis habes. de hoc autem matrimonio in Proæmio. Spec. in ſexta col.
7 verſi. in prima. ¶Octauò no. † quòd prohibitio copulę cōiugalis vſque ad quartum gradum eſt perpetua, ſicut regulariter omnis legalis: prohibitio verò contrahentium, vel ſtatuti, an ſit temporalis, vel perpetua. dic vt. ẛ. de conſti. c. ex literis. & l. ſtipul. de verbo. obligatio. & vide quod no.
8 in l. & puto. ff. de poſtu. ¶Nonò nota, † quòd matrimoniū contra iura contractum, non poteſt tractu temporis confirmari: quod enim à principio cenſetur eſſe delictum, non poteſt continuatione temporis iuſtificari: ſed magis inculpari: quod tamen non eſt perpetuum. multa enim cum continuatione temporis purgant vitium in iudice conſiſtens: quæ videas ex no. in reg. non firmatur. facit. 1. q. 1. c. cum
9 Paulus. & quod no. de iure pa. c. cura. ¶Decimò no. † quòd longitudo temporis auget delictum. quod dic, vt dixi. ẛ. de eo, qui duxit vxo. ca. cum habeat. & l. ſi diutino. de pœnis. ¶Quærit glo. vtrùm matrimonium contractum in quinto, ſexto, vel ſeptimo gradu prohibitis ante iſtam conſtitutionem confirmetur per iſtam conſtitutionem, quæ de cetero hoc permittit. quidam quòd ſic, propter tacitum conſenſum, qui poſtea accidit: & qui ſolet actum ſæpe inutilem confirmare. in contrarium facit, quia contractus iſte requirit verba, quæ ſi non interueniunt, videntur ex veteri conſenſu, non ex nouo coniungi, vt in iur: bus allegatis in gloſſ. quæ tenet, quòd ſtandum eſt pro matrimonio: ex quo poſt iſtam conſtitutionem publicam ex certa ſcientia ſic perſiſtunt. & hoc tenet etiam Hoſtien. habilitas ergo ſuperueniens confirmat matrimonium, quod eſt nullum. quid ecō uerſo. vos ſcitis, quòd hodie contrahentes in gradu conſanguinitatis, & affinitatis prohibito, ipſo iure ſunt excommunicati. infra eod. cle. 1. quid ergo. neſcitis, quòd hodie contrahentes in gradu conſanguinitatis, & affinitatis prohibito ipſo iure ſunt excommunicati: ſi à principio, quo quis contraxit, ignorabat parentelam, ſed poſtea ſciuit: an erit excommunicatus, ſi non deſiſtat. dic vt ibi not. & coniunge cle. huic. c.



*S V M M AE.*

1 *Prohibitio copulæ coniugalis an excedat quartum gradum inter aſcendentes, & deſcendentes.*
2 *Collaterales, quorū vnus eſt in quinto, alter in primo, an poſsint inuicem contrahere.*

VIr qui. Breue eſt, ideò nō ſummatur. No. primò, quòd hic ſolū quęritur de coniunctione illorum deſcendentium à ſtipite ex duobus lateribus: & inter iſtos videtur habere locum præcedēs conſtitutio, & iſta: quæ poſt quartum gra
1 dum matrimonium approbat. † quid ergo inter aſcendentes, & deſcendentes: vtrùm inter eos prohibitio huius copulæ coniugalis excedat quartum gradum? Goſ. in ſumma de conſan. §. item quartum. tenet, quòd non: quia Decretalis præcedens generaliter loquitur. alij communiter cōtra. dicunt enim, quòd inter aſcendentes, & deſcendentes prohibitio eſt perpetua. & hoc, quod dicitur de quarto gradu, habet locum in collateralibus tantū. ad hoc. 35. q. 3. c. progeniem. & 2. c. & ſe. ad hoc Inſti. de nup. §. 1. & de ritu nup. l. nuptiæ. & hoc tenet Ioan. And. in arbore conſan. & affini. ¶Secundò no. regulam, per quam reprobatur opi. Hoſtiē.
2 † quærit enim ipſe, an collaterales, quorū vnus eſt in quinto, alter in primo, poſſunt adinuicem contrahere. Hoſtien. dixit, quòd non, ſupra c. quod dilectio. nam ſecundùm eū, pater, & filius eadem perſona cenſentur. C. de impu. & al. ſubſti. l. fi. & 35. q. 3. c. hac auctor. ſicut ergo non contrahit cum ſtipite: ſic nec cum filio ſtipitis. ad hoc Decre. tua. ẛ. e. vbi dixi, & tenui contrarium poſt Io. An. in ſecundo no. qđ probat iſtud cap. dum dicit [deſcendentium ab eodem.] quod probat Ioan. An. in arbo. conſan. ad fi. vbi videas de iſtis gradibus, & differentijs inter ius canonicum, & ciuile. &c.

# De frigidis, & maleficiatis.

DIctum eſt ſupra de impedimento matrimoniorum: quia verò etiam impotentia coeūdi habet impedire: ideò de illa ſubmittit. vel aliter. dictum eſt de impedimento ratione propinquitatis. ſequitur de impedimento impotentiæ naturalis. de qua infra c. 1. & c. laudabilem. & c. fraternitati. & acci-dentalis. de qua infra cap. fi. habetur de materia 33. q. 1. p
a totū. conuenit de probat. c. propoſuiſti. In ſupraſcriptione qualiter generaliter allegatur li. 20. arguit Io. An. quòd ſufficit generaliter allegare librum. ad idem. 1. q. 1. c. vt euidēter. de præben. c. 2. in ſubſcriptione. de hoc ẛ. de coha. cler. & mulie. c. noſtra.

ADDITIO.

a ¶Per totum. Vide ibi Ioa. de Turre cre. maximè ſuper. c. fortiarias. vbi plures ponit quæſtiones, videlicet an alicuius maleficij impedimento poſſit aliquis impediri à potentia coeundi. & an maleficium impediat matrimonium. an maleficium per aliud maleficium poſsit remediari: & an poſsit eſſe perpetuum.

*S V M M AE.*

1 *Frigidus an poſsit prouocare ad diuortium.*
2 *Impotentia coeundi debet cōſiderari vniuerſaliter, nō reſpectu perſonæ certæ.*
3 *Iudicium verum debet concurrere aſſertioni viri, & mulieris.*
4 *Mulier ſi negat, quòd vir de impotentia ſua dicit: & affirmat eum verè potentem: an ſit ei credendum.*
5 *Sententia lata contra matrimonium reuocatur, ſi conſtat eccleſiam fuiſſe deceptam per euidentiam facti.*
6 *Vicarius epiſcopi abſque ſpeciali mandato poteſt de matrimoniali cauſa cognoſcere.*
7 *Mulier, quæ poſt annum, & dimidium conqueritur contra virum de impotentia coeundi, non debet audiri, viro contrarium aſſerente.*
8 *Principium rei, quæ debet continuari per tempora, refertur ad vnum, vel duos menſes.*
9 *Forma libelli, quum mulier agit ad diuortium propter viri frigiditatem.*
10 *Licentia contrahendi debet ſtatim concedi mulieri, quū conſtat de viri frigiditate.*
11 *Frigiditas qualiter probetur.*
12 *Probatio virginitatis mulieris, quæ cum viro per aliqđ tempus moram traxit, infert neceſſariò virum eſſe impotentem.*

ACcepiſti. Dicit Hoſtien. hunc eſſe c. intellectum. Si marito prouocante ad diuortium, & aſſerente ſe impotentem, mulier hoc idem fatetur: ſeruata ſolemnitate canonica, vir aſſerat ſe potentem, & vxorem carnaliter cognouiſſe: niſi per aſpectum corporis, vel alio modo certo, & indubitato conuincatur: mulier petens diuortium non auditur. ſi autem muliere agente, vir hoc idem, quod mulier aſſerit, confitetur: vel aliàs euidenter conuincitur, matrimonium ſeparatur: & mulieri contrahendi licentia datur.
1 ¶ Not. primò, † quòd frigidus prouocat ad diuortium. fortè enim non vult oneribus matrimonij prægrauari. facit quod no. 33. q. 1. c. 2. vtrùm autem hoc ſit verum, cum ſuam impotentiam ſciebat tempore contractus: videtur, quòd tunc ſibi debeat imputare, vt l. fina. C. de ſpon. & habeat eam, vt ſororem. vt infra eodem. c. conſultationi. & hoc tenet Io. 33. q. 1. c. quod autem. ¶ Secundò
2 no. tex. dum dicit[cum illa: nec cum aliqua alia.] † quòd impotentia coeundi debet conſiderari vniuerſaliter, nōn reſpectu perſonæ certæ: poteſt enim quis eſſe impotens cum vna fortè: quia habet illa membrum arctum: alia autem habet aptum: & tunc quid iuris ſit. dic vt infra. cap. fraternitatis. ¶ Tertiò not. † quòd aſſertioni viri, & mulieris debet
3 concurrere verum iudicium, & probari: quia eis ſolis non creditur, cum agitur de matrimonio dirimendo, vt ſupra de eo, qui cog. conſan. vxo. ſuæ. cap. ſuper eo. † quid
4 ergo ſi mulier negat, quod vir de impotentia ſua dicit: & affirmat eum verè potentem. dicit, quòd credendum eſt ei, ex quò ſtat pro matrimonio. ar. de clande. deſpon. c. 1. & eſt triplex rō: prima fauor matrimonij. de ſen. & re iu. c. ſi. ſecunda quia cum tales conſueuerint colaphiſari ſtimulis carnis. de eo, qui cog. conſan. vxo. ſuæ. c. Iordane. non eſt prima

prima facie veroſimile,quòd velit ſtare cum eunucho, qui
non poſsit ei reddere debitum.ar.ſ.eod.in fi.c.3.quia cum
rea ſit.& ſi nihil ꝓſtiterit:abſoluēda eſt.ſupra vt ec. benefi.
c.vno.& hoc verũ,niſi vir ipſam poſſit redarguere de mēde
cio per aſpectum,ſicut not.ſin caſu conuerſo hic per Hoſt.
¶Quartò no.in ver.ea tamen.quòd ex poſtfacto declara-
tur aliquem deieraſſe in præteritum.ſimile in l.ſi qui adul-
terij.C.de adul.præſumimus enim de preſenti in præteritũ:
ſicut econuerſo de præterito in præſenti, vt ſupra de præ-
5 ſcri.c.ſcribam.vbi de hoc.¶Quintò no.†quòd ſententia la
ta contra matrimonium reuocatur,ſi conſtat eccleſiã fuiſ-
ſe deceptam per euidentiam facti:puta illum, qui frigidus
pronunciatus eſt poſſe coire. concor.ſ.eodem.c.fraternita
tis.ſimiliter ſi poſt ſententiam de errore liquet: principis
beneficio ſententia retractatur,vt l.1.§.ſi quis vltro. ff. de
conſti.& l.1.de re iud.¶Sextò no.in verſi.illa autem.quòd
querela ſuper ſeparatione matrimonij poteſt proponi co-
ram miſſo epiſcopi.& expone,miſſo.ideſt vicario, ſecundũ
6 glo.ex qua argue,ſecundùm Vin.†vicarium epiſcopi abſq;
ſpeciali mandato poſſe de matrimoniali cauſa cognoſce-
7 re.¶Septimò no.†quòd illa,quæ poſt annum, & dimidiũ
conqueritur contra virum de impotentia coeundi:non de-
bet audiri,viro contrarium aſſerēte:præſumitur enim con
tra eam ex eo,quòd tanto tempore tacuit,ar.l.vl.C.de his,
qui à non domino manumi.& ff.de pœnis.l. ſi quis forte.
Et intellige hunc tex.quando ex parte viri non apparet de
fectus viſibilis:& mulier eſt corrupta. ſi autem eſſet virgo,
non ſolùm poſt annum,& dimidium: ſed poſt multos an-
nos audiretur,vt infra eodem.c.fi.¶Octauò no.in verſi.ſi
autem,quòd intra mēſem vnum, aut duos dicitur eſſe quæ
8 dam nouitas:& principium matrimonij.†principium ergo
rei,quæ debet continuari per tempora, refertur ad vnum,
vel duos menſes.& quod tunc agitur,dicitur ſtatim fieri.ad
9 hoc vide quod no.in l.1.ff.de fur.per Bart. ¶†Nonò not.
formam libelli,cum mulier agit ad diuortium,propter vi-
ri frigiditatem: debet enim vti honeſtis verbis: ex quibus
æquipollenter appareat virum eſſe frigidę naturæ:puta[vo
lo effici mater.vir non poteſt illa facere: propter quæ illũ
accepi]&c.oportet enim quandoque propter honeſtatem,
quod turpe eſt,temperari verbis,vt l.3.ff. de doli exceptio
ne.& l.manifeſtiſsimi.in fine.C.de furtis. ¶ Decimò nota.
10 †quòd ſtatim,cum cõſtat de viri frigiditate, datur mulieri
licentia contrahendi.¶Sed contra hoc oppo.de.c. laudabi
lem.infra eodem.vbi debet per triennium expectari. Sol.il
la loquitur de maleficiatis:hic de frigidis.vel ibi de habēti
ſemiplenam pubertatem:hic de habente plenam:puta.18.
annorum in maſculo.in femina.14.& ſic gaudebant pleniſ
ſima pubertate.ff.de alimen.& ciba.le.l.Mela.ff.de adop.l.
arrogato.§.non tantum.& Inſti.de adop.§.minorem.in ca
ſu autem plenæ pubertatis,quantùm debeat expectari.di-
xit Hoſtien.arbitrarium: poſſet enim ita ſe exhibere con-
ſpectui impotentia viri: quòd ſine aliqua dilatione poſſet
ferri ſententia: puta habet vir teſtes ad modum cicerum:
vel ſecus eſt:vel habet membrum ad modum verrucæ,quã
porrum vocamus:vel eſt hermaphroditus:talis .n. conſue-
uit membrum retrahere: & lorigam emittere ad modum
animalis,vt dicit Hoſtien.ſe vidiſſe de facto. & remittit ad
ſummam.eod.tit.§.fi.verſi.quid ſi mulier. In iſtis ergo, &
ſimilibus caſibus ſtatim feretur ſententia: quia in incertis
non certis,&c.vt l.continuus.§.cum ita. de verbo. obligat.
fruſtra enim expectatur tempus,cuius nihil operatur euē-
tus,vt l.aliquando.ff.ad Veile.ad hoc.infra eod.c.laudabi-
lem.§.1.ibi[ſi frigiditas prius probari non poſsit.]&c. iſta
ergo probatio per aſpectum corporis, & ad oculu eſt mul
tum efficax,& valida,vt no.Io.An.in arbore conſanguini-
11 tatis in princ.†probatur etiam frigiditas per iuramentum
per.7.manus propinquorum:& illud eſt quandoq; fallax,
ſ.de proba.c.penul. Item quandoque per expectationem
triennij,infra eod. c. laudabilem.diſcretus igitur, & circũ
ſpectus iudex prouidebit,quòd potius ſuperabundent pro
bationes,quàm deficiant:cum hæc cauſa periculoſa ſit. vn
de ſi videtur ei,quòd vnum, vel duo argumenta non ſuffi-
ciant,faciat præſtari tertium,ſecundùm Inno.quod placet
Hoſti.niſi cum de impotentia per aſpectum liquet,vt dixi.
¶Sed pone, quòd mulier excluſo corporis aſpectu, cum
7.manu propinquorum probat virum impotentem: & vir
cum alia.7.manu licèt velit ſe probare potentem:nunquid
eſt admittendus.dicit Inn.quòd ſic.ar. ſupra de ſpon. cap.
cum in tua.& quod hic dicitur,locum habet, quando vir
tantùm ſimpliciter dicit,quòd eam cognouit: mulier verò
iurat contrarium cum.7.manu propinquorum, aliqua præ
ſumptione ariditatis,vel alia præcedente.& hæc procedũt
(vt dixi)vbi per aſpectum viſibilem de impotentia non ap
paret.ſi verò mulier velit probare virum impotentem per
aſpectum ipſius: vel vir mulierem arctam per aſpectum
mulieris,bene eſt probatio admittēda:cum hoc promptè,
& de facili cognoſcatur, ſecundùm Inno. quod placet Ho
ſti.ad vnum aduerte,quod innuit hic glo.quæ incipit.ſupra
12 de deſpon.impuber.&c.videlicet†quòd probatio virgini-
tatis mulieris, quæ cum viro per aliquod tempus moram
traxit,inferat neceſſariò virum eſſe impotentem: quod nõ
credo: poteſt enim eſſe virgo, non quia vir ſit impotens:
ſed quia ſibi coniungi non vult: & tunc non eſt danda li-
centia nubendi alteri:ſed vir cogendus eſt ad eam accede-
re.ſi verò ambo confitentur: tunc licitè ſeparari poſſunt,
ſeruata ſolemnitate.7.manus propinquorum, iuramento,
inſpectione,& alijs,vt circunſpectus iudex viderit expedi-
re.¶Oppo.dicitur hic, quòd ſi tacuit per annum,& dimi-
dium:non debet poſtea audiri.contra imò videtur, quòd
vſq; ad triennium audiatur,infra eod.c.laudabilem.ſo. di-
cit glo.non tenet,quod hic dicitur.Idem tenet Ala. & Lau.
qui dicit iſtud c.non tenere quò ad hoc, maximè cum ne-
ſciamus auctorem. Idem Vin.qui allegat. ff. de falſ.l.vlt.
Gof.Aſten.Pe.& Ab.putant iſtam Authen.non obſt.quòd
neſciamus auctorem,propter vtilitatem,quam continet:&
ex eo,quòd redacta eſt in corpore huius voluminis. vnde
omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem impartimur.
C.de vete.iure enu.l.1.§.cunque,& ſecundùm hoc reſpon-
de ad cap.laudabilem.quod loquitur,quando lapſu trien-
nij non liquet de frigiditate.hic verò loquit,quando prius
de ea liquet. Quidam dixerũt,quòd infra illud tempus de
bet proteſtari,vt poſt illud agere poſsit.alij dicunt iſtud tē
pus continuum: illud vtile. ¶Sed iterum opp.& videtur,
quòd nullo modo debeat mulier audiri, allegans viri fri-
giditatem poſt annum,biennium, vel triennium: ſicut e-
nim ſi à principio contraxiſſet ſcienter cum tali,non poſ-
ſet poſtea reclamare,vt dixi.ſupra in primo no.Ita eodem
modo non videtur audienda,ſi cum frigido tanto tempo-
re moram traxit: quaſi diuturnitate temporis videatur in
eum conſenſiſſe, vt in fratrem.ſ.eod.c.conſultationi. Item
poteſt eſſe, quòd iſta frigiditas ſuperuenit poſt contractũ,
& conſummatum matrimonium: quo caſu ſeparari non
debent, vt no.33.quæſtio.1.in ſumma. vbi gloſ.notabili-
ter dicit, quòd ſi dubitatur, vtrùm maleficium præceſſe-
rit. an ſecutum ſit: præſumendum eſt, quòd ſecutum ſit
poſt matrimonium,fauore matrimonij.arg.C.de ædi.edic.
l.3.ad hoc poteſt dici, quòd ſi apparet inſtrumentum viri
aptum, & mulierem eſſe corruptam: habet locum oppoſi-
tio:vt præſumeretur cognita.ſi autem appareret mulier vir
go,& membrum viri aptum:tunc dicit,vt infra eod.c.fin.Si
autem appareret membrum aridum: vel aliter appareret
de eius impotentia:perpetuò audiretur mulier: & eoipſo,
quòd



quòd modò apparet de impotentia naturali, præſumitur
ſic retro fuiſſe. regulariter verò quilibet præſumitur po-
tens.50.diſt.c.quia.

*S V M M AE.*

1 *Puer præſumitur non poſſe reddere debitum.*
2 *Impotentia naturalis, & accidentalis æquiparantur.*
3 *Spado an poſsit contrahere matrimonium.*

1 QVod ſedem. ¶Not. primò, †ꝙ
puer non poteſt red
dere debitum,id eſt præſumitur non poſſe.
& eſt argu.expreſſum, quòd ante annos nu
biles completos non poteſt quis,niſi potens probetur, ma
trimonialiter conſentire:ſed prima facie præſumitur impo
tens.quod dic,vt no.ſupra de deſpõ.impu. c. puberes. hæc
tamen præſumptio plerunque per contrarium factum eli
ditur,vt ibi no.vel expone hic [puer]ideſt infans,qui nul-
lo modo cognoſcere poteſt.infra de delic.pue. cap. 1. de
hoc quanto tempore conſueuerit anticipare pubertas in
maſculo, habes exempla per Ioan. And. ſupra de eo, qui
cog.conſang.cap.Iordane.in dialogo Gregorij legitur de
9. annis,vt no.20.quæſtio.1.in ſumma.fœmina verò quan
doque prius anticipat: quia eius vas magis paratum eſt:&
tam magnum roſtrum habet picula,ſicut pica, vt ipſe not.
2 in d.cap.Iordane. ¶Secundò no. † quòd æquiparatur im-
potentia naturalis,& accidentalis:naturalis tamen impo-
tentia in impubere eſt ad tempus:ſed impotentes aliter ꝑ-
petuò prohibentur.facit l.cum ſolum.§.qui teſtamento.de
excu.tu.& quod not. in l.ſi quis ſub condi.de te.tu. ¶Op
po.& videtur,quòd illi,qui non poſſunt reddere debitum,
ſint apti ad matrimonium:puta ſenes, qui natura defece-
runt.C.de nup.l.ſancimus.ſo.dicit gloſſ.hoc debet intelli-
gi de impotētia,quæ eſt perpetua,& certa,puta quia ſectus
eſt.ſed ſenes aliquando naturę beneficio mouentur,ſecun-
dùm gloſſ. idem Goff. Vin.& Phi. pro quibus allego l. ſi
quis poſthumos.in princi.ff.de libe. & poſthum.ibi [ quia
natura magis in homine generandi: & conſuetudo expe-
ctanda eſt,quàm temporale vitium,aut valetudo: propter
quam abducatur homo à generandi facultate. ] & facit
hoc ad quæſtio.quam ibi tangit præceptor meus. vtrùm ſi
ille,qui ex concubina ſuſcepit filios,ipſam deſponſet:& in
vxorem accipiat tempore mortis, erunt filij legitimati.
3 dic,vt ibi. ¶ Querit Ioan.And.† an ſpado poſsit contrahe
re matrimonium.dicit Vin. quòd carens vtroque teſticulo
non contrahit: quia cum omne matrimonium contraha-
tur aut prolis cauſa:aut cauſa vitandæ fornicationis: & in
ſecto huiuſmodi vtraque cauſa deficiat: ergo cum eo non
eſt matrimonium.Non obſtat, ſecundùm eos,l. ſi ſerua. §.
ſpadoni.ff.de iure do.intelligitur enim de illo, qui caret al
tero teſticulo tantùm.Ioan.33.quæſtio.7.cap.hi qui. dicit,
quòd ſi ſpado habet virgam rectam, ſiue reſoluat ſperma,
ſiue non:eſt ibi matrimonium.nam talis ſatisfacit mulieri:
ſicut mulier ſatisfacit viro,ſiue reſoluat,ſiue non:nec requi
ritur,quòd ſemper in matrimonio ſit ſpes filiorum; quia
ſufficit,quòd non euitent prolem.ita dicit glo.pro qua fa-
cit,quod ſcribitur Eccleſiaſtici.20.[Concupiſcentia ſpado
nis deuirgauit iuuenculam.]

*S V M M AE.*

1 *Mulier propter arctum membrum ſeparatur à viro, niſi poſsit per medicos adiuuari.*
2 *Impedimentum quando ſuperuenit poſt ſponſalia ante carnalem copulam ſeparantur ſponſalia.*
3 *Impotentia coëundi ſi ſuperuenit ſponſæ culpa ſponſi, quid iuris.*

1 EX literis. †Propter arctum membrum
mulier ſeparatur à viro: niſi
poſsit per medicos adiuuari.ſunt duæ partes.ſecũ-
da ibi[reſpondemus.] ¶ Nota primò, quod dicit text.de
maſculo.16.annorum, & fœmina.13.& ſic erãt prope ple
nam pubertatem:quæ ſæpe ſolet anticipare tempora pu-
bertatis,vt dixi ſupra cap.1.ad fin.& loquitur iſte text. de
impotentia mulieris:quia arcta. & ſic de impotentia, quæ
poteſt ad oculum apparere. Si autem loqueremur de im-
potentia frigiditatis ex parte viri: tunc vir ipſe debet expe
ctari vſque ad annum decimumoctauum: fœmina vſque
ad.14.ſi aliter de impotentia non apparet. in Authen. de
nup.§.occaſionem.& no.Ioan.And.infra eodem.cap.lau-
2 dabilem.¶Secundò no.†quòd vbi poſt ſponſalia ante car
nalem copulam ſuperuenit impedimentum, ſponſalia ſe-
parantur:ſi autem poſt carnalem copulam ſuperuenit a-
mentia,furor,vel alia infirmitas:nunquam matrimonium
3 ſoluitur.vt c.hi qui.32.quæ.7. ¶† Quæro quid ſi iſta impo
tentia ſuperueniat ſponſæ culpa ſponſi: puta quia non po-
terat eam cognoſcere. Illa verò virum appetens, impatien
ter tulit viri carentiam:vnde morbum incurrit: vnde facta
fuit inhabilis ad matrimonium contrahendum. & ſic non
tenuit,ſecundùm Ala.& Vin.dicit Ioan.And. quòd hoc di
ctum poſſet eſſe in ſponſalibus de futuro:quaſi velit,quòd
illud impedimentum ſuperueniens poſt ſponſalia de præ-
ſenti,& ante carnalem copulam, non dirimat ſponſalia de
præſenti.ſi autem dubitatur,ante,vel poſt morbus accide-
rit:videtur præſumendum,quòd poſtea, vt dixi ſupra cap.
1.in fin.

*S V M M AE.*

1 *Fœmina qualitercunque ſit impotens, matrimoniũ erit nullum.*
2 *Contrahere quòd quis velit cum impotente, non eſt veroſimile.*
3 *Contrahens cum impotente ſi poſtea contrahat cum potente, an teneat matrimonium,*

COnſultationi. Clauſam mulie-
rem, vel arctam
poteſt quis,vt ſororem habere,:& ſi nõ vt vxorē.
hoc dicit,ſecundùm Abb. communis diuiſio. Secunda ibi
[taliter reſpondemus.]¶Not.primò formam conſultatio
nis: generaliter enim dicit [fœminæ clauſæ impotentes. ]
1 &c. † qualitercunque ergo ſit impotens: matrimonium
erit nullum. ſupra eodem.cap. quod ſedem. licèt Goff.
intellexerit Decre. in ſola arctatione. refert Ioan. And.
de facto accidiſſe in quadam domina Caracoſa: quæ ita
ſuum inſtrumentum medicinauit, intendens placere vi-
ro: quòd nec à viro, nec ab alio potuit poſtea cogno-
ſci.Iſta enim talis,licèt propter tale impedimentum ſuper
ueniens, à viro nequaquã debeat ſeparari:de nouo tamen
non poſſet contrahere, poſtquam omnino facta eſt im-
potens. vnde ſi contrahat, non tenet matrimonium, ex
quò non poteſt adiuuari, vt ſupra capi. proximo. ¶ Se-
2 cundò no.†quòd non eſt veroſimile,quòd velit quis con-
trahere cum impotente. debet enim quis contrahere, vt
vxorem cognoſcat:& filios ſuſcipiat.niſi Deus aliter reue-

let, vt ſupra de ſpon.cap.commiſſum.& lex dicit,quòd ni-
hil eſt hominibus vtilius nuptijs, tanquam ſolos homines
facere volentibus,in Auth.de reſtitu. & ea, quæ pa. §. &
hæc nos commouerunt. ¶ Tertiò nota.finem cap. [ vt
quas tanquam vxores. ] &c. quaſi dicat caſtè viuant, vt
hic.& infra eodem c.laudabilem.nam etiam veri coniuges
poſſent in propria domo continere.33.quæſtio.5. c. quod
3 Deo.¶Sed hic incidenter quæritur.†pone, quòd iſte, qui
contraxit cum impotente, poſtea contrahit cum potente:
an erit matrimonium.dicit, quòd ſic, ſi primam non co-
gnouit:licèt enim contrahere non debeat:tenet tamen, ſi
contrahat,ſicut in impubere no.ſupra de deſpon. impu. c.
de illis.aduerte tamen, quia licèt ſecundum matrimonium
teneat iſto caſu:ille tamen,qui ſcienter cum tali contraxe-
rat,cogitur arctam tenere,& alere,ſecundùm Inn. & Hoſt.
qui dicit aliquos dicere hanc Decre. non tenere. alios re-
fert,qui dicunt,quòd hic dicitur eſſe conſilium: ipſe dicit,
quòd eſt permiſſum,quandiu caſtè viuunt.quod & in ſeni-
bus,& impotentibus,qui nullo modo iuuari poſsint, poſ-
ſet locum habere.de hoc infra eod. proxim.verſi.ſed ſi am
bo.caue tamen;quia ſi tales volentes ſui luxuriam pallia-
re,inhoneſtè viuant:poterit epiſcopus obuiare.de offi.or-
di.c.1.& c.licèt.

*S V M M AE.*

1 *Maritus ſi dicatur eſſe frigidus, debet manere cũ vxo-*
*re per triennium ad experientiam copulæ carna-*
*lis.*
2 *Triennij dilatio indulgetur: ſi prius non poteſt probari*
*frigiditas.*
3 *Lapſus ſolus triennij, an ſufficiat ad ſeparationem pro-*
*pter frigiditatem.*
4 *Impotentia, licet appareat ex confeſsione vtriuſque cen*
*iugis, non ſufficit ad ſeparationem: niſi coniuncto te-*
*ſtimonio propinquorum.*
5 *Conuicini admittuntur in defectum propinquorum ad*
*teſtificandum de impotentia.*
6 *Mulier abſoluta à viro, propter frigiditatem viri, poteſt*
*alij nubere.*
7 *Matrimonium an poſsit ſeparari propter frigiditatem*
*viri.*

LAudabilem. Si de impotentia coeũ
di conſtat,ſtatim ſepa
ratur matrimonium:aliàs cohabitabunt coniuges
per triennium.& tunc ſi cum.7. manu propinquorum iu-
rant,quòd non dederunt operam carnali copulæ, nec po-
tuerunt commiſceri,ſeparantur.communis diuiſio. ſecun-
da ibi [ nos verò. ]Innocen.diuidit Decre. in duas partes.
prima loquitur, quando vnus coniugum dicit marrimo-
nium conſummatum.alter diffitetur.in hoc enim caſu da-
tur triennium,& requiritur iuramentum 7. manus propin
quorum illius:qui dicit matrimonium non eſſe conſumma
tum:nec eſt neceſſe dare triennium : ſed ſufficit iuramen-
1 tum propinquorum. ¶Nota primò,†quòd à tempore cõ
a iugij ſi maritus dicatur frigidus:a debet manere cum vxo-
re per triennium ad experientiam copulę carnalis. natura
liter enim quilibet præſumitur eſſe potens ad copulã poſt
ætatem legitimam.50.di.quia contra præſumptionem er-
go naturæ,non debet iudex eſſe pronus,vel facilis ad feren
dam ſententiam:nec etiam ad præbendam audientiam. vt
c.quia veroſimile.de præſum.& loquitur iſte tex. de frigi-
do.idem dicas in maleficiato: vt debeat per triennium ex-
pectari,vt dicit gl.2.quam tenent Lau.Tan.Gof.& Phi.In-
nocen.verò dixit propter maleficium matrimonium non
ſeparari.de quo.j.c.proxi.Hoſti.dixit in frigido non ſem-
per expectari triennium.ſed in maleficiato ſemper. j. eod.
c.fi.& quæ ratio ſit,ibi.no.ſecundùm eum. ¶Secundò no.
2 †quòd iſta dilatio triennij indulgetur,ſi prius probari non
poſsit frigiditas.ſecus ergo ſi prius poſsit de impedimen-
to apparere.& hoc tenet gl.ar.&c.quæ intelligit hunc tex.
quando aliquo modo dubitari poteſt de frigiditate. puta
quia in magna parte triennij fuit vir infirmus:vel aliàs im-
peditus:vel paucis diebus iacuit in thoro vxoris:ſi ergo an
te triennium liqueat de impotentia, non debet triennium
expectari,vt hic.quod tenet etiam Guil.in Spec.eodem ti-
tu.§.quod autem.¶Tertiò no.in verſi.& iuxta decretum,
3 &c.† quòd ſolus lapſus triennij non ſufficit ad ſeparatio-
nem:niſi alijs adminiculis confirmetur, quòd vir ſit impo
tens. puta apparet adhuc,quòd mulier eſt virgo. & hoc ve
rum, quando vir dicit ſe habere potentiam coeundi. & ha
bet naturalia ſana, & integra ad copulam apta. ſi autem
confitetur ſe impotentem: tunc loquitur verſic. ſi autem.
4 ¶Quartò no.in dicto ver.ſi autem.† ꝙ licèt ex vtriuſq; cõ
iugis confeſsione appareat de alterius impotentia, non
ſufficit ad ſeparationem,niſi coniuncto teſtimonio propin
quorum.vtrùm autem debeat expectari triennium,cum fa
tentur de plano alterius impotentiam. Hoſtien. quòd ſic.
hoc modo intelligi de iſte verſicu.& coniungi cum ver-
ſicu.quo elapſo.vel aliter ſecundùm eum poteſt dici,quòd
hic ponat alium caſum,in quo non expectatur triennium:
quod fatetur in maiore.18.annis:aliàs vſque ad illam æta-
tem in maſculo: & ad. 14.in fœmina expectari deberet.
5 ¶Quintò no.† quòd in defectum propinquorum admit-
tuntur conuicini.ſic ſupra de teſti.c. quoniam. & qui ma.
ac.poſ.c.videt.ſic & deficiente iudice.de offi. or.c.paſtora-
lis.§.fi.& eſt argumentum, quòd deficientibus compurga
toribus eiuſdem ordinis, recurratur ad inferiores, ſecun-
dùm Hoſtien.de quo infra de pur.ca.cap.cum in iuuentu-
te.¶Sextò no.quòd iſti propinqui,vel vicini,qui teſtifican
tur ſuper peritia huius rei, debent præſtare iuramentum
de veritate dicenda.alibi dr̃,ꝙ iurare non debent:ſed dẽt
ſimpliciter fidem facere ſuper eo, de quo quæritur circa
peritiam artis ſuæ,vt l.1.ff.de ven.inſpi. & l.iureiur. C. de
teſti.ſed veritas eſt,quòd debent iurare,vt hic. & l.hac edi
ctali.§.his illud.C.de ſecundis nup.& l.comparationes. de
fi.inſtru.& l.nemini.C.de aduo.di.iudi. Et aduerte ad for-
mam,qua debent iſti deponere, ſcilicet [ quòd nunquam
per carnis copulam. ]&c.& ſic videtur,quòd de credulita-
te: quia ſæpe fallit iudicium artis, vt ſupra de proba.c.pe
nul.de hoc per Barto.in dicta l.1.de ven.inſpi. & in Specu.
de proba. §. fina. de hoc quoque gloſſ. tenet hic, quòd
iurent de credulitate:ſimiliter mulier non præcisè iurabit
virum impotentem:ſed quòd ſibi fuit impotens: cum ta-
men adhibuerit omnem diligentiam in talibus expedien-
tem. Et vtrùm cum quæritur de peritia artis, debeant
adhiberi plures: vel ſufficiat vnus. dic quòd plures, ſi ha
beri poſſunt: aliàs ſufficit vnus. facit prima conſtitutio
Digeſto. in princi. ibi [ quis amplius, quàm nos cogno-
ſcit. ] & l.1.ff.ſi menſ. fal. mod.dixe. & l. ſemel. ff. de re
milit. libro 12. & in Authen.de non alie. §. quod autem.
6 col.2.¶Septimò no.†quòd mulier abſoluta à viro propter
frigiditatem viri,poteſt alij nubere: quia per talem ſepara
tionem declaratur matrimonium inter eos non fuiſſe.
¶Octauò not.in verſicu.verùm,quòd per ſequentia pro-
bantur præcedentia.concor.33.quæſtio.1.cap.quòd autẽ.
& declaratur retro fuiſſe matrimonium,concor.j.c.prox.
& l.ſi qui.de adul.& dixi.ſ.c.1. ¶ Vltimò ex dictis Ioan.
7 An.†cũ quæritur,vtrũ propter frigiditatem viri poſsit ma
trimonium ſeparari. diſtingue ſic. aut conſtat per aſpe-
ctum corporis, quòd vir eſt habilis ad copulam carna-
lem: aut conſtat, quòd eſt inhabilis: aut dubitatur. pri-
mo caſu certum eſt, quod non debet matrimonium
ſeparari. ſecundo caſu quando conſtat, quòd eſt inha-
bilis. (puta quia ſectus eſt: vel habet teſticulos ad mo-
dum cicerum:vel habet virgam deſiccatam:vel ad modum
porri.)& poteſt ſtatim ſeparari,non expectato triennij lap
ſu,vt ſupra dixi.& c.1.ſ.eo.tertio caſu quando de hoc du-
bitatur(puta naturalia viri apparent ſana,& integra, & a-
pta ad carnalem coitum.ſed dicit mulier, quòd coire non
poteſt:quia frigidus)& hoc caſu ſubdiſtingue:nam aut mu
lier dicit eum impotentem. & vir hoc idem fatetur. aut vir
hoc diffitetur:aut econuerſo vir dicit ſe impotentem: mu-
lier verò econtra dicit eum potentem. primo caſu quan-
do vterque fatetur impotentiam viri: & tunc aut mulier
tempore contractus gerebat ſe pro virgine:& tunc non ap
paret corrupta:& eis non eſt credendum: nec eſſet mulier
audienda,prætendens ab alio ſe corruptam:quia ſuam tur
pitudinem allegaret.ſupra de donatio.inter virum & vxo-
rem.cap.cum inter.aut etiam nunc apparet virgo: & tunc
aut iſte vir eſt minor.18.annorum: & non debent ſepara-
ri:ſed manere vſque ad dictam ætatem.vt ſupra de deſpon.
impube.cap.puberes.aut erat maior.18. annorum: tunc,
poſtquam ambo fatentur viri impotentiam, adhibito teſti
monio propinquorum,ſunt ſeparandi, non expectato triẽ
nio,vt verſic.ſi autem. Secundo caſu quando mulier dicit
virum impotentem:ipſe verò ſe potentem,in caſu dubij.&
tunc aut mulier apparet virgo: & debet expectari trien-
nium, vt hic.aut apparet corrupta (quia vidua erat tem-
pore contractus.) & tunc ſi vir dicit eam cognoſcere poſ-
ſe,eſt ſibi credendum:tum quia ſtat pro matrimonio: tum
quia præſumitur eſſe potens:poſtquam non apparet in na
turalibus ſuis viſibilis defectus,vt notatur ſupra cap. pri-
mo.ad finem.dicit tamen hic Ioan.And.quòd ſi vir iurat ſe
cognoſcere mulierem poſſe:cogetur ſuſtinere,quòd mulie
res hoc inſpiciant tempore coitus:certa enim ſigna ſunt in
mulieribus,quæ dicuntur cognitæ. & ſi mulieres referunt,
quòd nihil facit:poterit matrimonium ſeparari,ſecundùm
eum.quod intelligo verum, lapſo triennio, in quo ſimul
continuè habitauerint, & alijs interuenientibus: de qui-
bus infra in cap.fina.nam ſi in virgine,requiritur quòd la-
batur triennium,antequam à viro ſeparetur: qui aſſerit ſe
potentem,vt ibi.multò magis in corrupta, quæ non habet
ita efficax argumentum pro ſe, ſcilicet virginitatis: quæ
prima facie facit contra non leuem iuris præſumptionẽ, ꝙ
ſit impotens.vltimo caſu quando vir dicit ſe impotentem:
mulier verò eum potentem.dic vt.ſ.c.1.

ADDITIO.

a ¶Dicatur frigidus. frigiditas qualiter probetur. vide
Spec. de teſte.§.7.ver. hoc quandoque iuxta fin. infra
quantum tempus.de dila.§.1.verſi. aliæ experitoriæ. &
de frigi.& malefi.per totum.

*S V M M AE.*

1 *Poſt multos annos poteſt agi ad ſeparationem matri-*
*monij: ex ea cauſa, quòd mulier ſit incognoſcibi*
*lis.*
2 *Delegans poteſt cognoſcere de cauſa alteri delegata: &*
*ad ſe iudicium reuocare.*
3 *Iudex laborare debet ad veritatem inueſtigandam per*
*inſpectionem mulieris, & viri: per ſacramentum*
*vtriuſque, & viciniæ, & per omnem alium mo-*
*dum.*
4 *Mulier qualiter ſit inſpicienda.*
5 *Negatiua quòd ſit probabilis.*
6 *Nullum, & inutile æquipollent.*
7 *Diuortium quando celebratur propter arctum mem-*
*brum mulieris: datur viro licentia cum alia contra*
*hendi.*
8 *Lazarus reſuſcitatus an poſset repetere vxorem.*
9 *Religioſus reſuſcitatus an ſit ſolutus à profeſsione.*
10 *Sententia, quam conſtat latam eſſe per errorem facti,*
*retractatur.*
11 *Mulier quatuncunque ſolemniter vouerit, & conſen-*
*tiente viro: & ſi vir poſt votum vxoris cum ſecun-*
*da contraxerit: niſi mulier ingrediatur religio-*
*nem, matrimonium prius contractum reintegra-*
*tur.*
12 *Sponſalia de præſenti ſoluuntur per ſuſceptionem ſacri*
*ordinis.*
13 *Sententia diuortij, ſiue auctoritas ſententiæ excuſat*
*cum alio contrahentem: non eundem illicitè fornican*
*tem.*
14 *Sententiæ fidei, & auctoritati in dubio ſtandum eſt: do*
*nec contrarium oſtendatur.*
15 *Iudicandum non eſt de facili in dubijs, quorum veri-*
*tas declaratur ex euentu futuro.*
16 *Matrimonium an poſsit ſeparari propter malefi-*
*cium.*
17 *Conſtitutio canonica conſtituit ſæpe pro matrimonio,*
*& contra matrimonium: & poteſt habilitare, &*
*inhabilitare perſonas ad matrimonium contrahen-*
*dum.*
18 *Matrimonium propter quod impedimentum ſepare-*
*tur.*
18 *Impedimentum poteſt eſſe quadruplex à parte viri.*

FRaternitatis. Propter arctatio-
nem mulieris, ſi præ
ter diuinum miraculum abſque corporali pericu-
lo habilis reddi non poteſt, ſeparatur matrimonium: re-
integratur tamen, ſi poſtea appareat Eccleſiam deceptam
fuiſſe.communis diuiſio.ſecunda ibi [ quamuis. ]vbi qua-
tuor facit. primò ex themate in genere propoſito,diſtin-
guendo,elicit plures caſus.ſecunda ibi[ nos tamen. ] præ-
mittens ad euidentiam vnum caſum ad propoſitam quæ-
ſtionem ſoluit. tertia ibi. [ & ſi prædicta. ] determinat
quid iuris de matrimonio, quod vir contraxit cum alia.
an in eo remanere debeat: vel ad primam reuerti, inci-
denter annectens econuerſo quid iuris de matrimonio,
quod ſecundò contraxit mulier ſeparata à primo. quar-
tò ex prædictis duas quæſtiones dicit poſſe ſolui: de qui-
bus poterat dubitari. ¶ Not. primò † quòd poſt mul-
1 tos annos poteſt agi ad ſeparationem matrimonij ex ea
cauſa, quòd mulier ſit incognoſcibilis: ex ea verò cau-
ſa, quòd vir ſit frigidus (quia iſte defectus non eſt ita
viſibilis) non ita paſsim omni tempore debet mulier age-
re ad ſeparationem matrimonij, vt ſupra eodem. cap. 1.
¶ Secundò not.quòd de iſta cauſa primò cognouit archi-
presbyter,fortè ex ſpeciali mandato epiſcopi: vel eius vi-
carius, vt dixi ſupra cap. 1. aliàs non videtur potuiſſe
de iſta cauſa matrimoniali cognoſcere,vt ſupra de conſan
gui. & affini. & collige etiam, † quòd de cauſa alteri de-
2 legata poteſt delegans cognoſcere:& ad ſe iudiciẽ reuoca-

re,vt l.iudicium ſoluitur.ff. de iudi. ¶ Tertiò no.quòd iſte
epiſcopus non obſtante,quòd eſſet inſtructus de cauſa re-
latione archipreſbyteri : voluit tamen inſtrui per ſeipſum.
& cautè fecit: quia in talibus non poſſet adhiberi nimia di
ligentia : nam & hic multam habuit:& tamen poſtea dece-
3 ptus fuit: † debet ergo iudex per inſpectionem mulieris,&
viri: per ſacramentum vtriuſque, & viciniæ: & per omnem
alium modum laborare ad veritatem inueſtigandam. 23.
q.vltima.c. iudicante.facit Auten. ad hæc.C.de iudi.ſimili-
ter in matrimonio ſpirituali.ſupra de elec. c.cũ nobis olim.
& de poſtu.c.bonæ.1. ¶ Quartò no.quòd cum de facto ali
quo dubitatur,quod actum eſt in parochia:illi de parochia
potius , quàm extranei debent recipi in teſtes. & hoc pro-
pter præſumptionem plenioris notitię.ſupra de ele.c.poſt-
quam.& c.ſcriptum.& de præſum.c.quanto.aduerte etiam,
quòd dicit text.[ pudas,& diſcretas.]dicit enim Ho.quòd
non debent eſſe nimis iuuenes propter inexperiẽtiam: nec
nimis antiquæ,propter defectum viſus: cum manu enim,&
oculo talia ſunt probanda.de proba. c.propoſuiſti.& c.cau
4 ſam. † Conſuluit enim Hoſt. quòd mulier prius lauetur in
aqua calida:& diu moretur:& interim ſub fida ſit cuſtodia,
ne poſsit iterum apponere medicinas . ff.de ven. inſpi. l.1.
debent etiam eſſe bonę famę.non lenę,vel meretrices: quia
tales de facili deierarent. vnde Teren. de meretricibus lo-
quẽs ait. [Nec iſtæ metuunt Deos.nec eas reſpicere Deos,
opinor.] facit in Aut. de lenonibus.colat.2.& C. de decu-
ri.l. vltima.lib.12. ¶ Quinto not.quòd epiſcopus aduoca-
uit iſtas ad ſe:nec detulit eis iuramentum : ſed iniunxit ſub
periculo animarum, &c.gloſſ.tamen dicit, quòd iuramen-
to aſtrinxit: niſi aliter crederetur eis: fides tamen , quæ hic
data fuit, videtur habenda loco iuramenti. ſupra quod me,
cauſa.c.ad aures.& ſupra de app.c.cõſtitutus.ſecundò nec
debent iſtæ matronæ iurare de veritate: ſed de credulitate,
ſecundùm ſuam conſcientiam , & credulitatem, referendo
mulierem aptam, vel non, ſecundùm Io.An.poſt Hoſti.di-
xi ſupra c.proxi.vbi quid iuris,quando diſcordant:debent
enim tunc peritioribus dictæ artis , ſuper qua deponunt,
credere.de iure pat.l.diui fratres.& l.Labeo.§.idẽ Tubero.
5 ff.de ſup. lega. ¶ Sextò not. † quòd iſtæ depoſuerunt ſu-
per negatiua : videlicet quòd nunquam poterat eſſe vxor:
& ſic erat impedimentum perpetuum. ſed contra. ſupra
de electio. cap. cum eccleſia. vbi teſti aſtruenti negati-
uam non adhibetur fides:ſed ibi non poterat illa nega-
tiua cadere in ſenſum teſtis : hic verò ſecus. quod dic , vt
not. ſupra de elec. capi. bonæ. vbi etiam gloſſ. remittit.
¶ Septimò not. quòd iſti teſtes reddiderunt cauſam di-
cti ſui : videlicet quòd iſti naturale deerat inſtrumentum:
& intelligas ſanè , videlicet quòd habebat inſtrumentum
clauſum , & non capax.nam ſi non habuiſſet omnino : non
potuiſſet mingere , & ſic non viuere. quæ ergo habet inu-
6 tile , & non capax , dicitur non habere. † nullum enim , &
inutile æquipollent.vt in iuribus allegatis in gloſſ. no.quòd
&c.quibus concor. ff. de regulis iuris. l. non videtur cępiſ-
ſe. & l. non videtur quiſquam. & l. nihil intereſt . ¶ Octa-
uò not. in verſicu. vnde. quòd hic, ſtatim cum conſtitit de
impotentia , lata fuit ſententia diuortij ſine alio iuramen-
to , vel alia ſolemnitate. de qua ſupra capi. proxi.illa enim
ſolemnitas eſt ſeruanda , cum impotentia non apparet ad
oculum.ſecus cum in conſpectu, & ad oculum demonſtra-
tur,vt hic erat.facit quod not.in l.fina.C.de edic.di. Adria.
tollen.& l.ſi quis legatum. ff. de fal. vbi per Bar.de vitio vi-
7 ſibili. ¶ Nonò no. †. quòd vbi propter arctum membrum
mulieris diuortium celebratur:datur viro licentia cum alia
contrahendi : mulieri autem ſuadetur continentia: ſed non
imperatur.32. quæſtio. 1. cap. integritas . ¶ Decimò not.
in verſi. quamuis. quòd Papa dubię, & implicitæ quæſtio-
ni , diſtinguendo , reſpondet. idem facit Imperator. C. de
impu.& a l iis ſub.l. precibus.aliter facit Papa in capitu. de
muliere. de ſpon. dixi ſupra de reſcrip. cap. ſuper literis.
¶ Vndecimò not. quòd quoddam eſt votum continentiæ
ſimplex:quoddam ſolemne.de vtroque dic, vt not.infra de
voto.cap.1.lib.6. ¶ Duodecimò not. in verſicu.nos tamen.
quòd de illo,quod accidit diuino miraculo,non eſt curan-
8 dum.& inducit Ioan.And.in argu. † quòd ſi Lazarus reſu-
a ſcitatus a repeteret vxorem, vel eccleſiam, non teneretur eũ
recipere.7.queſtio.1.cap.eos.de hoc not. 32.queſtio.7.ca.
2. vbi etiam quæritur de rebus , quæ reliquit eccleſijs : an
ſint ſibi reddendæ . ſic etiam dubitari põt de baptiſmo , &
ordine:& an recuperet priuilegia perſonalia,quę cum per-
ſona extinguuntur.refert hic Ioan.And.Tan. dixiſſe ipſum
ad omnia reſtitutum. Hugo & Ioan. contra, quorum opi.
in verè mortuo verior eſt de rigore iuris . Si verò in mo-
numento vnius apparuiſſet ( quod interdum accidit) tunc
nulla dubitatio . & idem ſi dubitetur,an ſit reſuſcitatus: an
9 viuus repertus. eadem † quæſtio formatur de religioſo re-
ſuſcitato,an ſit ſolutus à profeſsione. & prædictum capitu.
2.32.quæſt. 7.in fi. facit, quòd non : quia nunquam Deus
moritur,vt ibi. Deo autem principaliter obligatur in pro-
feſsione , vt not.Ioan. And.de conditio. ap. cap.vlti.de iſta
quæſtio.not.in l.nam ad ea.ff.de legi. ¶ Decimotertiò not.
10 † quòd cum conſtat ſententiam latam eſſe per errorem fa
cti probabilem, retractatur : & ſic poteſt reuocari ſenten-
tia,ſi conſtiterit per errorem lata. quod eſt verum in cau-
ſa matrimoniali : in qua ſententia nunquam tranſit in rem
iudicatam , vt cap.lator.& cap. conſanguinei. de re iudi.in
alijs verò cauſis. an poſsit poſt ſententiam allegari error
ad eius retractationem. dic, vt cap.fina. ſupra de confeſ. &
cap.cum Bertoldus.de re iudica.facit infra de priuile.c. cũ
olim.2. ad fi. ¶ Decimoquartò not. text. ibi [ cuius ſimili
commiſcetur. ] &c.quòd illa, quæ eſt cognoſcibilis vni,eſt
cognoſcibilis illius ſimili. & iſtud [ eius ſimili. ] &c.expo-
nitur duobus modis: primò vt non fiat comparatio inſtru-
menti primi cum inſtrumento ſecundi : ſed eoipſo, quòd
eſt cognoſcibilis vni viro , præſumitur cognoſcibilis alteri.
alio modo debet intelligi , vt verbum ſonat : videlicet vt ſi
primus habeat membrum ſimile ſecundo: præſumatur,
quòd à primo cognoſci potuerit , ſicut potuit à ſecundo.
ſi autem primus pateretur elefantiam : quia habet mem-
brum ita carnoſum , quòd excedit alia membra in groſsi-
tudine,& longitudine:ſecundus verò habet membrum cõ-
petens: non deberet fieri iſto caſu reſtitutio primo , quem
mulier pati non poſſet.& ſic intellexerunt hanc literã Gof.
& Vin.quibus concor.Ouidius quia ait.

*Quam malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci.*
*Tam premitur magno coniuge nupta minor.*

Si ergo de hoc oculata fide conſtiterit, poterit tutè proce-
di,ſecundùm tenorem.c.quod ſedẽ. ſ.e. videtur tñ Inno.&
Hoſt. primus intellectus verior : & non iſte ſecundus : quia
perſonarum abſentium non fecit hic Papa comparatio-
nem. conſultatio etiam hoc non continebat. præſumit igi-
tur , quòd primus potuit illam cognoſcere : ex quò alius
illam cognouit. per quod patet ſententiam latam per fal-
ſos teſtes: quia mulieres illæ falſum dixerunt : & ideò ſen-
tentia retractanda : vel nulla pronuncianda.ſupra de exce.
cap. cum venerabilis. & licèt iſte intellectus Inno. & Ho-
ſtien. poſsit conuenire huic cap. tamen primus Vincen. &
Gof.videtur etiam in ſe verus: vt ſi maritus excedit in mẽ-
bro nimis conſuetam menſuram : & liqueat euidenter ,
quòd mulier non poſsit eum ſuſtinere : ſed alium poſſet:
hac ratione debeant ſeparari : cum ſatis poſsit dici im-
potens quò ad ipſum, vt ſupra e. capitu. quòd ſedem.
¶ Decimoquintò nota in verſi.& ſi prædicta. ſecũdùm In.
† quòd



11 † ꝙ quantuncunque mulier ſolemniter vouerit,& conſen-
tiente viro:& etiam(quod plus eſt) quamuis vir poſt votũ
vxoris cum ſecunda contraxerit:niſi mulier ingrediatur re
ligionem:tamen matrimonium prius contractũ reintegra
tur:nam hic patet,quòd cauſa diuortij eſt adulterium:non
tale votũ.ſed contra.ſ.de conuer.cõiu.c.ex parte ſecundo
ſol.aliud eſt ingredi monaſterium,& profeſsionem facere:
vel voto ſe obligare ad obſeruantiam regularem de præ-
ſenti:aliud ſolemniter vouere continentiam.quod qualiter
fiat, no.Innocen.ſupra de reg.cap.porrectum. aliud eſt vo
uere ſimpliciter.in primo caſu votum non ſolum impedit
matrimonium contrahendum:& dirimit contractum poſt
votum:ſed etiam dirimit ante votum nondum carnali co-
pula conſummatum.de conuer.coniu.c.ex publico.In ſecũ
do verò caſu quando votum ſolemniter emittitur:& ſi im-
pediat,& dirimat matrimonium contractum poſt votum:
non tamen dirimit contractum ante votum,vt hic,& ſ.qui
cle.vel vo.c.inſinuante.Illa enim Decre.loquitur de vouen
te continentiam:non de profitente religionem: aliàs malè
ibi diceretur,ꝙ in domo propria remaneret:quod eſt con
tra ſubſtantiam monachatus.ad quod vide no. per Io. An.
in c.dudum.de conuer.coniu.in gl.ſatis fatuus. In tertio ve
rò caſu,quando votum emittitur ſimpliciter : non dirimit
contractum etiam poſt votum: ſed impedit contrahendũ.
ſ.qui cle,vel vo.c. rurſus.ſm̃ Inn.& Io. An. cuius hæc dicta
ſunt ad literam. ¶ Decimoſextò no.in ver. niſi ſe voto,&c.
12 ar.ſm̃ Pe.& Ab.† ꝙ ſponſalia de præſenti ſoluantur per ſu-
ſceptionem ſacri ordinis:cum per ſacrũ ordinem ſolẽnize
tur votũ continentiæ.ſ.qui cle.vel vo.c.rurſus. de hoc vide
13 per Io.An.j.de voto.c.vno li.6. ¶ Decimoſeptimò no.† ꝙ
ſententia diuortij,ſiue auctoritas ſententiæ excuſat cũ alio
contrahentem,nõn eundem illicitè fornicantem.facit. j. e.
1.c.referente. ¶ Decimooctauò no.in ver. quandiu articu-
lus.&c.ꝙ ratione dubij non præſumitur mulier fornicari:
nec eſt delictum in dubio præſumendum,vt l.meritò. ff. ꝓ
ſocio.multa enim in hac dubitatione excuſant mulierem à
fornicatione:primò quia fuit per eccleſiam ſeparata.32.q.
7.c.quemadmodum.ſecundò quia publicè nupſit.ar. l.fin.
ff.de ritu nup.tertiò quia in dubio potuit habere bonam fi
dem:quia ſententiam diuortij latam perpetuò valere cre-
didit.vnde licèt iniuſta ducta credulitate,tamen excuſatur
ab adulterio,quod non committitur ſine dolo,vt l. fi. ff. de
14 adul.† In dubio.n.fidei & auctoritati ſententiæ ſtãdum eſt:
donec contrariũ oſtendatur,vt ſ.de fide inſtru. c. accepi-
mus.verſi.interim.& l.iure noſtro.ff.de te.tu. ¶ Decimono
nò no.in ver.ſed amodo. quòd poſtquam cõſtat parti,pro
qua lata eſt ſententia,ipſam latam per errorem : debet ab
eius vſu abſtinere:ex tunc enim incipit habere malam fidẽ.
facit l.ſi quis inficiatus.ff.depoſi.& quod no.in cle. 1.de cõ
ſang.& affini. & l.& ſi contra.C.de inceſ.nup.& l.rem non
nouam.ff.de iudi.& vide quod not. in ſimili ſupra.de con-
ceſ.præben.cap.1. ¶ Viceſimò no. quòd ex ſolutione v-
nius dubiæ quæſtionis ſoluuntur & aliæ:quandoque econ-
uerſo contingit , quòd ſolutio vnius præbet viam ad alias
quæſtiones,vt ſupra de voto.cap.ex multæ. & infra de ver
15 bo.ſignifi.c.nouimus. ¶ Viceſimoprimò no.† quòd de iſtis
dubijs,quorum veritas declaratur ex euentu futuro , non
eſt de facili iudicandum.quod intellige,vt in gl.ſi.tpe igitur
indigemus,vt aliquid maturius agamus.50.di.c.qeſcamus.
cum ſi. ¶ Quæro.iſte tex.loquitur in muliere,in qua ſi per
16 aſpectum apparet defectus:fertur ſententia diuortij. † qd
in viro maleficiato: an ſeparabitur propter maleficium ab
vxore,glo.quæ incipit argum.quòd &c.refert quoſdam di
cere,quòd non.vt Da.& Archi. quos ſequitur Innocen. &
3 *Filij nati ex matrimonio illicitè contracto ſunt illegiti-
mi: ſi coniuges ſciunt impedimentum.*
4 *Filium ſpurium quidam habebat: & ex eo nepotem le
gitimum, & naturalem: an poſsit eum hæredem in
ſtituere.*
5 *Nepos ſpurius ex filio ſpurio an poſsit inſtitui ab
auo.*

CAuſam. Illegitima eſt proles: quam,
viro viuente, vxor ex adulte-
ro concipit, ſiue cum ipſo adultero, ſiue cum ip-
ſo viro moretur. ponit duos caſus pronunciationis fiendę.
& cauſam ſubdit. ibi [quia non.] ¶ No. ſecundùm poſitio-
nem caſus, quam glo. facit. j. eod. cap. cauſam quæ. hic erat
queſtio de hæreditate Rodulphi inter R. natum ex Agatha
filia dicti Rodulphi, & fratrem Rodulphi auunculum ma
gnum dicti R. Iſte enim. §. volebat excludere dictum R.
tanquam natum ex Agatha ſpuria: licèt ipſe eſſet natus ex
legitimo matrimonio ab Agatha poſtea contracto, vt di-
cit glo. j. eodẽ. c. cauſam quæ. ¶ Et retento iſto intellectu,
1 no. primò, † quòd non ſolùm filij ſpurij excluduntur à ſuc-
ceſ. paterna, vt in Authen. qui. mo. na. effi. ſui. ad fi. col. 7. ſed
etiam excludũtur nepotes legitimi, & naturales ex ſpuriis
deſcendentes: & hoc in ſucceſ. abinteſtato: in qua nec ne-
pos naturalis ex filio legitimo: nec nepos legitimus & natu
ralis ex naturali filio ſuccedit auo, vt l. fi. de na. li. ex teſta-
mento verò an legitimus ex filio ſpurio poſſet ſuccedere
2 auo, dicam ſtatim. ¶ Secundò no. † quòd licèt filij natura-
les ſuccedant matri, vt Inſti. ad Orfi. per totum. tamen non
ſuccedunt abinteſtato, conſanguineis venientibus ex late-
re paterno ipſius matris: ratio quia nec ipſa mater ſucce-
deret: & ſic per conſequentiam non poteſt ius ſucceſsionis
in ſuos poſteros deriuare, vt l. fina. præalle. ibi [nulla legiti-
ma conſequentia in huiuſmodi perſonis cuſtodiatur.]
3 ¶ Tertiò no. † quòd filij nati ex matrimonio illicitè contra
cto ſunt illegitimi. quod eſt verum, ſi coniuges ſciunt im-
pedimentum, vt ſupra eodem. c. 2. ¶ Quartò no. ꝙ poteſt
eſſe, quòd habitante marito cum vxore, aliquis naſcatur ex
illa: & ſic filius alterius quàm mariti. quod tamen non eſt
in dubio præſumendum, vt l. filium diffinimus. ff. de his,
qui ſunt ſui, vel al. iur. & ideò text. dicit hic [ſi conſtiterit]
&c. quaſi qui de alio, & in adulterio iſtam Agatham na-
tam dicit. hoc probet, & limitatè. ſcilicet tempore, quo vi-
uebat Alanus Anelinæ maritus. facit ad no. ſupra de ſpon.
4 du. in rubrica. ¶ † Quæro. quidam habet filium ſpurium, &
ex eo nepotem legitimum & naturalem: an poſsit eum in-
ſtituere hæredem. & videtur, quòd non: quia qua ratione
excluditur filius: eadem ratione nepos in eius poteſtate cõ
ſtitutus, vt l. quæritur. de bonis liber. & de iure pa. c. qui cõ
tra legem. præterea ad ſpurium non poteſt peruenire de
bonis patris nec directò, nec per mediam perſonam. ff. de
dona. cauſa mor. l. quod condi. & l. ſi is qui bonis. de vul. &
pup. ſed ſi illa inſtitutio eſſet valida, per mediam perſonam
nepotis perueniret ad ſpurium vſusfru. contra dicta iura.
ad idem facit. C. de ſecundis nup. l. hac edictali. circa me-
dium. præterea quando relinquitur tam coniunctæ perſo-
nę, ſicut filio ſpurio: de facili pręſumitur fraus, vt l. penul. §.
1. de bonis lib. ibi [facilior, quàm ſuſpicio.] & c. præterea vi
tium patris porrigitur ad filios, vt l. quiſquis. ad leg. Iul.
ma. facit. 1. quæſtio. 1. cap. vulnerato. ibi [ex infecta radice
fru-



fructus non producitur.] & non poteſt mala arbor bonos
fructus facere. Math. 7. ¶ Contrarium conſuluit Bar. ſcili
cet, quòd auus poſsit inſtituere hunc nepotem filij ſpurij.
primò hoc probat: quia vitium, & pœna patris nocet, in
his tamen, quæ ex perſona patris deſcendunt: non in his,
quæ aliunde obueniunt, vt dicit text. in l. 3. de inter. & rele.
ad idem facit de ſena. c. emãcipatum. in fine. ſed iſte nepos
capit ab auo: non autem à patre ſuo. ergo &c. præterea ſi-
cut ſpurius non poteſt capere: ita nec etiam deportatus,
vt. C. de hæredi. inſti. l. 1. ſed deportatio filij non nocet ne-
poti, quin ipſe poſsit capere. ergo &c. ff. de bono. poſ. cõtra
ta. l. 1. in fi. & de bo. lib. l. ſi neceſse. §. ſi deportatus. ergo in
propoſito perſona filij non nocebit nepoti. præterea ingra
titudo filij non nocet nepoti: quia ipſe ex ſua perſona ha-
bet querelam, l. 3. §. ſi emancipatus. de contra tab. per Dy.
in c. non debet aliquis. de regu. iu. li. 6. Ita in propoſito fi-
lius non nocebit nepoti. præterea ego video, quòd ſi filius
eſt hæreticus, & infidelis: non nocet nepoti filij, quin ſucce-
dat auo. C. de hæret. l. cognouimus. præterea in his, quæ ac-
quiruntur filio, & per filium, non quæritur patri. vitium e-
nim, ſiue macula patris non nocet: puta ſi filius eſt eman-
cipatus, vel eſt in poteſtate, & tractatur de eo, quod patri
non quæritur, vt l. quæritur. de bo. li. & l. diui fratres. de iu-
re pa. & l. qui contra. eo. ti. ſed poſtquam ſpurius non eſt ca
pax bonorum patris, nõ percipiet vſumfructũ ꝓp defectũ
perſonæ ſuæ: ſed remanebit penes proprietatem, ſecundũ
regulam communem, Inſti. de vſufructu. §. fin. Non obſtat,
quòd ad iſtam inſtitutionem nepotis auus motus fuerit cõ
templatione filii non capacis ſuę ſucceſsionis, vt l. ſi plures.
§. in arrogato. de vulg. & pupil. nam debes ſcire, quòd quã
do quis inſtituitur propter alium occaſionaliter: vt puta ꝓ
pter vnum hominem aliquis habet notitiam Titij: & ex
hoc inductus eſt in tantam amicitiam, quòd eum hęredem
inſtituit propter ſeipſum, non propter alium: tunc iſti alte-
ri non quæritur. caſus eſt expreſſus. ff. pro ſocio. l. ſocium.
& ita in quæſtione noſtra. nam hic nepos eſt notus auo
propter filium: tamen auus inſtituit eum, non propter
filium, ſed propter ſeipſum: & ſic non propter patrem
eius. præterea videtur caſus in l. fina. C. de na. li. nam, vt
bi dicit text. [Iugum patrum refrænandum fuit ſolùm in
iberis primi gradus: non autem in nepotibus.] Non ob.
ſtat, quòd ibi loquitur in filijs naturalibus, non in ſpurijs:
quia illa ratio, quæ eſt in filijs naturalibus, eſt in ſpu-
riis. & glo. ordi. ibi dicit in ſpurijs eſſe idem: quod ibi di-
cit text. in naturalibus. ex prædictis conſuluit Barto. inſti-
tutionem factam de dicto nepote legitimo validam eſſe:
& latè dictam quæſtionem proſequitur, & concludit, vt
dixi in l. Gallus. §. quid ſi idem. ff. de libe. & poſt-
hum. idem diſputando tenuit Iacob. de Bel. & ponit in l.
1. C. de na. li. Specu. ipſam ponit in titu. de ſucceſ. abin-
teſta. §. 1. & prædicta (vt dixi) in themate procedunt:
cum nepos eſt legitimus ex ſpurio, qui habuit eum ex
vxore: & idem, quod ſupra, conſuluit Dominus Federi.
5 conſilio. 55. ¶ † Quid ergo dices de nepote ſpurio ex
filio ſpurio: an poſsit inſtitui ab auo. Doctor meus domi-
nus Bald. dicit indignisſimum ſibi videri, quòd nepos
ſpurius ex filio ſpurio ſuccedat auo: cum laboret ſordita-
tate propria, & paterna: & ideò dicta l. fina. C. de na. li.
ſub certis finibus permiſsiuis, & taxatis loquitur: nec
loquitur de nepote ſpurio, ſed naturali duntaxat: qui ex
legitimo concubinatu eſt. de hoc tamen non habemus l.
expreſſam permittentem, vel prohibentem, vt ait. adde
tu d. l. fina. glo. tamen dicit in Aut. qui. mo. na. effi. ſui. §. fin.
quòd vbi non reperitur expreſſa prohibitio: intelligitur eſ
ſe permiſſum. & illa gloſſ. multum facit pro opin. illa, quòd
iſte nepos ſit capax quò ad auum. ad hoc. ff. de vulga. & pu
pil. cap. is qui. in ratione ſui. ipſe tamen in prædicto nepote
ſpurio ſic diſtinguit. aut iſte inſtituitur vt nepos: & non
valet inſtitutio, argum. G. de fideicomiſ. l. eam quam.
de hæredi. inſtit. l. nec apud. aut vt extraneus; quia be-
ne meruit, & probantur merita præceſsiſſe: & tunc valet. C.
de inoffic. te. Authen. vnde ſi parens. aut dubitatur: & in du
bio affectio naturalis inducit præſumptionem, quòd vt ne
poti: & ſic non valet. argumen. ff. de pactis l. ſi tibi. §. ſi
pactum. nam iſta affectio eſt ex mala, & damnata radi-
ce, & vitium non eſt purgatum, ſed continuatum. argum.
C. de hæreti. Authen. idem eſt de Neſtorianis. & ſi dice-
remus contrarium: certè in perpetuum poſſet l. fraudari:
nunquam enim quis inſtitueret filium ſuum ſpurium: ſed
diceret [inſtituo deſcendentes eius.] & ſi nepos ſpurius
deberet ex hoc ſuccedere: daretur patri nepotis mate-
ria adulterandi, & ſtudendi qualicunque procreationi li-
berorum, etiam nefariæ, & inceſtuoſæ. quod non credo,
principem ſummum amatorem caſtitatis concedere vo-
luiſſe. Iudico ergo aui hunc nepotem, quem non me-
rentem, ſed demeritum ex qualitate vitæ apparet, ex ſola
poteſtate inſtitutionis, vel reſtitutionis hæreditatis cape-
re non potuiſſe. credo & conſulo: ſalua tamen ſemper
ſententia veriori. iſta ſunt verba præceptoris mei in quo-
dam ſuo conſilio. qui ſubiungit, vtrùm poterit capere vi-
gore legitimationis Imperialis factæ poſt mortem patris.
dicam infra eodem cap. per venerabi. vbi circa legitimatos
aliqua dicam. prædicta igitur ad iſtud cap. applicando ha
beas, quòd iſta Agatha filia Roberti fuit ſpuria: & ex ma-
trimonio, quod ipſa contraxit, natus fuit. R. & an potue-
rit inſtitui à Roberto auo ſuo. ex conſil. Barto. dicas quòd
ſic: poſtquam iſta ſpuria dictum R. ſuſcepit de legiti-
mo matrimonio. ſi verò eum ex nefario, vel damnato
coitu ſuſcepiſſet: non potuiſſet ab auo inſtitui: ſicut nec
ipſa ſpuria, ſecundùm conſilium Bal. abinteſtato verò ne-
pos iſte natus ex ſpuria non ſuccedit auo: ſiue ſit legitimus,
ſiue ſpurius, vt in iſto c. coniuncta poſitione caſus. de qua.
j. eod. c. cauſam quæ.

*S V M M AE.*

1 *Nepos ex filio præmortuo admittitur vnà cum filio ſu-
perſtite.*
2 *Macula, ſiue ſordes patris obſtat filio.*
3 *Quæſtio legitimitatis incidens coram iudice ſeculari:
non per eum, ſed per eccleſiaſticum iudicem eſt cogno
ſcenda.*
4 *Iudex ſecularis, coram quo incidit quæſtio ſpiritualis,
remittens eam ad eccleſiaſticum, non poteſt illi præ-
figere terminum, vt dictam quæſtionem termi-
net.
Et quid ſi coram eo veritas non probatur nume-
ro. 7.*
5 *Terminus ſi præfigitur ad probandam exceptionem per
emptoriam: vltra terminum opponens non audi-
tur.*
6 *Terminus an poſsit præfigi actori ad agendum.*
8 *Naturales in quibus caſibus, & inquantum admittan
tur ad bona paterna.*
9 *Papa per ſpecialem, vel generalem cõſtitutionem poteſt
admittere illegitimos ad ordines, & honores, et tolle-
re maculam genituræ.*
*Imperator ſimiliter quò ad hæreditas temporales.*

10 *Legitimati an ſuccedant in feudum.*
11 *Iudex eccleſiaſticus, qui debet cognoſcere de exceptione legitimitatis oppoſita corā iudice ſeculari, an debeat procedere ordine iudiciario.*

LAtor. Queſtio natiuitatis oppoſita petēti hæ
reditatem coram iudice ſeculari eſt
ad eccleſiaſticum iudicem remittenda. & ſunt due
partes. prima appellantis conqueſtio. ſecunda appellantis
commiſsio. ibi [ ideoque. ] ¶ Not. primò, quòd iſte. R.
nepos vendicabat hæreditatem aui: & volebat ad ipſam
admitti vnà cum patruo, id eſt fratre patris. & ita eſt de iu
1 re; † quia nepos ex filio præmortuo admittitur vnà cum
2 filio ſuperſtite. † & ſi ſunt plures nepotes, admittuntur in
ſtirpes, non in capita, vt l. ſecunda. & 3. C. de ſuis, & legi-
3 timis hæredibus. ¶ Secundò not. † quòd macula, ſiue
ſordes patris obſtat filio: nam ſi pater iſtius. R. erat ille-
gitimus, non poteſt iſte. R. ad ſucceſ. aui, mediante perſo
na patris illegitimi, peruenire. Sed aduerte, quia quan-
doque filius excluditur à ſucceſ. patris, ratione illegitimi-
tatis: & tunc ſimiliter filius eius in conſequentiam, vt l.
fin. C. de natu. lib. & hoc abinteſta. ex teſtamento aui ſe-
cus, vt dixi ſupra cap. proximo. quandoque filius exclu-
ditur propter demerita: & ſic exhæredatur à patre. & tūc
non obſtat nepoti delictum patris quò ad ſucceſ. vt l. pri-
ma. §. quidam. & l. 3. §. ſi emancipatus. in fi. de contrata.
quandoque pater excluditur repudiatione: & tunc an per
ſucceſſorium hæreditas aui deferatur ad nepotem: dic, vt
l. qui ſe patris. C. vnde lib. vbi plenè, an nepos poſsit omiſſa
hæreditate patris, immiſcere ſe hæreditati auitæ. & quid iu
ris, ſi filius fuit præteritus, vel exhæredatus, & tacuit: an ius
dicendi nullum; vel querela inofficioſi tranſeat ad nepo-
tem: vel ad hæredem extraneum ipſius filij. dic, vt l. pater
filiam. ff. de inoffic. teſtamen. in repetitione Barto. & Bald.
quandoque pater excluditur; quia hæreditati paternæ ſe
non immiſcuit: tunc an nepos ad aui ſucceſsionem veniat
per viam tranſmiſsionis, an iure ſuo. dic, vt dicta l. qui ſe
patris. & l. ex militari. §. fin. ff. de teſtamento militari. per
Bart. & l. ſi infanti. de iure delib. quod ergo dicit hic text.
[ iure ſucceſsionis vendicare. ] &c. iſta ſucceſsio poteſt ex
diuerſis capitibus prouenire, vt apparet ex prædictis.
3 ¶ Tertiò not. † quòd quæſtio legitimitatis incidens co-
ràm iudice ſeculari, non per eum, ſed per eccleſiaſticum
iudicem eſt cognoſcenda. & aduertendum, quia hoc vi-
detur verum, non ſolùm ſi inter coniugatos eſt quæſtio: ſed
etiam, ſi cum filijs eorundem, & alijs poſt mortem pa-
rentum, quod videtur mirum: cū reſpectu filiorum ſufficiat
probare merum factum. ſcilicet quòd parentes eorum
pro coniugibus habebantur, vt not. Innocen. in cap. illud.
de præſumptio. & cap. veniens. de verborum ſignificat. ſed
cum illa poſſeſsio adhæreat rei ſpirituali, id eſt matrimo-
nio: idem iudicium eſt habendum, vt cap. quanto. de iu-
di. & cap. tranſlato. de conſtitu. & vide, quod circa iſtam
quæſtionem ſpiritualem incidentem coram iudice ſecula-
ri dixi ſupra de ordi. cogni. cap. tuam. ¶ Quartò no. quòd
ad quæſtionem incidentem terminandam per iudicem ec-
cleſiaſticum præfigantur duo menſes. ſi. ſupra de conuer.
coniug. c. ex publico. dicit tamen Io. And. poſt Pet. & Ab.
quòd illud tempus non eſt ordinarium: vt ſcilicet ſemper
quæſtio natiuitatis ad iudicem eccleſiaſticum remiſſa intra
duos menſes debeat terminari: ſed Papa propter aduerſa
rij maliciam præſumptā ſic voluit breuiare. ad hoc de ord.
cog. c. tuam. & pro hoc vide, quod dixi poſt Docto. ſupra
de conceſ. præben. c. poſt electionem. ¶ Quintò not. quòd
ex eo, quòd Papa ſtatuit hic terminum iudici eccleſiaſti-
4 co, collige argum. † quòd iudex ſecularis, coram quo in-
cidit, & remittit quæſtionem ſpiritualem, non poſsit il-
lum terminum præfigere iudici eccleſiaſtico: vt dictam in-
cidentem quæſtionem expediat infra certum tempus, ar-
gumen. ſupra de appella. c. ex inſinuatione. & no. Bartol. in
l. ſecunda. de re iudic. ¶ Sextò not. quòd iſte H. qui
obiecit illegitimitatem, debet hoc probare. quomodo au-
5 tem hoc procedat, dicam poſt gloſſ. ¶ Septimò no. † quòd
præfigitur terminus ad probandam exceptionem perem-
ptoriam: vt vltra terminum non audiatur. de quo dic, vt
ſupra de except. cap. paſtoralis. & ad hoc vide, quod not.
in clem. ſæpe. §. quia. in glo. patet ergo, &c. & in gloſſ. vbi er
6 go. † actori autem vtrùm poſsit præfigi terminus ad agen
dum. dicit Ioan. And. quòd ſic, ex cauſa iuſta, argum. ſu-
pra de fide inſtrumen. cap. accepimus. & plenè in l. prima.
C. vt nemo inuitus. & enumerat Ioan. And. hic aliquos ca
ſus: in quibus quis cogitur agere cauſatiuè, propter pe
riculum vitandum, vt tutores, & curatores. de quo per Bar.
in l. prima. ff. de adminiſtra. tuto. Item negociorum geſto-
res, ſi poſſunt agere ſine mandato, vt l. ſi autem. de nego.
geſt. Item procuratores, & adminiſtratores ciuitatum. ff.
de adminiſtra. re. ad ci. per. l. fin. §. quarto. & l. pen. Item hæ
redes vindicare debent necem defuncti. vt C. ad Sill. l. fi. &
actori, citato reo, vel lite conteſt. vt Authen. qui ſemel. C.
7 quomodo, & quando iud. ¶ Octauò not. † quòd ſuper in-
cidenti ſpirituali quæſtio. remiſſa ad iudicem eccleſiaſti-
cum, ſi coram eo eius veritas non probatur, iudex ipſe
non pronunciat: ſed remittit partes ad iudicem ſecularem:
vt cauſam audiat, & decidat. & ſi quæſtio incidens præiudi
cialis veniret cognoſcenda per iudicem cauſæ: iſtud eſt cla
rum, quòd ſuper tali incidenti non requiritur pronuncia-
tio, vt plenè no. ſupra de ordi. cog. cap. primo. & l. prima.
C. de ordi. iudi. quando verò coram alio diſcutitur: eſt ca-
ſus hic, ꝙ iudex ille non pronunciat, qñ nō eſt probata: ſe-
cus fortè ſi probata eſſet, vt. s̃. eod. c. cauſam quæ. & c. 1.
¶ Oppo. iſte H. obiecit iſti R. quòd pater eius erat illegiti
mus: & ſic nihil iure ſucceſſorio poterat vendicare. ſed con
tra, imò videtur, quòd ſaltem ad duas vncias debuerit ad
mitti, vt C. de natu. lib. Authen. licèt. & in cor. vnde ſumi
tur. ſolu. dicit gloſſ. illud verum, quando non extat legiti-
mus, qui hic erat, ſcilicet H. filius illius, ad cuius ſucceſſ.
8 iſte R. vt nepos venire volebat. † dic tamen latius cir-
ca iſtos naturales, in quibus caſibus, & inquantum ad-
mittantur ad bona paterna. nam aut quæris de ſucceſsio-
ne ex teſtamento; aut abinteſtato. ſi ex teſtamento: tunc
aut ſuperſunt alij filij legitimi: aut non ſuperſunt. ſi ſuper-
ſunt: pater poteſt filiis ſuis naturalibus relinquere, vel do
nare vnam vnciam ſuæ ſubſtantiæ: ſi verò non ſuperſunt le
gitimi: tunc aut teſtator habet etiam aſcendentes: & tunc,
relicta eis ſua legitima, poteſt filijs ſuis naturalibus relin-
quere, & donare reſiduum. aut non habet aſcendentes: &
tunc totum poteſt relinquere filio naturali: & hoc, cum pa-
ter decedit, condito teſtamento. ſi verò decedit abinteſta-
to: tunc aut non ſuperſunt filij legitimi. & hoc caſu iſti na-
turales debent habere duas vncias: & etiam alimenta de
paterna ſubſtantia: & reſiduum debetur venientibus abin-
teſtato. & hoc verum, ſi non ſubeſt coniux legitima morien
tis: alias ipſa impedit naturales: ſicut legitimi impediunt:
& eſt caſus, in quo quis non admittitur: & tamen impe-
dit alium, vt in ſim. in cap. auctoritate. in fin. de conceſ. præ-
bend. lib. ſexto, aut ſuperſunt filij: & tunc naturales debent
tantummodo ab eis paſci, ſm̄ ſubſtantiæ menſurā. iſtā di-
ſtinctionē colligo ex §. diſtractis. in Aut. qui. mo. na. eff. ſui.
col. 7.



col. 7. & intelligo in veris naturalibus, id eſt illis, qui nati
ſunt ex cōcubina retenta in domo maritali affectu: ſecus ſi
plures habuiſſet concubinas: vel nati eſſent aliter ex dam-
nato coitu, vt in dicta auth. §. fi. Iſti enim ex damnato coitu
nullo modo poſſunt habere participium ad bona paterna:
nec alendi ſunt à parentibus, vt dicto §. fi. licèt ſecus de iu-
re canonico. s̃. de eo, qui duxit vxo. c. cum haberet. ad fin.
& hæc vera, cum quæritur: an admitti debeant: vel capaces
ſint bonorū paternorū. extranei verò capaces ſunt ex teſta
mento, & inter viuos: quia non reperitur hoc eis prohibitū.
& quæ non ſunt eis prohibita, intelliguntur eis conceſſa. di
cit glo. not. in d. §. fina. vbi tangit, vtrùm poſsit pater tales
ſubſtituere. dicit, quòd non, vulgariter: ſed pupillariter po-
teſt. dic, vt ibi. Sed aduerte: quia prædicta non videntur æ-
qua, ſcilicet quòd filius naturalis ſuccedat in aliquo: cōſtat
enim, quòd ſecundū canonem omnis coitus fornicarius eſt
damnatus. 32. q. 3. c. nemo. ſimiliter nouæ leges dānāt for-
nicationem, & omne peccatum. in Authen. de leno. col.
2. & ſceni. non ſolùm. col. 5. & in Authen. vt non lux. con-
tra naturam. col. 6. ex quibus non videtur iſtos naturales,
(puta ex coitu reprobato genitos) ad aliquid admittendos
fore: ſicut nec ſpurij, vel aliter ex nefario coitu procreati,
vt dicto §. fina. in Authen. quibus modis natur. effic. ſui.
ſolutio. Ioann. Andr. tangit iſtam opinionem: nec perfe-
ctè ſoluit: ideò dicas ſic. quòd de iure antiquo primeuo om
nis coniunctio erat legitima: & ſtatim, cum quis naſceba-
tur, erat legitimus, in Authen. quibus modis natura. effic.
ſui. §. illud tamen. verſicul. non enim fuit. in princ. Superue-
nerunt poſtea leges, quæ aliquas coniunctiones approba-
uerunt expreſsè: vt matrimonium. & tunc filij ex eo nati di
cuntur legitimi, vt in eadem Authen. §. legitimi. quædam
eſt coniunctio expreſsè reprobata: vt coitus adulterinus:
inceſtuoſus, & ſimiles: & tunc filij nati non ſunt legitimi:
nec filij nominandi ſunt: nec legitimantur per ſequens ma
trimonium. infra eodem c. tanta. & in præallega. Authen. §.
penul. quædam eſt coniunctio, quæ à lege non eſt appro-
bata, nec improbata, vt coitus concubinarius: & nati ex
iſto coitu, remanent in primo iure naturali. & ideo tales fi-
lij vocantur naturales: & per ſubſequens matrimonium
legitimantur, vt ſupra eodem cap. 2. C. de natur. lib. in mul-
tis. ll. & hoc vult dicere text. in l. j. ff. de concub. quòd con-
cubinatus per legem nomen aſſumpſit, ſcilicet nudum: non
quòd per legem talis coitus ſit damnatus: quia hoc verum,
quantùm ad pœnam ſpiritualem: non quò ad pœnam tē-
poralem. quod patet, quia legitimationem talium per ſe-
quens matrimonium inductam per leges ius canonicum
approbat, vt ſupra eodem cap. j. & vide prædicta per Bar.
in l. j. ff. de concub. de iſtis tamen ſpeciebus filiorum di-
cam infra cap. proximo. Concludit ergo ex prædictis,
9 † quòd ſicut Papa per ſpecialem, vel generalem conſtitu-
tionem poteſt admittere illegitimos ad ordines, & hono-
res, & tollere maculam genituræ: ita poteſt Imperator quò
ad hæreditates temporales. non igitur ſunt correctæ: ſed
ſeruandæ leges ſuper hoc promulgatæ. ff. de decurion. l. ge
neraliter. §. ſpurios. & l. ſpurij. & in Authen. quibus modis
natura. effic. ſui. colla. 7. & ſupra de natur. liber. per to-
10 tum. ¶ Circa prædicta incidenter quæritur. † vtrùm iſti le-
gitimati ſuccedunt in feudum, vt in lib. feudorum. ſi de feu.
fuer. controuer. cap. adoptiuus. & cap. naturales. ſed illa c.
poſſent intelligi de legitimatis reſcripto Principis: qui in
priuilegio non expreſsit de feudo. ſecus ergo videtur de le
gitimatis per ſequens matrimonium: tales enim uidentur,
quòd ſuccedant in feudum. ad hoc in Anthen. quibus mo-
dis natura. effic. ſui. §. reliqui. vbi dicitur legitimatos illas
ſucceſsiones habere debere, quas habent qui ab initio fue-
runt legitimi, & l. ſi quis ergo. eodem tit. in fin. dicit, quòd
nihil à legitimis differunt. illud ergo. capitu. naturales. poſ-
ſet intelligi in legitimatis reſcripto principis: vel alijs mo-
dis, de quibus no. j̃. c. per tuas. per gloſſ. & in nouella. aliud
ergo ſi per ſequens matrimonium. & ſit ratio differentiæ:
quia matrimonium eſt res fauorabilis. infra capi. j. videtur.
diſpenſationes autem contra iura ſunt odioſæ. Item eſſet
abſurdum, ſacramentum matrimonij id non poſſe, quod
poteſt princeps id exprimēs, vt prædixi. præterea tales ſunt
legitimi ad epiſcopatus, vt nota. infra capitulo proximo.
multò ergo magis ad feudum: quod eſt minus. dominus
Ioann. Andre. refert hic Iacob. de Bel. qui diſputauit iſtam
quæſtionem, & ſoluit ſic. ſi illud cap. naturales. eſſet conſti-
tutio Imperialis: planum eſſet nepotem non ſuccedere:
quia licèt ſit legitimus patri: non tamen auo: aut ex natu-
rali ſobole nulla legitima eſſe poteſt. C. de natur. lib. l. fina.
Item ſi cap. naturales. non ſit ius ſcriptum: ſed conſuetudo
redacta in ſcriptis. & conſuetudo ſeruatur in illo loco: idē
eſt, quod ſupra, & eadem ratione. ſi verò non obtinet talis
conſuetudo in loco, vbi eſt quæſtio: recurretur ad ius Ro-
manum, vt in lib. feud. de cogn. feud. cap. j. quo iure tamen
legitimatus ſuccedat in feudum, non eſt dubium ipſius fi-
lium ſuccedere. iſta ſunt verba Ioann. Andr. quibus tamen
adde, quod poſt eum dixi. ſupra de ſolutio. cap. vltimo. vbi
no. vtrùm liber vſus feudorum contineat ius commune. &
ad prædicta facit, quod ſolet dici circa ſubſtitutiones. vtrū
ſcilicet legitimatus excludat ſubſtitutionem factam, ſi ſine
filijs legitimis hæres deceſſerit. dixi ſupra de teſtamentis.
cap. Raynaldus. ſiue Rainutius. ibi plenè dixi, & in cap.
in præſentia. de probationibus. ¶ Secundò opponitur.
dicitur hic, quòd iſte. H. qui excipit iſtum. R. non eſſe le-
gitimum: debuit hoc probare. Sed contra, quia hoc præſu-
mitur: niſi probetur matrimonium fuiſſe cum parentibus.
ſol. dicit gloſſ. pater iſtius R. poſſederat iſta bona: & natus
fuit de ea, quæ uxor credebatur. Ioann. Andr. poſt Iacob.
& Hoſtien. dicit, quòd viuis parentibus præſumitur inter
eos adulterium: niſi probetur matrimonium. ſecus ſi mor-
tui ſunt illi, qui ſemper ſe pro coniugibus habuerunt. de
hoc ſupra eodem capitu. peruenit. idem fortè, quando vi-
uis parentibus moueretur de hoc queſtio de matrimonio
antiquo, non recenti: vt ſic illi, qui diu ſteterunt vt mari-
tus, & vxor: tales eſſe præſumantur. de hoc tamen dic me-
lius in capitu. dudum. ſupra de præſumptio. & capitu. ve-
niens. de verborum ſignifica. & facit quod not. in ſimili in
capitu. innotuit. infra de eo, qui fur. ordin. ſu. ¶ Tertiò op-
ponitur. & videtur, quòd iudex ſecularis, coràm quo quæ-
ſtio mota erat de hæreditate, poſſit de incidenti quæſtio-
ne natiuitatis cognoſcere: etiam ſi principaliter hoc non
poſſet, vt l. quoties. C. de iudic. hic autem dicitur, quòd non
ipſe: ſed eccleſiaſticus cognouit de illa incidenti. ergo ma-
lè. ſol. dicit gloſſ. fin. quæſtio natiuitatis eſt ſpiritualis: vnde
iudex ſecularis nec principaliter: nec incidenter poteſt de
iſta quæſtione cognoſcere. ſecus econuerſo, ſi coram iudi-
ce eccleſiaſtico cognoſcente de cauſa ſpirituali incideret
temporalis, & ciuilis (puta de hereticis) bene enim poſſet
de dicta ciuili cognoſcere: licèt principaliter non poſſet, vt
infra de donation. inter virum & vxorem. cap. pruden-
tia. & cur tam variè. dic vt infra eodem cap. per venerabi-
lem. §. rationibus. nam propter excellentiam ſpiritualis
iuriſdictionis hoc videtur eſſe ſtatutum. ad hoc facit, quod
not. in capitu. quanto. ſupra de iudic. bene facit Auth. vt cle
rici apud proprios epiſcopos. §. ſi verò eccleſiaſticū. & de
man. prin. §. ſi verò canonicatum. ¶ Quærit Ioa. And. poſt
11 Hoſt. dicitur hic, † quòd de iſta exceptione legitimationis
oppoſita coram iudice ſeculari debet cognoſcere iudex ec-
cleſiaſticus. q̃ro ergo, vtrū ordine iudiciario, videlicet obla
to libello coniu. & ſimil. videtur primò, quòd ſicut iudex

ſæcularis cognoſceret de exceptione, quæ cadit in ſua iu-
riſdictione, ſiue libelli oblatione, & litis conteſtatio. ſic &
iudex eccleſiaſticus, qui in locum illius ſuccedit, ſine libel
lo procedere poſsit. & dicit Innoc. quòd licèt ſit tutius, li-
bellum offerre, & litem conteſtari: putat tamen proceſ-
ſum tenere: licèt ſecundùm eum quidam dicant præcisè li-
bellum offerendum: pro quibus facit ſecundùm Hoſtien.
quia iſta eſt quæſtio præiudicialis, à qua (vt principali) pẽ
det petitio hæreditatis, vt acceſſoria. vt patet ſupra tit. 1.
primo. propter quod dicit tutius libellũ offerri. argu. de li-
belli obla. c. 1. de ord. cogni. cap. tuam. & recitat hic Gui.
in Spec. 4. parte. de ordine cognitionum. & vide quod di-
xi in c. tua. de ordi. cognitionum, & quod no. Bart. & Bald.
in l. Titia. ſolu. mat.

## ADDITIO.

a ¶ Cum filio ſuperſtite. Aliàs rumpit teſtamentũ aui. vi-
de Bar. & Doct. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe.
& po ſthum.

## *SVMMAE.*

1 *Naturales legitimantur per ſubſequens parentum con-
iugium.*
2 *Et an ſint cenſendi legitimi quò ad ordines, & honores.
nume. 13.*
3 *Fauor matrimonij operatur, quòd nati ante contractum
matrimonium ex concubina per ſubſequens cum ea
matrimonium legitimi habeantur. & nu. 3.*
4 *Conſtitutus in articulo mortis, ſi contrahat cum illa, ex
qua filium naturalem habebat: vel contrahat ſanus,
cum illa exiſtente in mortis articulo, quòd ſit legiti-
ma proles.*
*Et quid ſi ipſa eſſet iam ſexagenaria. nu. 5.*
6 *Filij ſuſcepti ex aliqua muliere, non legitimantur per ſe
quens matrimonium cum eadem: ſi tempore, quo ſu-
ſcepit, habebat vxorem legitimam.*
7 *Sed quid ſi conceperit illa mulier, durante matrimonio:
ſed poſtea mortua vxore, cum illa nondum enixa cõ
traxit: & poſt contractum peperit. nu. 7.*
8 *Sarracenus ex Chriſtiana filium habens ſi baptizetur,
& contrahat cum illa, non legitimatur filius.*
9 *Clericus in minoribus ſi habeat filios ex concubina: an
legitimentur per ſequens matrimonium.*
10 *Matrimonium retrotrahitur, quantùm ad legitimatio
nem filiorum.*
11 *Bigamus an cenſeatur, qui contrahit cum illa, quã de-
florauit: & alius non cognouit.*
12 *Pater filium habuit ex cõcubina, quam poſtea duxit in
vxorem: & alium habuit filium: quis iſtorum erit
potior in ſucceſsione, quæ defertur ſecundùm ordi-
nem genituræ.*
14 *Filiorum ſpecies quot ſint.*

1 TAnta. † Naturales a legitimãtur per ſub
a ſequens parentum cõiugium: ſpu
rius verò non. h. d. & ſunt duæ partes. 2. ibi [ ſi au
2 tem.] ¶ Not. primò, † ꝙ fauor matrimonij operatur, vt na
ti ante contractũ matrimonium ex concubina per ſubſe-
quens cum ea matrimonium legitimi habeantur. trahitur
ergo retro: ſicut quandoque in alijs diſpoſitionibus hoc cõ
tingit, fictione iuris, vt patet ex no. in l. ſi is, qui pro empto
re. ff. de vſucap. per Bar. ¶ Secundò no. ex eo, quòd text.
3 † dicit [ poſt contractum matrimonium. ] &c. quòd ſolus
contractus matrimonij cum concubina legitimat præcedẽ
4 tem prolem ex ea ſuſceptam: & per hoc, ſcilicet, quòd ſo-
lum matrimonium ponderatur, tenet hic Ioan. And. † ꝙ ſi
quis in articulo mortis conſtitutus contrahat cum illa, ex
qua filium naturalem habebat: vel cõtrahat ſanus cum illa
exiſtente in mortis articulo: quòd legitima ſit proles: licèt
quidam contra, per l. nuper. C. de na. li. ibi dum dicit [ ſpẽ
tollendæ ſobol. ] &c. per quod dicunt matrimonium ẽt
dicto caſu non contrahi. Inducunt etiam. 57. dinſtin. c. vno.
verius videtur, ſecundùm eum, quòd ſit matrimonium: &
ꝙ legitimata ſit proles: & ſatis eſt, quòd ſit ſpes prolis in ca
ſu conualeſcentiæ. Item & ſine ſpe tali videtur eſſe matri-
monium per humanitatis ſolatium. 27. quæſt. 1. c. nuper. &
s. de fri. c. quod ſedem. & ibi not. Non obſt. ille tex. [ ſpem
tollendæ ſobolis. ] &c. nam nouus filius propter nouam ip
ſius qualitatem citari videtur. ad hoc in Auth. qui. mo. na.
effi. leg. §. ſi quis ergo. col. 6. & in Auth. qui. mo. na. eff. ſui.
§. ſi quis igitur. col. 7. bene facit de ſpon. c. commiſſum. &
vide quod dixi in dicto c. quod ſedem. Ioan. And. firmat
iſtam partem hic, & in reg. ſine culpa. de regu. iur. lib. 6. in
in mercu. & pro hoc facit iſte text. dum dicit [ tanta eſt vis.
matrimonij. ] &c. quaſi matrimoniũ, & ipſius fauor ſit cau
ſa finalis legitimationis præcedentium filiorum: per quod
5 etiã dici poſſet, † ꝙ ſi quis habuiſſet filios ex concubina
nunc ſexagenaria: contrahendo cum ipſa matrimonium,
filij iam pridem ſuſcepti cẽſerentur ltĩmi. quod verũ credo:
nã etiam ſi poſtea nullus naſcatur: vel naſcat̃, & moriat̃: ta
men filij in concubinatu ſuſcepti, erũt legitimi, vt dicit tex.
in l. diui. & l. nuper. C. de na tu. li. non igitur fauor filiorum
poſtea naſcendorum: ſed ipſum matrimonium, & vis eius
eſt cauſa legitimationis talium filiorum, vt ex dictis. ll. &
6 in iſto c. manifeſtè habetur. ¶ Tertiò no. † quòd filij ſuſce
pti ex aliqua muliere non legitimantur per ſequens matri-
nium cum eadem: ſi tempore, quo ſuſcepit, habebat vxo-
7 rem legitimam. † quid ergo ſi concepit illa mulier, duran-
te matrimonio: ſed poſtea, mortua vxore, cũ illa nondum,
enixa contraxit: & poſt cõtractum peperit. dicit Ioan. An.
quòd ſatis eſt partui, vt legitimus ſit cenſendus, arg. j. eo. c.
quod nobis. ſatis enim eſt proli, quocunque tempore (dum
erat in vtero) quòd parentes fuerint legitimi coniuges: ſi-
cut aliter dicitur, ad eius ingenuitatem ſufficere ſemel tunc
habuiſſe matrem ingenuam. Inſti. de inge. §. 1. & 2. de hoc
vide concor. s. eo. c. cum inter. in quinto no. ¶ Quartò not.
ex hoc, quòd illi demum legitimantur per ſequens ma-
trimonium, qui naſcuntur ex illa, cum qua poterat eſſe con
iugium; vnde ſi eſſe non poterat, propter aliud matrimo-
nium: filij tales non legitimantur per ſequens matrimoniũ
contractum cum illa poſt mortem legitimæ vxoris. & pro
8 hoc tenet hic Ioan. And. † quòd ſi Sarracenus ex Chriſtia-
na filium habens baptizetur: & contrahat cum illa, non le-
gitimatur filius; quia à principio non poterat, eſſe matri-
monium. 28. q. 1. c. caue. Idem dixit hic Vin. de natis ex in-
ceſtu: ſcilicet quòd non legitimantur, parentibus poſtea
contrahentibus ex diſpenſatione Eccleſiæ: nam ſi quis con
tra mandata contrahat: poſt depoſitum officium legitimæ
ſunt nuptiæ: & filij poſt, non prius geniti, ſunt legitimi. ff.
de ritu nup. l. eos qui. & de ſta. ho. l. Paulus. aliàs eum qui.
Ioan. And. dicit in hoc inſpicienda verba diſpenſationis.
Ego etiam hoc induco ad quæſt. quam ipſe ponit in dicta
9 regula, ſine culpa. in mercu. † ſi clericus in minoribus
habet filios ex concubina: an legitimentur per ſequens
matrimonium. dominus Ricar. Mal. diſputando tenuit, ꝙ
non legitimentur; quia talis clericus concubinam habe-
re



re prohibetur, vt in toto titu. de coha. cle. & mu. cum ergo
nati ſint ex coitu damnato: non legitimantur per ſequens
matrimonium, vt apparet ex prædictis. contrarium tenet
dominus Io. And. in dicta reg. ſine culpa. Bart. concordan-
do tantorum patrum opin. breuiter ſic diſtinguit. aut cleri
cus non erat beneficiatus, & retinebat concubinam: & filij
nati per ſequens matrimonium legitimantur: quia tunc, cũ
eam tenebat in concubinam, rebus ſic ſe habentibus, po-
terat eſſe vxor. & ita ſit vera determinatio domini Ioan.
And. aut clericus erat beneficiatus, & tenebat concubi-
nam: & filij tunc nati per ſubſequens matrimonium non
legitimantur. & ita dicit ipſe in l. prima. ff. de concubi.
¶ Quintò not. ex hoc, quod dicit [ quòd filij prius nati
10 per ſequens matrimonium legitimi habeãtur. ] &c. † quòd
vis iſtius matrimonij eſt tanta: quòd retro iſti filij præſu-
muntur fuiſſe legitimi: & ſic trahitur iſtud matrimonium
retro. ad hoc præſtant argum. iura alleg. ſupra c. proximo.
quæ fingunt iſtos nil differre à legitimis: & habent ſucceſ-
ſiones, quas habent illi, qui ab initio fuerunt legitimi, &c.
11 & ſic intelligendo facit ad duas quæſt. prima eſt, † quòd il
le, qui contrahit cum illa, quam deflorauit: & alius non co
gnouit: non dicitur bigamus, quaſi fictione iuris matrimo-
nium retro trahatur, & fingatur in virginitate deſponſata.
Sed hoc non dicitur hic, ſecundùm Hoſtien. ſed hoc ſolum,
quòd in fauore matrimonij proles præcedens cenſetur le-
gitima: quinimò & ſi in hoc caſu hoc diceretur expreſsè:
ſcilicet quòd fingatur matrimonium præceſsiſſe: non ſe-
quitur per hoc, quòd eſſet idem quò ad reſtitutionem de-
fectus ſacramenti. multiplex enim eſt diuerſitatis ratio, ſe
cundùm eum. Prima, quia ſicut ius non poſſet per ſuam fi-
ctionem monoculo reddere oculum, quem non habet: ſic
nec ſacramentum, cuius patitur defectum. ad hoc. 32. q. 5.
c. ſi Paulus. Secũda, quia actus legitimationis talis eſt, quòd
præter matrimonium poteſt, & ſolet ſuppleri, vt patet. j.
eod. c. per uenerabilem. in defectu verò ſacramenti non ſo-
let aliqua gratia impetrari, vt patet ſupra de biga. c. 2. Ter-
tia, quia eadem res non operatur contraria: ſed ſi talis bi-
gamus cenſeatur, hoc operatur matrimonium: nam millies
cognoſcendo, non fuiſſet bigamus ſine matrimonio. ſupra
de biga. cap. quia circa. quomodo ergo matrimonium
(quod eſt cauſa impedimenti) erit cauſa remedij. ſupra de
bap. c. maiores. Non obſtat, ſecundùm eum. 33. diſtin. ca.
Valentinus. & ſupra de biga. c. debitum. ibi enim in virgine
conſenſit: & in virginitate matrimonium conſummauit.
& videtur, quòd coniunctio animorum tantùm, vel cor-
porum tantùm non inducat bigamiam. ſed quando hæc
duo ſimul conueniunt, ſiue in duas virgines, ſiue in vnam
corruptam, argum. 27. q. prima. cap. cum ſocietas. requiri-
tur ergo non ſolùm vnitas mulieris: ſed integritas. vnde
Apoſtolus [ Deſpõdi vos vni viro virginem caſtam exhibe
re Chriſto. ] 27. quæſtio. prima. c. nuptiarum. talis ergo bi-
gamus cenſetur ſecundùm Hoſtien. qui remittit ad no. per
eum de cleri. coniu. c. ſecundo. contrarium tenet hic Ioan.
And. qui remittit ad no. per eum in dicto ca. debitum. nec
vrgent rationes ſupra poſitæ per Hoſtien. quia, vt in eis pa
tet, Hoſtien. loquitur, & fundat ſe, quòd iſte patiatur defe-
ctum ſacramenti: & vbi hoc ponatur pro vero, procedunt
rationes Hoſtien. prima & ſecunda. In tertia ratione dicit
[ nego matrimonium per ſe eſſe cauſam bigamiæ: ſed fa-
teor, quòd illud matrimonium conſummatum, ex quo in-
ſurgit defectus ſacramenti, inducit bigamiam. ] & eo caſu,
quo inducit, non poteſt operari eius contrarium. Ita dicit
Ioan. And. dic per eum in dicto c. debitum. ¶ Secundò fa-
cit ad q. quam ponit Ioan. And. in dicta reg. ſine culpa.
12 in mercu. & eſt talis. † pater filium ex concubina prædi-
cta, cum qua matrimonium conſummauit, ſuſcepit: & ſic
ille naturalis legitimatus eſt. quæro, quis erit potior in ſuc-
ceſsione, quæ defertur ſecundùm ordinem genituræ: an le
gitimus, & naturalis, qui præcedit legitimationem natu-
ralis: an ipſe naturalis, qui præcedit legitimum natiuitate.
præmitte pro ſolutione quæſtionis, quòd medium matri-
monium, quod poſtea ſoluitur, non impedit legitimatio-
nem iſtam per ſequens matrimonium cum concubina con
tractum. & hoc tenet Ioan. in dicta reg. ſine culpa. per
text. in Authen. de inceſ. nup. §. dubitatum. In propoſita igi
tur quæſtione refert ibi Ioan. And. Gui. Ac. tenuiſſe; quòd
legitimatus præferatur, per §. reliquum. in Authen. de hæ-
red. quæ abinteſt. nam & ex pacto olim inito hodie naſci-
tur actio. C. de rerum permu. l. ex placito. refert etiam duos
ſummæ ſcientiæ, & ſolemnes Docto. idem tenuiſſe, per l.
filio. ff. de libe. & poſthum. ibi [ non tranſlatus: ſed reddi-
tus videretur. ] &c. ipſe poſt Barto. Brixien. tenet contra-
rium, ſcilicet pro legitimo nato ex primo matrimonio:
quod dicit tenere Iaco. de Bel. in Authen. quib. mod. na. ef
fi. ſui. adducit tres Decre. ſupra de reſcrip. c. ſi pro te. & ca.
quamuis. & de præben. c. ſi apoſtolicæ. & hæc procedunt in
legitimato per ſequens matrimonium: vtrùm ius quæſitum
legitimo auferat propter tractũ retro. In legitimato aũt p
reſcriptũ principis vtrùm auferat ius quæſitũ venientib. ab
inteſtato ad eandem hæreditatem, vel iam aditam: tãgam.
13 j. eo. c. per venerabilem. ¶ Quærit glo. † nunquid iſti ſint
dicendi legitimi quò ad ordines, & honores. videtur quòd
non: quia, vt ad talia cenſeantur habiles, debent eſſe na-
ti de legitimo matrimonio, vt dicit text. in c. innotuit. s. de
elec. ponderatur ergo tempus natiuitatis: & ſecundùm il-
lud tempus debet iudicari, vt l. in delictis. §. ſi extraneus. ff.
de noxa. vbi qualitas iuncta verbo intelligitur ſecundùm
tempus verbi. & l. Titius. ff. de teſtam. mili. contrarium te-
net hic gloſſ. ſcilicet quòd iſti ſint cenſendi habiles. Ioan.
And. remittit ad no. per eum in dicto c innotuit. ſuper 4.
gloſſ. ¶ Vlterius quia text. iſte dicit, quòd quandoque fi-
14 lij efficiuntur legitimi per ſequens matrimonium. † quæro,
quot ſunt ſpecies filiorum. & dicit, quòd plures: nam ali-
qui ſunt legitimi tantùm: aliqui naturales tantùm: aliqui le
gitimi, & naturales: aliqui ſpurij: vel aliter ex damnato coi
tu nati: aliqui legitimati. & quod ius habeant in hereditate,
& bonis parentum etiam, glo. tangit, ſed minus perfectè.
Ideò aliter Hoſti. diſtinguebat: & ſic. filiorum alij ſunt in-
ceſtuoſi adulterini: vel aliter ex damnato coitu geniti. & iſti
in nullo ſuccedunt patri: nec ab eo ſunt alendi de iure ciui-
li: ſecus de canonica æquitate, vt ſupra de eo, qui duxit. ca.
cum haberet. Vtrùm autem matribus ſuccedant, eſt con-
tentio: remittit ad not. per eum in ſumma. eod. titu. §. an
vtrumque genus ſuccedat. ver. ſpurij. & iſta eſt vna ſpecies.
Alij ſunt naturales: & iſti an ſuccedant ex teſtamento, vel
abinteſtato patri. dixi ſupra c. proximo. matri ſuccedunt,
vt inſtitu. ad Orfi. vbi etiam quid iuris in ſpurijs. alij ſunt
legitimi, & naturales: & iſti ſuccedunt patri, & matri ab-
inteſtato, & ex teſtamento. quod non valet; niſi inſtituti
fuerint: vel exhæredati: quod dic, vt in Authen. ex cau-
ſa. C. de libe. præteri. quidam ſunt legitimati: & hoc con-
tingit pluribus modis: nam quandoque ſunt legitimati
per ſequens matrimonium: & de talibus loquitur iſte text.
quandoque per reſcriptũ principis: & de iſtis in Auth. qui.
mo. na. effi. ſui. qñq; per oblationem curię: vt etiam in dicta
Auth. plenè no. qñq; per nominationem patris. & de hoc di
cam. j. eo. c. per tuas. Iſti autem legitimati ſic varijs modis
an ſuccedant patri: & an agnaſcantur agnationi patris,
quò ad ius ſuccedendi: & ad alia iura agnationis. dicit,
quòd non: niſi in legitimatis per ſequens matrimonium,
vt in dicta Authentica, quibus modis natura. effic. ſui.
quidam ſunt filij adoptiui, vel arrogati, & iſti quali-

ter ſuccedant parentibus.vel parentes eis. dic, vt ſupra de adoptione legal i dixi.quidam ſunt filij ſpirituales tantùm: & hoc modo ſumus omnes filij domini Papæ:qui pater patrum eſt: quamuis epiſcopos,& ſuperiores fratres,& reliquos filios appellet.infra de crimine falſi.c.quam graui. & tales in nullo ſuccedunt quò ad temporalem hæreditatem. & ſunt alendi triplici pane.ſ.de elec.c.ſignificaſti.Alij ſunt ſpirituales,& legitimi,ſiue canonici,vt filioli: & tales non ſuccedunt:impediunt tamen, & dirimunt matrimonium, vt patet.ſ.de cog.ſpi.iſta in effectu quibuſdam additis ſunt membra,quæ ponit Hoſt.qui ad ea,quæ deficiunt,remittit ad ſummam.eo.tit.§.1.& 2.

## ADDITIO.

a ¶Naturales.Naturalis quot modis dicaẗ,vide in l.quoties.§.idem ſermo.de regu.iur.gl.in c.per venerabilem. j.eo.tit.Spec.de ſucceſ.abinteſt.

## *SVMMAE.*

1 *Reſtitutio debet fieri ſpoliato ante cauſæ principalis ingreſſum.*
2 *Exceptio illegitimitatis non poteſt opponi contra ſpoliatum petentem reſtitutionem.*
3 *Reſcriptum licèt contineat in vno articulo aliquid contra ius:non per hoc totum redditur vitioſum.*
4 *Iudex poteſt agere contra alium iudicem, ne cognoſcat inter ſuos ſubditos.*
5 *Cauſa ſpiritualis principaliter intentata non trahit ad ſe cauſam temporalem, quæ ab illa cauſa ſpirituali dependet.*
6 *Iuriſdictio in temporalibus in regno Angliæ, an pertineat ad Eccleſiam.*
7 *Imperator ſi peccat in temporalibus, poteſt corrigi per Papam.*
8 *Quæſtio illegitimitatis qualiter, & per quem poſsit deduci in iudicium.*
9 *Petere an poſsim pronunciari fratrem tuum patruum tuum,& ſimilia.*
10 *Sentẽtia lata in cauſa legitimationis,an faciat ius quò ad omnes.*
11 *Defenſor ſine mandato,an poſsit interueuire in cauſa legitimitatis.*
12 *Sententia ſi ſit ferenda contra illum,quem defenſor defendit,quomodo concipientur verba.*
*Quid ſi dominus non habet ratam iſtam ſententiam. numo.13.*

CAuſam. De cauſa ciuili inter laicos non cognoſcit Eccleſia: cognoſcit tamẽ, an quis de legitimo matrimonio natus ſit.primò ponit commiſsionem. ſecundò ipſius formam bimembrem. quam in vno membro reuocat,& cauſam reddit:in alio membro repetit.ſed incongruitatem opponit.Scđa ibi [verũ.]Ab.ſummabat aliter,& ſic.Poſt mortem de legitimatione cognoſcitur propter bona. & primò ponitur duorum articulorum commiſsio:alterius reuocatio:principalis articuli diffiniendi repetita commiſsio:contra commiſsionem obiectio.¶No.primò,quòd Papa commiſit hic cauſam natalium dicti R.ſpectat enim talis cauſa ad forum Eccleſiaſticum,vt ſ.eod. c. cauſam, quæ.c.lator.
1 &c.1. ¶Secundò not. † quòd ante cauſæ principalis ingreſſum,debet fieri reſtitutio ſpoliato.concor.2.q.2.per totum.& ſic iſta exceptio ſpoliationis videtur dilatoria: quia opponitur ad proceſſum,non ad merita cauſæ,vt ſ.de reſt. ſpo.c.ex cõqueſtione.vbi de hoc.& de ord.c.cum dilectus.
2 & c.fin.¶Tertiò hic collige,† quòd contra ſpoliatum petẽtẽ reſtitutionem non poteſt opponi exceptio illegitimitatis.quod patet;quia propter ipſam non debet reſtitutio retardari,vt hic patet.quod ergo dicitur in c.tuam.ſ.de or. co.ꝙ debet expectari exitus incidẽtis q̃onis de natiuitate; debet ĩtelligi, cũ agiẗ petitorio,nõ poſſeſſorio recuperãdi: cõtra poſſeſſoriũ aũt acq̃rẽdæ: puta petiẗ miſsio ex edicto diui Adriani.an obſtet exceptio natalium credo,ꝙ non, ſi erat in poſſeſsione legitimitatis:& dicta exceptio requirebat altiorem indaginem,ar.l.fi.C.de edi.di.Adria.tol.Non ob.c.lator.ſ.eo.quia ibi ille agebat petitione hæreditatis.
3 ¶Quartò no.† ꝙ licèt reſcriptum contineat in vno articulo aliquid contra ius:non per hoc totum redditur vitio-
a ſum:a ſed illud cap.tantùm.& hoc verũ,quando ille articulus eſt ſeparatus,nihil habẽs commune cum alijs: nihil eñ tunc prohibet, quòd in vno ſit defectus, non in alio,vt c. Raynutius.& c.Raynaldus.de teſta.& l.etiam.§.fi.ff. de mino.quando verò ſunt connexa,ſecus.& vide, qđ de falſitate reperta in vno articulo dixi poſt Doc.j.de hæreti.c. fra-
4 ternitatis.& l.ſi ex falſis.C.de tranſac.¶Quintò no.†quòd vnus iudex cognoſcendo de cauſa pertinẽte ad iuriſdictionem alterius iudicis, dicitur illi detrahere.hinc eſt, quòd iudex poteſt agere contra alium iudicem, ne cognoſcat inter ſuos ſubditos,vt c.fin.de offi.arch.facit clem.paſtoralis.de re iudic.& c.cum contingat.de reſcrip. & c. dilectis.
5 in princ.de app. ¶Sextò not. † quòd cauſa ſpiritualis principaliter intentata non trahit ad ſe cauſam temporalẽ, quæ ab illa cauſa ſpirituali depẽdet:ſed hoc fortè ideò: quia quæſtio ſpoliationis non ſuſpenditur per obiectum illegitimitatis,vt dixi.ſ.in tertio not. ſed quando ſuſpenditur;quia fortè agitur petitione hæreditatis:tunc videtur,ꝙ ille,qui principaliter cognoſcit de natiuitate, ſiue natalibus,cognoſcere poſsit incidẽter de hæreditate.dixi de hoc. ſ.de or.co.c.tuam.& ſup.eod.c.1.& c.3.j.de dona.inter vi.
6 & vxo.¶Septimò not. † quòd in regno Angliæ non pertinet ad Eccleſiam iuriſdictio in temporalibus.& dicit Ioan. And.poſt Hoſt.quòd hoc eſt verum tempore huius Decr. quo regnum illud non tenebatur in feudum à Romana Eccleſia:ſed hodie ſecus eſſet:quia tempore Innocentij.3. Io. Rex Angliæ filius Henrici maioris,qui Ioan.ſucceſsit in regno Richardo fratri ſuo, recepit ab Eccleſia Romana in feudum totum regnum;ſicut in archiuis Eccleſiæ continetur: quare Romana Eccleſia ei contra rebelles ſuos adſtitit:& ad ipſum iuuandum, & manutenendum in regno miſit legatum in Anglia ſpecialem.volens etiam Hoſt. defendere, quòd tempore etiam huius Decre. ſpectaret ad Papam cognitio ſpoliationis,de qua in tex.reſpondet, & exponit iſtum text.ſatis improprie, & cum ſuppletionibus. quod omitto; quia inutile ſcire. ¶Octauò not.quòd inhoneſtum videtur quæri de matrimonio poſt mortem coniugatorum. & hoc verum: quod videtur incongruum prima facie:poteſt tamen quæri, vt patet hic; quia cauſam hanc cognoſcendam commiſit. & poteſt de hoc referri quæſtio poſt mortem: quando non in facie Eccleſiæ contraxerunt: aliàs ſufficit filijs bona fides, parentum publicè contrahentium.j.eod.c.peruenit.¶Op.innuit iſte tex.ꝙ Papa habeat iuriſdictionem ſpiritualẽ tm̃: & non tpalem. ſed contra imò videtur, quòd habeat vtrumque gladium. Sed cõtra ſ.e.c.& 15.q.6.c.alius.ſo.vt in gl. quæ incipit ſic patet.quæ primò arguit pro,& contra.ſecundò ponit duas opin.vnam Hug.quòd Imperator à ſolo Deo habet poteſtatem in tẽporalibus;& Papa in ſpiritualibus.& ſic diuiſa eſt iuriſdictio.quod probat efficaci rõne, pro qua opi. facit etiam in Authen.quomodo oportet epi.in prin.coll.1.vnde & Deus miſit Imperatorẽ legem animatam in terris.in Authen.de conſulibus.§.fina.col.4.nec debent promiſcuis rerum actibus turbari officia,vt l.conſulta diualia.C.de teſta.Alia eſt opi.Tã.& Ala.qui dicunt, quòd Imperium proceſsit à Deo:tamen executionem gladij temporalis Imperator recipit ab Eccleſia.& iſtam opi.ſequitur Ber. hic, & Hoſtien.de hoc no.10.di.c.quoniam.& cle.de iureiur.Romani.& de re iudi.c.paſtoralis.in fi.dicit tamen Ho. quòd Papa non habet ſe intromittere de temporalibus in alterius præiudicium.j.eod.cap.per vene. §. inſuper. niſi in caſibus ibi not. ſed Imperator indiſtinctè ſe intromittit:
7 cui hoc eſt à Deo immediatè commiſſum.†Imperator tamen,ſi peccet in temporalibus,poterit corrigi per Papam: ſicut inferior per ſuum ſuperiorem,vt patet in cle. paſtoralis.de re iudi.¶Vlterius aduertendum,quòd Io.And.poſt Innocen.& Hoſtien. tractat hic quædam vtilia circa iſtam legitimationem.ordina igitur apparatum eorum per quatuor quæſtiones.prima eſt,qualiter, & per quem iſta quæſtio in iudicium deducatur.ſecunda, an ſententia lata ſuper legitimatione faciat ius.tertia,an illa cauſa poſsit agitarj per defenſorem ſine mandato.quarta ſi admittitur, & dominus non habet ratum: ad quid committitur ſtipulatio.rem ratam ha.contra defenſorem. ¶Primò ergo quæ-
8 ro: † qualiter, & per quem poteſt illa quæſtio in iudicium deduci.dic,quòd quandoque deducitur à tertio, qui petit aliquem pronunciari non legitimum: quandoque petit qs ſeipſum legitimum pronunciari. & vtroque caſu ſentiunt hic Doc.quòd non debeat admitti talis petitio indiſcretè. ideſt ſine cauſa,& paſsim:ſed tunc demum, cum ſubeſt aliqua cauſa legitima:puta cum quæritur de hæreditate,vt.ſ. cap.1.& hic: vel de beneficio,ſiue dignitate Eccleſiaſtica. ſ.de elec.c.innotuit.ſi enim in iſtis, & ſimilibus cauſis incidit quæſtio illegitimationis: tunc erit de ea cognoſcendum,vt præalloga.iuribus.Idem ſecundùm quoſdam,cum quis diffamatur. C. de inge. ma.l.diffamari. & dixi ſupra eodem.c.lator.Alii dicunt,quòd in hoc caſu non poteſt qs petere ſe pronunciari legitimum: ſed quòd ille à moleſtatione deſiſtat.conclude ergo,quòd ſi quis non inquietatur ſuper illegitimitate,non poteſt petere ſe legitimum pronũciari:nec valet ſententia lata cum non iuſto contradictore,vel nullo.ff.de collu.de l.cum non iuſto.Sed dices.quod erit remedium,ſi quis timet poſt tempus ſibi, vel filijs futuram controuerſiam de illegitimitate:& timet,ne probatio pereat?faciat teſtes publicari,vocatis omnibus, qui fuerũt euocandi:tũc enim per tales probationes ſe defendere poterit contra omnes,vt ſupra de teſti.c.ſignificauit. & c. Albericus.attendi etiam debet,vtrùm parentes viuant:vel nõ quod dic,vt infra eodem.cap.peruenit. & ſupra cap. lator.
9 ¶Sed hic incidenter quæro.† vtrùm poſsim petere pronũciari fratrem tuum patruum tuũ:& ſimiles.refert Bar.Inn. dicere,quòd ſic,principaliter,& incidenter in c. cum dilectus.ſiue in c.tua.de ordi.cog.idem Spec.in tit. qui filij ſint legi.circa prin.Idem Ioan.de Bronoſcho.in §. præiudicialis.Inſti.de ac.ad hoc faciat gloſ.in l.nõ nudis.C. de probatio.vbi dicit,quòd eſt dare iudicium poſſeſſorium fraternitatis:ergo eadem ratione petitorium.iſta ſunt verba Bart.
10 in l.3.§.fi.ff.de liberis agnoſcendis.¶Secundò quæro, †an ſententia lata in cauſa legitimationis faciat ius quò ad omnes,arg.quòd ſic.infra cap.peruenit. & cap. per tuas. & ff. de lib.agno.l.1.§.fi.cum l.ſeq. & hoc tenent quidam. Alij contra, & fortè non malè, ſecundùm Innocen.& Hoſtien. quia licèt ſententia filiationis faciat ius inter omnes, vt d. §.fi.cum l.ſequen. Non tamen idem in cauſa legitimationis:quia hoc non inuenitur expreſſum:vnde ſtandum eſt regulæ.res inter alios acta &c.vt ſupra de re iudi.c.quamuis. & ex hoc ſequitur, quòd ſi vno agente quis pronũcietur legitimus: & deinde agente alio pronuncietur illegitimus: vtraque ſententia tenet inter eos,inter quos lata eſt,ſecundùm Innocen.nec dicitur ferri contra res prius iudicatas; ex quò aliæ ſunt perſonæ in ſecunda cauſa, quàm in prima,vt.ff.de exce.rei iudi.l.an eandem.ſi autem eſſent æedẽ perſonæ:ſecunda non teneret,ſecũdùm eum. tu in hoc dic contra,ſi ſecunda ſententia contra primam feratur ex noua inſtantia,vt no.in l.1.C.quando prouo. non eſt neceſſe. ¶Sed nunquid ſecundò agens admittatur, quando ſciuit hanc cauſam agitari cum primo, & tacuit, nec appellauit. videtur,quòd tunc ſibi debeat imputare,ar.l.ſæpe. ff.de re iudi.Ioan.An. tenet contrarium.quia ſententia non obeſt, niſi illis,inter quos lata fuit.Idem dicit, ſi quis petat reſtitutionem:vt abſtineat ſe ab hæreditate. nam quamuis ſibi denegetur: iterum poteſt petere, alio contra eum agente. idem ſi petitore agente,pronuncietur inſtrumentum falſum:nam ſi poſtea alio agente producatur idem inſtrumẽtum:non obſtabit excom. ſententiæ inter alios, & in alia cauſa lata,vt ff.de excep.rei iudi.l.ſi à te.& l.cum quæritur & l.ſequen.Idem videtur,ſi agente Roberto contra Martinum,decernatur vnum prædium debere alteri ſeruitutem: licèt ſit arg.contra.ff.de nego.geſt.l.qui aliena.§.ſi. In multis tamen caſibus ſententia facit ius: de quibus aliquos vide ſupra de re iudi.c.quamuis.& l.ingenuum.ff.de ſta.ho. & l.Pap.§.ſi ex cauſa.de mino.& vide Authen.ſi omnes.C.
11 ſi vt ſe ab hære.abſti.¶Tertiò principaliter quero.†vtrùm in iſta cauſa legitimitatis poſsit interuenire defenſor ſine mandato.videtur,quòd nõ:quia in caſu, quo ipſe defenſor interuenire poteſt, debet contra ipſum formari ſententia, & condemnari, & executio fieri:& non contra dominum,vt l.Plautius.ff.de procura.ſed in hac cauſa nõ poſſent verba ſententiæ concipi in perſonam defenſoris: nec condemnationem ſoluere.ſi enim ille,quem defendit, probatur illegitimus:impoſsibile eſt defenſorem condemnari,nec in hoc,quod petitur, nec in pecunia: cum legitimatio non poſsit pretio æſtimari:ſicut nec libertas, vt l.libertas.de regu.iur.Sed in contrarium.ff. rem ra.ha.l.procurator.§.ſi quis à procuratore.& l.non ſolùm.§.ſi ſtatus. de procura.vbi in cauſa ſtatus admittitur procurator ſine mandato cum cautione de rato:& contra ipſum defenſorem fertur ſententia,cum & defendi poſsit,vt l.ſi ſeruum.§.publicè.ff.de procura.& C.de iniu.l.ſi quando.& hanc opi.ſcilicet,quòd poſsit interuenire, tenent hic Docto. poſt quos
12 quæro. † ſi contra illum,quem defendit,ſit ferenda ſententia:quomodo concipientur verba.ponit duas formas.ſecũda eſt[viſis & auditis,&c.dictum G.per præfatum B. procuratorem,ſeu defenſorem ſuum,& ipſo mediante illegitimum eſſe pronunciamus.]infra eodem.c. perlatum.§.fina. & c.quod nobis.in fi.& c.per tuas. C.de iniu.l.fi.vel [denũciamus]infra c.peruenit.in fi.vel[reputamus]infra eodem. cap.ex tenore.in fi.¶Quartò principaliter iuxta prædicta
13 quæro.† ſi dominus non habet ratam iſtam ſententiã,contra defenſorem latam,ad quid cõmittetur ſtipulatio cõtra ipſum defenſorem. dixit Inn.ꝙ ad impedimenta, & intereſſe.ff.rem ratã ha.l.procurator.§. ſi quis à procuratore. Sed nunquid in illo intereſſe veniet æſtimatio hæreditatis, quam iſte pronunciatus illegitimus petit:vel legitimus dicit,quòd ſicut ipſe obtinuerit, & non ante: quia prius non intereſt,vt ibi.& ſi ratione diuerſarum hæreditatũ, vel pluries interſit:agi poterit ex ſtipulatu contra eundem defenſorem,ar.ad leg.Aquil.l.inde Neratius.§.in ſumma.& ff.rẽ ra.ha.l.2.& l.procurator.§.ſi quis.committitur etiam ſtipulatio nõ ſolum in eo,ꝙ is,qui obtinuit,admittitur: ſed etiã in eo,quod lucrari potuit,vt ibi.& l.quo enim tutore.§.fi.& l.ſi cõmiſſa.& ſic non ob.quod opponi conſueuit: quia ſi

ſuccubuit in hæreditate,non intereſt eius , ſi reſtituat.54.
diſtin.c.generalis.Intereſt enim ratione lucri,quod conſe-
cutus fuiſſet,ſi ſententiam ratam habuiſſet,ſecundùm Inn.
Item potuit non iuſtè condemnari.ff.de adul.l. denunciaſ-
ſe.tutius tamen eſt in talibus certam pœnã apponi, ad quã
agatur;quia intereſſe difficulter probatur.ff.rem ratam ha
beri.l.ſi procurator.§.fin.& l.quo enim.§.fin. de præto. ſti.
l.fin.vbi per Bar.de hoc neceſſaria enim eſt appoſitio certę
quantitatis,quando defenſor offert ſe liti,& cauſæ,quæ nõ
recipit pecuniariam æſtimationem, vt l.procurator ad ex-
hi.§.fin.ff.rem ratam haberi.& l.2.§.fin.qui ſatiſda.cog.per
Bar.& quod no.Ber.ſ.de offic.deleg.c.coram.Et no. quòd
prædicta ſunt de iſto defenſore,quando interuenit in cau-
ſis,quæ non recipiunt æſtimationem : vel recipiunt intereſ
ſe non præſens , ſed futurum . quando verò interuenit in
cauſis pecuniarum , vel alia , quæ recipit intereſſe certum :
tunc certum eſt,quòd in eum fiet executio,vt dicta l.Plau-
tius. vtrùm autem actor inuitus teneatur iſtum admittere
ad iudicium , ſi venit animo nouandi ; vel non nouandi :
eſt materia extranea à propoſito noſtro : ideò non proſe-
quor:ſed remitto ad no.in l.non ſolùm.de procura.& l. ſo-
lutionem,vel iudicium.de ſolu. & vtrobique per Barto. de
procuratore autem cum mandato certum eſt,quòd in eum
non fit executio ſententiæ,ſed in dominum.ff. de procura.
l.ſi quis cum procuratorem.facit l.4.de re iudi.& quod ibi
per Bar.de alijs adminiſtratoribus.

### ADDITIO.

a ¶ Vitioſum. Qnando libellus eſt ineptus in vna parte,
non repellitur in alia apta,& pertinenti.hoc argu. Bald.
in l.qui.de inoffic.teſt.facit quod dicitur in ſimili de ſen
tẽtia,quòd ſuper vno cap.valere poteſt,& ſuper alio nul
la eſſe,l.quædam mulier.& l.in hoc iudicio.ff.fam. erciſ.
& l.etiam.§.ex cauſa.de mino.vide Bal.in l.res iudicata.
C.de re iudi.& l.eos.pe.q.de app.

### *SVMMAE.*

1 *Querela proponi poteſt coram iudice contra abſentem non citatum.*
2 *Libellus poteſt offerri die feriato.*
3 *Iudex cum conſtat ſibi reum eſſe abſentem, debet monere parentes,& amicos eius.*
4 *Abſens licèt quis fuerit longo tẽpore:tamen ſide eius abſentia querela proponitur,non ſibi negatur longa dilatio:& nedũ à principio cauſæ,ſed poſt cauſam incæptam debet expectari.*
5 *Abſentia ſola non ſufficit ad pronunciandum contra abſentem : niſi conſtet præſentem fouere iuſtam cauſam.*
6 *Auctoritas ſententiæ facit filios natos ex matrimonio eius auctoritate contracto reputari legitimos.*
7 *Laico ſi infertur turbatio ex cauſa,quæ ſpectat ad forũ Eccleſiæ,debebit per Eccleſiam defendi.*
8 *Sententia iniuſta ex ordine prodeſt filijs natis ex alio matrimonio vigore illius ſententiæ à parentibus contracto.*

PErlatum. Si mulier per iudicium ſepa
rata à primo , contraxit cũ
ſecundo,ex quo prolẽ ſuſcipiat:legitima erit pro-
les.In prima thema,& quæſtio.In ſecũda ſolutio ibi [ideo-
que minus.] ¶ No.primò.quòd iſte per decennium,& am
plius,fuit abſens ab vxore : quæ vtrùm teneretur eum ſe-
qui.dic,vt ſ.de coniu.lepro.c.1.facit quod no.Innoc. ſ. de
eo,qui mit.in poſ.c.fin.& patet hic, quòd iſta mulier pote-
rat eum reuocare:vt ſic cum ea moram traheret: cum cleri
cus teneatur in eccleſia reſidere,vt dicto c.fin.no.¶Secun-
1 dò not.† quòd poteſt quis proponere querelam coram iu
dice contra abſentem non citatum. In prima ergo iudicis
2 aditione non requiritur partis citatio. hinc eſt , † quòd li-
bellus poteſt offerri die feriato,vt l.miles.§.ſexaginta.ff.de
adul.Iudex tamen non debet aliquid decernere contra ab-
ſentem:niſi primò eum citet, vt hic fecit. & vide quod not.
Cyn.in Authen. offeratur. de lit. cont. in ſecunda quæſtio-
ne.vbi diſputat,quando debet offerri libellus: an ipſo cita-
torio:an poſtquam reus comparuit.facit ſ.de dila.cap.2.
3 ¶Tertiò no.† quòd iudex,cum conſtat ſibi reum eſſe ab-
ſentem,debet monere parentes,& amicos eius.forma mo-
nitionis hic in tex.ponitur: vt pro comittant, & reuocent .
alibi eſt,vt ſi volũt,defenſionem ſuſcipiant,vt l.hoc autem .
ff.qui.ex cauſis in poſſeſ.eatur.l.ſecũda.& quòd ibi no. ſed
natura huius cauſæ alterat illam formam : quia non poteſt
in ea interuenire defenſor ſine mandato:niſi quando pro-
cederetur,ſi defenſor non exiſteret,vt l.exigendi.C. de pro
curato.& hoc no.Ioan.And.ſ.c. prox. In prima ergo que-
rela non fuiſſent hic admiſsi parentes ad defendẽdum: ſed
quando poſt expectationem iudicis proceſſum fuiſſet con
tra iſtum abſentem,prout hic fuit : tunc admitterem paren
tes,& amicos ad ipſius defenſionẽ,per ea, quæ dicta ſunt :
& ſic intelligo ſuppletionem Ioannis And.ſuper verb.reuo
carent.dum ſupplet.[ & ſi matrimonium vellent, defende-
4 rent.] &c.Quartò no.in verſi.cunque.† quòd licèt quis lõ
go tempore fuerit abſens:tamen ſi de eius abſentia poſtea
querela proponitur , ſibi longa dilatio non negatur : nam
hic iudex eum etiam expectauit longo tempore . Intelligo
autem longum ad arbitrium iudicis , in cuius relinquitur
poteſtate breuiare,& prorogare terminos non limitatos à
iure,vt l.1.ff.de iure deliberan.& c.conſuluit.& c.de cauſis.
a de offic.delega. abſens a enim nedum à principio cauſæ :
ſed etiam poſt cauſam incœptam debet expectari , ante-
quam iudex recipiat iura,& probationes partis præſentis:
prout facit hic iudex.& l.properandum.§. & ſi quidem. C.
de iudi.& Auth.qui ſemel. quomodo, & quando iudex.
¶Quintò no.quòd iudex,auditis rationibus mulieris , tu-
5 lit ſententiam. † ſola ergo abſentia non ſufficit ad pronun
ciandum contra abſentem : niſi conſtet præſentem foue-
re iuſtam cauſam:imò plus ; quia poteſt iudex ſupplere de
facto in fauorẽ abſentis : & iura producere,ſi qua nouit. &
hoc eſt,quod dicit tex.in dicta l. properandum. §. ſi autem
reus.abſentia Dei:ideſt iudicis præſentia repleatur.ad hoc
Auth.qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex. ibi [ per-
quiſita veritate pronunciet.] &c.& l.ampliore. de appella.
quæ autem hic fuerit cauſa ferendi ſententiam diuortij, nõ
exprimitur:ſed potuit eſſe multiplex:parentelæ: affinitatis:
alterius matrimonij:vel alterius impedimenti canonici.
6 ¶Sextò not. † quòd auctoritas ſententiæ facit filios natos
ex matrimonio eius auctoritate contracto reputari legiti-
mos:licèt appareat eccleſiam fuiſſet deceptam in ſenten-
tia.ſententia enim iudicis inducit bonam fidem,vt l.iuſtè.
ff.de acqui.poſſ.& ſola bona fides parentum ſufficit ad le-
gitimationem prolis:licèt poſtea detegatur error, vt ſ. eo.
c.2.quid ergo ſi hæc mulier dolo ſententiã illam obtinuit,
corruptis fortè teſtibus,vel iudice:an filij ex ea nati ex alio
matrimonio,quod contraxit poſt diuortium , erunt legiti-
mi.dico,quòd ſi vir,cum quo ſecundò contraxit,habuit bo
nam fidem:erunt filij legitimi,vt j.eo.c.pe.ſi verò ipſe ſcie-
bat ſentẽtiam venalem:vel aliàs malè latam:videtur,quòd
auctoritas ſententiæ nõ iuuet filios genitos , poſtquam pa-
rentes habuerunt malam fidem,arg.ſ.de ma.contrac.con-
tra



tra inter.ec.c.fi.§. pari modo.ar.contra.l.generaliter. ff.de
7 noxa . ¶ Septimò no. † quòd ſi laico infertur turbatio
ex cauſa,quæ ſpectat ad forum Eccleſię,debebit per Eccle
ſiam defendi:ſi eum conſtiterit habere ius. non ſolùm er-
go articulus ſpiritualis pertinet ad Eccleſiam:ſed etiam a-
lia,quæ ab eo dependent.facit c. præterea. & c.prudentiã.
ſ.de offi.dele.& dixi.ſ.c.1.in quinto no.¶Op. & videtur,
quòd iſta ſententia epiſcopi contra iſtum abſentem lata,
lite non conte.fuerit nulla,vt.ſ.vt lite non conte.c.quoniã.
§.porro.& §.ſeq.ſo.dicit glo.hic non quæritur, vtrùm be-
ne,vel malè proceſſerit iſte epiſcopus:ſed an filij ſint legi-
timi nati ex alio matrimonio, quod contraxit iſta mulier.
& ſic innuit glo.quòd ſiue iuſtè,ſiue iniuſtę epiſcopus pro
nunciauerit:filij tamen nati ex ſecundo matrimonio ſunt
cenſendi legitimi.& hoc tenet Phil.vt patet hic in nouella
ſuper gloſ.2.in fi.dum dicit[dato etiam , quòd epiſcopus
8 minus legitimè proceſsiſſet. ] & ex hoc no.†quòd ſenten-
tia iniuſta ex ordine prodeſt filijs natis ex alio matrimo-
nio,vigore illius ſñiæ à parentibus contracto.Hoſti. ſoluit
aliter cõtrariũ illius.§.porro.dicit .n. quòd hic fuit abſen-
tia malitioſa,& in odium mulieris,vt ſic ſtaret impedita:&
fuit ſibi à parentibus nunciatum:ſed obaudiuit[nec venire
voluit:]& ſic fuit contumax.& ſic non obſtat ille. §. ſed cõ
cor.poteſt enim dicto caſu ad ſententiam procedi.& idem
ſi ſine cauſa vagaretur,ſecundùm Inno.& ſic intelligendo,
iuſtè iudex proceſsit.quod patet;quia de probitate , & di-
ſcretione ille epiſcopus commendatur.

### ADDITIO.

a ¶Abſena.Abſens videtur contradicere,& non conſen-
tire.Bal.in l.ſi quis.ver.dubitatur hic.C. de teſt. Bar. cõ
tra in l.ſi cum dotem.§.eo.tempore.ff.ſol. mat.in l. quæ
dotis.eo.ti.in ver.& primò quæro,an abſens.

### *SVMMAE.*

1 *Filij concepti de clandeſtino matrimonio poſtmodum per eccleſiam approbato,legitimi reputantur.*
2 *Solemnitas omiſſa à principio matrimonij poſtea poteſt interuenire:& ſuppleri.*
3 *Approbatio eccleſiæ facit prolem legitimam , quæ aliàs eſſet illegitima reputanda.*
4 *Filij,qui nati ſunt de matrimonio bona ſide contracto, debent iudicari legitimi,& hæredes.*
5 *Filius de iure ciuili velit nolit,eſt hæres patris : ſed de iure prætorio habet beneficium abſtinendi.*
6 *Capitulum iſtud de quibus filijs intelligatur, an de natis ante approbatio nem,vel poſt:*

1 QVod nobis †Filij concepti de clã
deſtino matrimonio
poſtmodum per Eccleſiam approbato,legi
2 timi reputant.h.d.¶ No.primò,†ꝙ ſolẽni
tas omiſſa à principio matrimonij,põt poſtea interuenire:
& ſuppleri,quod fuerat prætermiſſum.matrimoniũ autem
non debet iterari:quia tenuit à principio.aliàs, ideſt ſi ra-
tione ſolemnitatis actus fuit inutilis,debet ex integro, & à
capite celebrari.ar.c.1.ſupra de presby.non bap.& l.hære
3 des palam.ff.de teſtamentis.¶Secundò not.† quòd appro
batio Eccleſiæ facit prolem legitimam : quæ aliàs eſſet ille
gitima reputanda.nam eoipſo,quòd publicè in facie Eccle
ſiæ contrahitur.præſumitur in contrahentibus bona fides:
ſecus ſi occultè,vt dixi.ſ.eodem c.2.facit l.fi.ff.de ritu nup.
4 ¶Tertiò not.†quòd filij,qui nati ſunt de matrimonio bo
na fide contracto, debent iudicari legitimi , & hæredes. &
ſic eoipſo,quòd filius eſt legitimus , cenſetur hæres. vnde
Apo.ad Gal.4.ſi filius,& hæres per Deum. licèt ſit contra.
32.q.2.c.non omnis.ſed illud intellige de illegitimo, vel le
gitimo non neceſſario: nec nolente hæreditatem adire.ſe-
cundùm Io.And.poſt Hoſt.non perfectè declarant . Ideo
5 dic,†quòd de iure ciuili filius velit nolit , eſt hæres patris :
ſed de iure prætorio habet beneficium abſtinendi,vt l. ſi fi
lius qui patri.de vulga.& pupil.& l.neceſsitas.de acquiren.
hære.vnde in filium dicitur continuari dominium rerum
paternarũ:nõ de nouo q̃ri,vt l.in ſuis.de ſuis,& le.Inſpecto
ergo iure ciuili conſequentia,quam facit Apoſtolus,eſt bo
na:ſi filius,ergo hæres.& ita eſt verum, quoties de eius cõ-
modo quæritur:puta de tranſmiſsione hæreditatis pater-
næ in ipſos hæredes,& cum agit contra debitorem patris:
non enim in iſtis,& ſimilibus caſibus expedit ſibi probare
aliter immiſtionem:ſed eoipſo,quòd filius;ergo hæres . ſi
verò certamus de eius incommodo: puta conuenitur à cre
ditorib us paternis,tanquam hæres:tunc creditorum inten
tio nõ eſt fundata:niſi probent immiſtionem filij.ita nota.
Dy.in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ff.ſolu.matr.& de
iſta exiſtentia ſui hæredis dic per Barto. vt dictis l. ſi filius
qui patri.& l.neceſſarijs.præalleg.& no.etiam in l.1.C.ſi vt
ſe ab hæred. ab. ¶Quæro de intellectu huius c. vbi dicitur
de filijs generatis de matrimonio poſtmodum ab Eccleſia
6 approbato, &c. † quæro de quibus filijs intelligatur ,
an de natis ante approbationem : vel poſt . Reſpondeo
tres ſunt caſus . quandoque filij naſcuntur poſt appro-
bationem factam ab Eccleſia:& hic non eſt dubium,quòd
ſunt legitimi, etiam ſi poſtea tale matrimonium declare-
tur eſſe nullum . quandoque ante approbationem ſunt
concepti : ſed poſt approbationem nati . & debemus in
ſpicere tempus natiuitatis: quia vtilius eſt naſcenti,vt dixi
ſupra eod.c.2.in 5.no. quidam ſunt nati , & concepti ante
approbationem: & hoc caſu vtrùm ſubſequens approba-
tio ab Eccleſia reddat illos legitimos.glo. tenet hic , quòd
ſic:quam ſequitur Ioan. And. qui dicit, quòd hoc caſu ſe-
quens approbatio purgat præcedentem turpitudinem. &
legit ſic iſtam literam[ſi qui autem geniti fuerunt de clan-
deſtino matrimonio poſtmodum.i. poſt generationem ip-
ſorum ab Eccleſia.]&c.& pro hac lectura facit:quia etiam
de fornicario coitu nati legitimantur per ſequens coniu-
gium.ſupra eo.c.tanta.pro illa parte facit, qnod no. Ala.&
Goff.ſ.eo.c.cum inter.vbi dicit,quòd ſi contradicente Ec
cleſia aliqui contrahant,& poſtea Eccleſia approbet:quòd
filij ante approbationem nati ſunt legitimi.ſ.de clan.deſp.
c.2.& 3.Sed prædictæ opi.Ber.& Io.An.obſtat l. eum qui.
aliàs incipit Paulus.ff.de ſta.ho.vbi matrimonium illicitum
à principio non conualidatur per ius ſuperueniens, quan-
tùm ad legitimationem filiorum iam natorum. pro hoc fa
cit,quod dixi.ſ.eodem.c.tanta.in 4.not.vbi dixi , quòd ſi
matrimonium eſt contractum in gradu prohibito : & po-
ſtea ſuperueniat diſpenſatio Papæ:tamen filij antea nati nõ
ſunt legitimi.quod tenet Gui.de Cug.in dicta l. Paulus. ad
hoc reſpondeo,quòd quandoque matrimonium à princi-
pio eſt improbatum quò ad ipſius ſubſtãtiam propter ali-
quod impedimentum:tunc licèt ceſſet cauſa impediens:fi-
lij primò nati non legitimantur.ar.ad hoc.ff.de li.& poſth.
l.ſi filius, qui in poteſtate . quandoque matrimonium non
deficit in ſubſtantia:ſed eſt omiſſa quædam ſolemnitas ca-
nonica,quæ non facit ipſum tantæ auctoritatis.& tunc illa
qualitatis ſuppletio legitimat præcedentem prolem.& hoc
modo ſit vera præcedens opi.Ioan.An. facilius enim con-
ualeſcit actus,cum eſt peccatum in aliqua qualitate:quàm
quando eſt peccatum in ſubſtantia,ar.l. qui appellationis.
ff.de hære.inſti.coniuncta præal.l.ſi filius.& infra.de reſcri.
c.ſi eo tempore.li.6.coniuncto.c.ſi pro clericis.eo. lib. Sed
ob.c.tanta.vbi erat defectus in ſubſtantia:& tamen matri-
monium ſubſequens legitimat præcedentem prolem : ſed
ibi

ibi licèt eſſet defectus in ſubſtantia: tamen erat in ea affectus matrimonialis: & quædam figura matrimonij per retentionem in domo indubitato affectu: vt requiritur ad eſſentiam concubinatus, vt in Auth. quib. mo. na. effic. ſui. vnde in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus, ſecundũ Philo. & hoc not.

*S V M M AE.*

1 *Matrimonium contra iura contractum excuſatur quò ad prolem, duobus modis.*
2 *Impedimentum proueniens à iuſtitia publicæ honeſtatis impedit, & dirimit matrimonium.*
3 *Matrimonio pronunciato nullo, per conſequens infertur, prolem non eſſe legitimam.*
4 *Filii nati ex illicito matrimonio non debent admitti ad paternam hæreditatem.*

Referente. Si ſcientes inter ſe perpetuum impedimentũ, matrimonium cõtrahant, illegitima eſt proles eo-
1 rum. ¶Primò not. † matrimoniũ contra iura contractũ excuſatur, quò ad prolem duobus modis. ſ. permiſſione Eccleſiæ: & parentum ignorantia. probabilis. n. ignorantia habetur pro titulo legitimo, vt l. Celſus. ff. de vſuc. facit quod
2 no. in c. conſultationib. de iure pa. cum ſi. ¶Secundò no. † ꝙ impedimentum proueniens à iuſtitia publicę honeſtatis impedit, & dirimit matrimonium. quod alibi optat Ioan. And. corrigi, ſicut illud proueniens ex adoptione legali. & ego addo ẽt illud proueniens ex coitu fornicario cũ aliqua, vel aliquo conſanguineo exulis, qui poſtea matrimo-
3 nium cõtraxerunt. ¶Tertiò no. † ꝙ pronunciato matrimonio nullo, per conſequens infertur, prolem non eſſe legitimam. quod poteſt eſſe verum, qñ filiis iam natis ſcietibus, actum eſt de fœdere matrimonii inter parentes: ſecus forte ſi eis ignorantib. facit quod no. ſ. de te. c. ſignificauit. &
4 c. quãuis. ſ. de re iu. ¶Quartò no. † ꝙ filii nati ex illicito matrimonio non debent admitti ad paternam hæreditatem. vtrùm autem ad maternam. dic per Hoſti. in ſumma. eod. titu. §. 2. verſi. ſpurij. & ſe. & ſ. de teſtam. cap. Raynutius. in prin. & Inſti. ad Orfi.

*S V M M AE.*

1 *Filius, cui poſt mortem parentum mouetur quæſtio de illegitimitate, probare tenetur inter parẽtes fuiſſe matrimonium legitimum.*
2 *Filij excluduntur à ſucceſſione paterna propter illegitimitatem.*
3 *Quæſtio de legitimitate quando poſſit referri filijs: & quando non.*
4 *Solemnitas magis præſumitur in facto antiquo, quàm in recenti, & nouo.*

Peruenit. Ad probandum prolem illegitimam, non ſufficit probare impedimentũ matrimonij in facie Eccleſiæ contracti. primò ponitur mulieris querela. ſecũdò ſuper ea datur iudex: quẽ inſtruit ſuper pronunciatione. ¶No. primò
1 † ꝙ filius, cui poſt mortem parentum mouetur quæſtio de illegitimitate, probare tenetur inter parentes fuiſſe matrimonium legitimum: quia non præſumitur matrimonium, niſi probetur. quod dic, vt ſ. de præſum. c. illud. ¶Secundò
2 no. † ꝙ propter illegitimitatem filij excluduntur à ſucceſſione paterna. dixi ſ. eo. c. tanta. nunquid autem à materna, dixi ſ. cap. prox. ¶Tertiò no. formam pronunciationis in cauſa legitimitatis: debet enim nunciari legitima: & ſic videtur ſententia declaratoria, nõ diſpoſitoria. ſicut dicimus in reali actione, vt l. ſi corpus. §. competit. ff. ſi ſer. uen. de effectu autem huius ſententiæ, an ius faciat inter omnes: & qñ poſſit deduci in iudicio: dic vt ſ. eo. c. lator. ¶Opp. Papa videtur inniti illi allegationi huius viduæ: ſcilicet quia pater, & mater non fuerunt in uita inquietati ſuper matrimonio: ideò ipſa eſt legitima pronuncianda. ¶Sed contra. ſ. e. c. cauſam quæ. vbi poſt mortem mandati inquiri de matrimonio. ſo. vt in gl. quę incipit. ar. con. &c. quæ ſoluit duobus modis. prima ſo. eſt Ala. qui dicit, ꝙ hic lapſum erat quinquennium à morte coniugum: ibi no. Ber. ſoluit hoc modo: ꝙ eoipſo, ꝙ conſtat matrimonium in facie Eccleſiæ contractum: & ꝙ vſque ad mortem coniugati ſine controuerſia in matrimonio permanſerunt: præſumitur matrimoniũ inter eos: poteſt tamen aduerſa pars probare contrarium. & ita loquitur contrarium in caſu, videlicet quo aduerſa pars probare velit matrimonium non fuiſſe. & ita in contrario. Sed iſta ſo. non videtur bona: nam poſtquam in facie Eccleſiæ matrimonium eſt contractum: proles ſuſcepta
a eſt cẽſenda legitima, a quantuncunque appareat matrimonium non tenuiſſe. vt ſ. eo. c. 2. non ergo ſuper impedimento fuiſſet probatio admittenda contra filios iam ſuſceptos: nec in vita, nec poſt mortem parentum. & hoc ſentit Ioan. Andr. ſuper verbo aſſerentes, & ſuper glo. j. ſuper verbo nihil probat. Quia tamen iura variè loquuntur: ideò Ioan.
3 Andr. † poſuit hic vnam diſtinctionem in materia, quando poſſit filijs referri queſtio de legitimitate: vel nõ. diſtinguit ergo plura membra: nam quandoque parentes illius nullo modo. vel clam contraxerunt. & tunc poteſt de hoc referri quæſtio perpetuò, vt ſ. eo. c. cauſam. j. & 2. quandoque contraxerunt publicè, & in facie Eccleſiæ: & tunc aut obiiciens vult probare malam fidem vtriuſque: & adhuc admittitur indiſtinctè: nec prodeſt eis hoc caſu in facie Eccleſiæ contraxiſſe, vt ſ. de clan. de. c. ſi. verſicu. pari modo. quandoque non objicitur mala fides parentum. & tunc aut matrimonium fuit impetitum in uita parentum: & adhuc in perpetuum quæri poteſt. ſic intelligi poteſt. C. ſi reus, vel ac. mor. fu. l. fina. & C. ne de ſta. defunct. l. quamuis. & ſ. eodem. cap. tranſmiſſæ. & hoc verum, niſi ſuperior ex cauſa malæ præſumptionis apponat certum terminum: quo elapſo, clauditur omnis via. ſ. eo. c. lator. quandoque in vita parentum matrimonium impetitum non fuit: & hoc caſu adhuc intra quinquennium, ratione bonorum, poteſt de hoc quæri: ſed elapſo quinquennio audiri non debet, arg. C. ne de ſta. defun. l. ſi mater. iſta eſt diſtinctio in effectu Io. Andre. quæ eſt mihi dubia in quibuſdam membris: nam quando in facie Eccleſiæ contraxerunt, & non objicitur parentibus mala fides: non credo filiis poſſe referri quæſtionem illegitimitatis poſt mortem patris: nec etiam eo viuente. vt ſ. eodem capitu. 2. & infra eodem cap. penul. & hoc verum credo, quando ante motam litem parẽtibus iſti filii nati ſunt: ſi enim poſt motam litem naſcerentur: ad hoc fortè idẽ, ꝙ eis non obſtat: poſtquam in facie Eccleſiæ contraxerunt parentes bona fide: vt ſic à primordio tituli poſterior formetur euentus. vt C. quando & qui. quarta pars. de. l. j. libro decimo, & hoc quando conſtat matrimonium fuiſſe contractum in facie Eccleſię, & bona fide: quæ præſumitur, niſi probetur mala iſto caſu, vt l. quoties. §. qui dolo. ff. de probation. quandoque conſtat matrimonium non fuiſſe contractũ in facie Eccleſię: & tunc (vt dicit Io. An. ſ.) perpetuò queri poteſt. vnde & poſt quinquenium à morte parẽtum poteſt de hoc liberis referri quæſtio: nec lapſus quinquennij eis prodeſt. quandoq; dubitatur, vtrùm matrimonium fuerit contractum in facie Eccleſiæ: vel non. quia filij hoc



hoc affirmant: ſed conſanguinei patris negant. & hoc dicerem, quòd aut factum eſt adeò antiquum, quòd non poſſit probari contractus: & tunc ſufficit probare per conie-
4 cturas, vt no. ſ. e. c. lator. † In facto enim antiquo magis pſumitur ſolemnitas, quàm in nouo, & recenti. & ita tenet hic Ioan. An. facit quod no. Inno. in c. innotuit. j. de eo, ꝙ fur. or. ſu. quandoque contractus nõ eſt multum antiquus: & tunc diſtinguo: quia aut mouetur quæſtio omiſſæ ſolemnitatis bannorum ipſis coniugatis: aut eorum filijs. ſi ipſis coniugatis: & debent ipſi coniugati probare; quia illa eſt ſolemnitas extrinſeca, quæ non præſumitur, vt l. quæcunq; ff. de publi. & l. ſciendum. de verbo. obli. per Bar. ſi verò filijs eorundem: tunc aut non eſt lapſum quinquennium à morte parentum. & ſimiliter ipſi filij probabunt parentes in facie Eccleſiæ contraxiſſe. aut eſt lapſum quinquennium: & tunc lapſus quinquennij inducit præſumptionem pro filijs: vt ſolemnitas interuenerit, arg. l. ſi filius. C. de pe. hære. & ff. de acqui. hære. l. qui in aliena. verſi. ſed ſi non adierit. poterit tamen aduerſa pars probare contrarium. alibi tamen dicit Inno. quòd ſola quaſi poſſeſſio matrimonialis parentum (ſcilicet quòd pro coniugibus habeatur) ſufficit liberis: vt legitimi reputentur, vt no. Inno. in c. veniens. de verbo. ſigni. & c. illud. de præſump. ſed intellige illud verũ, quando matrimonium non impugnatur ratione alicuius canonici impedimenti. ſi verò impedimentum obiicitur, & probatur: tunc ad elidendam dictam obiectionem, recurre ad præcedentem diſtinctionem. ¶Oppo. & videtur, ꝙ Papa hic iniungat onus huic viduæ probandi ſe legitimã. Sed contra: imò videtur, quòd incumbat aduerſario, vt ſ. eod. c. lator. ſol. vt in gloſ. ar. contra. &c. ſuper qua dicit Io. An. quòd aut eſt pura negatiua (quia negatur fuiſſe matrimonium inter parentes.) & tunc probet filius vel contractum, vt. j. c. proximo. vel communem opi. vt hic. aut non eſt pura; quia non dicitur matrimonium non fuiſſe contractum: ſed ipſum non eſſe legitimum. & tunc probet opponens, cum negatiua qualitatis probetur à negante, vt not. in c. bonæ. de elec. Non ob. iſtud. c. quia hęc mulier agebat, ſit pronunciaretur legitima, ſecundùm Io. And. quod ergo ſupra dixi, quòd ſufficit filijs, quòd parentes geſſerint ſe ꝓ coniugibus: habet locũ, qñ filij non petunt ſe legitimos ꝓnunciari: ſed ſi petunt, debẽt ſe legitimos probare aliter, q̃ per quaſi poſſeſſionem coniugij parentum. quod non firmo. ¶Vltimò contra illud, quod ſupra dixi, videlicet ꝙ vſque ad quinquẽnium poteſt excipi de illegitimitate poſt mortem parentum in caſu, quo dubium eſt, an fuerit contractum matrimonium in facie Eccleſiæ, nec ne. ¶Oppo. & videtur, quòd perpetuò poſſit excipi, per illam regulam. quæ ſunt annua ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum. ff. de exce. l. purę. §. fi. ſol. quandoque competit ad idẽ exceptio, & actio: & tunc eius vitæ eſt exceptio, cuius eſt actio. quandoque competit mera exceptio: ſed non actio. & tunc ſtandum eſt contrario. Ita no. Innocen. in c. cum dilectus. & c. ſi. de ordi. cog. In caſu ergo noſtro ille, cui competit exceptio illegitimitatis, poteſt principaliter hoc in iudicium deducere, ſi ſua intereſt, vt no. ſ. eod. c. lator. ſi ergo intra quinquennium non egit: ſicut poſt excluditur ab agendo: ita ab excipiendo. & ita ſentit hic Io. An.

ADDITIO.

a ¶Legitima. Legitimorum appellatione in ſtatuto non comprehenditur legitimatus per reſcriptum, vel diſpenſatus. Alex. in l. ſed ſi hac. §. patronum. ff. de in ius vocã.

*S V M M AE.*

1 *Concubina ad hoc vt aliqua dicatur, quid requiratur. & num. 2.*
3 *Filij nati ex ancilla, quam quis tenet in domo, an poſſint dici naturales.*
4 *Clandeſtinitas non reddit matrimonium nullum.*
5 *Matrimonium primum clandeſtinè contractum præiudicat ſecundo, quod publicè eſt cum alia ſubſecutum.*
6 *Denominatio filij facta à patre, quid proſit filio.*
7 *Sponſalia de præſenti poſt ſuſceptam prolem reddunt eam legitimam.*
8 *Iudex motus ex falſa cauſa, ſi fert ſententiam: talis ſententia eſt nulla: licèt illud idem potuerit iudicare ex cauſa iuſta.*
9 *Allegare poteſt quis pro deciſione cauſæ caſum legis, qua loquitur in diſsimili caſu.*
10 *Aduocatus fouens iuſtam cauſam, debet allegare iura facientia pro ſe, etiam ſi non ſint efficacia.*
11 *Confeſsio confitentis aliquem ſuum eſſe filium, an præiudicet. pulchra diſtinctio.*
12 *Filiatio vt probetur, debent duo fieri articuli.*
13 *Pater meus cuidam ſic dixit [confiteor te filium meum] quo mortuo, tu vis venire ad ſuccedendum mecum: ego volo probare, quòd pater meus errauit: nunquid poſſum.*
*Et quid ſi addit ad confeſsionem filiationis hæc verba [& volo, quòd venias ad ſucceſsionem] nu. 14.*

Per tuas. Statur dicto teſtium, qui probant aliquem legitimum: licèt fama viciniæ habeat contrarium. & ſunt duæ partes. In prima conſultatio. In ſecunda ibi [nos igitur.] reſpõſio. ¶Nota primò, quòd ſecundùm communem opinio. maioris partis viciniæ iſta reputabatur concubina: & hoc ideo: quia habitabat in domo vna ſecũ: quod requiritur ad eſſentiam concubinatus. facit. 34. diſt. c. concubina. & per
1 hoc argue, † quòd ſi quis retinet vnam mulierem extra domum ſuam: quòd iſta non poteſt dici concubina: vnde filij ex tali nati, nõ legitimarentur per ſequens matrimoniũ cum illa muliere contractum. & hoc tenet Bar. poſt Dy. in
2 l. fin. ff. de concubi. † dicit enim, quòd in concubinatu requiritur indubitatus affectus: ſicuti in vxore: cuius affectus pſumptio inducitur per cohabitationem, vt d. §. concubina.
a a quod dictum no. pro limitatione eius, quod dicit Io. And. ſupra. eodem. c. tanta. vbi ad legitimationem per ſequens matrimonium dicit ſufficere, quòd cum illa potuerit eſſe coniugium. quod intelligo, ſi tenetur in domo maritali affectu: ſecus ſi extra domum: vel etiam in domo pro famula. nam ſi ex tali in domo filios ſuſcepit: & eã poſtea in vxorem duxerit. tale matrimonium ſubſequens non legitimat prolem præcedentem. ad hoc facit quod not. Oldr. conſil.
3 231. quærit enim in dicto conſilio: † an tales filii poſſint dici naturales. dicit, quod non; quia oportet, quòd ſit ex libera muliere in ſchemate concubinæ ſociata. in Authen. qui. mo. na. effi. ſui. §. ſi quis autem defunctus. coll. 7. & in Aut. de trien. & ſe. §. & hoc dicimus ſi vir, & concubina, & c. hæc autem, de qua ſupra, non ſtabat in ſchemate concubinæ: quia ſchema concubinæ adeo affine, & proximum eſt vxoris ſchemati: vt propter difficilem diſcretionem vnius ab altera, lex requiſiuerit proteſtationem, ꝙ ſit concubina, vt ff. de concu. l. in concubinatu. & de ritu nup. l. in liberæ. & præſumptioni indubitatæ affectionis ad ipſam, quæ requiritur in concubinatu, multum detrahit vtilitas, & abiecta conditio mulieris, ar. ff. de dona. l. donationes. circa princi. & ff. de his, quæ vt indig. l. poſt legatum. §. de eo. iſta ſunt ver-

verba,quæ ſunt no tabilia in iſta materia. ¶Secundò no.ꝙ
ad probandum iſtum fuiſſe legitimum,allegabatur, ꝙ eam
affidauerat,antequam ex ea genuiſſet filium. licèt ergo clã
4 deſtinum † fuerit matrimonium : tamen proles eſt legiti-
ma:quia clandeſtinitas non reddit matrimonium nullum :
ſed nocet liberis poſt ſuſceptis , qui parentum ignorantia
non iuuantur,ſi poſtea detegatur impedimentum canoni-
5 cum inter eos.ſ.de cland.de.c.fin.& collige etiam,†ꝙ ma-
trimonium primum clandeſtinè contractum præiudicat ſe
cundo,quod publicè eſt cum alia ſubſequutum.alibi tamẽ
dicit glo.ꝙ ſi quis publicè aliquã duxerit: & dicat ſe prius
duxiſſe aliam, tenetur probare , ꝙ cum omni ſolemnitate
dotis,& benedictionis eam duxerit.illa ſunt verba glo. 31.
6 q.2.c.lator.quæ notabis . ¶Tertiò no.†ꝙ etiam iſte filius
ad probandum ſe legitimum induxit nominationẽ patris
factam in teſtamento:& prodeſt ta lis confeſsio,quando fit
principaliter propter ſe:ſecus ſi incidenter , vt l. non epi-
ſtolis . & l.non nudis.C.de proba.& quod ibi per Cy.ope-
ratur etiam alium effectum:de quo in gloſſ.& j.dicam.
¶Quartò no.quia probatum fuit,iſtam affidatam:licèt cõ
cubina haberetur.& quia plus valet , quod in veritate agi-
tur:quia ſcilicet erat vxor,quàm qđ ſimulatè concipitur:fi-
lius ex ea natus reputatur legitimus.& ex hoc no. Io.And.
ꝙ quãdo veritas facit pro legitimatione, præfertur opinio
ni,vt hic.quando verò opinio facit pro ea, præfertur veri-
7 tati.j.eo.c.ex tenore. ¶Quintò no.†quòd Papa innuit ſa-
tis eſſe ad legitimatione m prolis,ſi poſt eam ſuſceptam,ſe-
quuntur ſponſalia de præſenti.de copula igitur non eſt cu-
randum.quod tenet Io. An.in ſponſalibus de præſenti. ſe-
cus in ſponſalibus de futuro.remittit ad not.per eum. ſ.de
ſpon.c.veniens.& ita tenet hic ſuper gl.antequam . ¶Sex-
tò no.ꝙ Papa confirmat ſententiam iſtius iudicis: qui mo
tus fuit ad iudicandum ratione non tangente quęſtionem,
de qua agitur.ſed iuſtificatur ſententia ex alio capite,quæ
deprehenditur ex proceſſu.idem habes in l.Titianus. ff.qđ
8 cum eo.alibi tamen dicitur , †ꝙ ſi iudex motus falſa cauſa
tulit ſententiam:talis ſententia eſt nulla:licèt illud idem po
tuerit iudicare ex cauſa iuſta,vt l.ſi is ad quem.ff.de acqui.
hæred.quod dic,vt ibi per Bar. & ſ. de renun.c.in præſen-
9 tia.& dic vt ſ.de re iudic.c.ſicut nobis . ¶Septimò no.†ꝙ
quandoque quis allegat pro deciſione cauſæ caſum legis :
quæ loquitur in diſſimili caſu.concor.j.de accu.c.ad peti-
10 tionem.dicit tamen Io.An.†ꝙ aduocatus fouens iuſtã cau
ſam,iura facientia pro ſe allegare debet, etiam ſi non ſint
efficacia:quia ſcilicet poteſt eis reſponderi:nam experien-
tia docuit,quòd ſæpius iudices , & conſultores mouentur
ad pronunciandum potius per iura,quæ minus faciũt, quã
per ea,quæ plus faciunt.& vide quod no.j. de conceſ.præ-
ben.c.quia cunctis. lib.6.& c.ſi quando. ſ. de reſcrip. vtile
tamen eſt nonnunquam in ſentẽtia exprimere cauſam,qua
mouetur iudex ad ferendam ſententiam, vt patet in c.ſicut
nobis.ſ.de re iudi.¶Oppo.& videtur,ꝙ etiam non proba
to contractu matrimonij aliter:quòd iſte debuerit tanquã
legitimus admitti ad hæreditatẽ paternam.nam eoipſo, ꝙ
in vltima voluntate eum pater filium nominauit, intelligi-
tur legitimaſſe,vt in Auth.item ſi quis.C.de nat.lib.ſol.gl.
quæ incipit eoipſo &c.ſentit iſtud contrarium : nec perfe-
ctè ſoluit.Io.An.dicit , ꝙ ſi dicamus hunc patrem habuiſſe
alios filios legitimos: ceſſat oppoſitio . quia non legitima-
tur tali nominatione iſto caſu, vt dicit gloſſ. ſed iſta ſolutio
eſt diuinatio quò ad iſtum tex.vbi nihil dicitur, ꝙ haberet
alios legitimos.ſoluit ergo Io. An. ꝙ illa Auth.debet intel
ligi,quando mater tunc viuens poſſet eſſe vxor. & iſta ſolu
tio, licèt etiam ſit diuinatio quò ad tex. vbi nihil de morte
mulieris dicitur:tñ eſt vera,& no.limitatio ad illã Auth. itẽ
ſi quis,& eam tenet Bar.in quadam ſua diſputatione, quæ
incipit.habens filiam naturalẽ &c.dicit.n.ibi ſic . ad hoc vt
filius ſic nominatus ſit legitimus,requirit,ꝙ mulier, ex qua
natus eſt,tempore teſtamenti , & prolatorũ verborũ ſit ta-
lis conditionis,ꝙ cum ea potuerit eſſe matrimonium.vnde
ſi tempore teſtamenti dicta mulier erat mortua:ve l effecta
religioſa:vel alteri tunc nupta:tunc ex tali nominatione pa
tris in teſtamento non efficeretur filius, vel filia legitimus ,
pro hoc adducit tex.in d.Auth.vbi dicitur [cum muliere,q̃
vxor eſſe poterat.]quod verbum põt eſſe futurum ſubiun-
ctiui.Item in Auth.vt li.ma.& auiæ.§.ad hoc.coll.4. dicitur
de libera muliere,cum qua nuptiæ conſiſtere poſſunt. iſtud
[poſſunt]eſt præſentis temporis.vnde requiritur, quòd nu
ptiæ poſſint conſiſtere eo tempore , quo verba à teſtatore
proferuntur,vt l.ſi ita.de aur.& arg.leg. & ſi deſinit morte,
vel alio caſu nuptias non poſſe conſiſtere : dicta verba lo-
cum non habent . caſus eſt in l.quod ſeruus. ff. de condict.
ob cau.& ibi no.in glo.fin.& quod ibi per eum.facit C.de
indict.vi.Auth.cui relictum.ibi[niſi ſpes nuptiarum defece
rit,]&c.& expresſius in cor.vnde ſumitur. de nupt. §. quia
verò.In caſu ergo huius c. ſi iſta , quæ dicebatur concubi-
na,erat mortua tempore , quo iſte iſtum natum ex ea filiũ
appellauit:talis nominatio non legitimat eum,per illa,quæ
dicta ſunt:& hoc videtur expreſſum in Auth. quib.mo.na.
effic.ſui.§.illud tamen.vbi dicitur,ꝙ matre mortua : vel ſi
aliud impedimentum eſt,ꝙ non poſſit eſſe matrimonium:
filius naturalis non poteſt legitimari,niſi per reſcriptũ prin
cipis . requritur ergo, vt talis nominatio reddat ſic filium
nominatum legitimum:quòd poſſint eſſe nuptiæ cum ma-
tre tempore nominationis.Item per illa verba [tẽpore nu-
ptię cõſiſtere poſſunt]&c. dicit Bar.ꝙ requiritur & aliud,
ſcilicet ꝙ honeſtè,& ſecundùm bonos mores ciuitatis eſſe
poſſent:vnde ſi talis eſt mulier:cum qua eſſe poterit matri-
monium:non tamen honeſtè;quia eam accipere , eſſet ſibi
verecũdia,inſpectis diuitijs nobilitate , ſiue dignitate per-
ſonæ viri:illa autem erat famula : vel aliter vilis,& abiecta
perſona:tunc ex illis verbis filius non poterit ſe dicere le-
gitimum qu a nuptiæ cum illa muliere non poſſunt conſi-
ſtere honeſtè.non enim poſſumus, quod honeſtè non poſ-
ſumus,vt l.ſi filius.ff.de condi.inſti.& C.de ſpon.l.fina.& in
Authen.quibus modis natu.effi.ſui.§.illud tamen.ibi: [aut
legitimo iure non digna matrimonio.] &c. prædicti enim
filij ſic nominati dicuntur legitimi:quaſi lex præſumat ma
trimonium.vt dicto §.ad hoc.vnde in caſu huius cap.ſi iſta
mulier fuiſſet turpis vitæ & vilis,& non vxor:nominatio pa
tris,quam feciſſet de teſtamento de filio,quem ſuſcepit ex
ea:non faceret eum filium. ¶Tertiò ad hoc vt dicta nomi-
natio reddat talem filium legitimum:requiritur ſecundùm
Bar. quòd dicta verba proferantur principaliter propter
ſe:ſecus ſi incidenter propter aliud, puta cauſa demonſtra-
tionis.vel ſi dixerit.[Antoniæ filiæ meæ lego centũ.] nam il
la oratio profertur principaliter propter legatum . illa ve-
rò verba[filiæ meæ.]ponũtur, vt perſona legatariæ clarius
exprimatur,& demonſtretur : quo caſu dico, quòd ex illis
verbis non inducitur probatio , quòd matrimonium præ-
ceſſerit:vt ſic filij ſint legitimi.pro hoc dictus.§.ad hoc.vbi
dicit.ſi quis dicat hunc,aut hanc ſuum, aut filiam ſuam eſ-
ſe: & ſic requirit, quòd dicta verba proferantur principa-
liter propter ſe.ad hoc optimè ſupra de præſumptio. cap.
illud.vbi ſi inſtrumentum non eſt confectum principaliter
ſuper matrimonio:licèt vir & vxor inuicem ſe appellẽt: nõ
probant plenè matrimonium: licèt pręſumptionem faciat.
& hoc tenet hic Ber.& Hoſt.& Ioan.An. ¶Quartò requi-
ritur,vt dicta Auth. locum habeat , quòd quis habeat fi-
lios ex muliere,quam tenebat vt concubinam indubitato
affectu:ſecus ſi ex quadam alia vili muliere . vt in Authen.
quibus modis natu.effic.ſui.§. ſi quis aatem defunctus . &
ita



ita tenet Hoſt.in ti.qui filij ſint leg. §.fi. circa fi. ¶Quintò
requiritur ad hoc vt dicta nominatio reddat naturalẽ legi-
timum:ꝙ non extent filij legitimi.nam ſi extarent:per talia
verba(quantuncunque principaliter,& per ſe prolata ſint)
non diceretur legitimus,vel legitimus nominatus ille. & ita
tenet Hoſt.in dicto titu.qui filij ſint le. circa fi.& Ioan. An.
vt prædixi.licèt Ia.de Bel.dicat non referre, ſint ex tunc le
gitimi,nec ne.ſed præcedens opi. verior eſt,ſecundùm Bar.
quia liberis legitimis extantibus,non prodeſt legitimatio ,
niſi per oblationem curiæ:vel per matrimonium verum, vt
in Auth.qui.mod.na.effi.ſui. §.generaliter.& ibi no.ſed ex
tali nominatione in teſtamento non reſultat matrimoniũ
verum:nec præſumptum,de iure ciuili.& licèt talis præſum 12
ptio per hoc,quòd nominauit filium , præſumatur matri-
monium de iure ciuili:tamen de iure canonico non admit
teretur,vt ſola ſufficeret.vt dicto c.illud.de præſump. quod
videtur tenere Hoſt.in ſumma.qui fi.ſint le.§.fina. & refert
Bar.ſe habuiſſe hoc à pluribus Docto.iuris canonici: quos
interrogauit.& iſta ſunt dicta eius in dicta diſputatione.vbi
quærit,ſi omnibus concurrentibus,quæ exiguntur ad legi-
timationem,vt prædixi:an iſte filius ſic nominatus in teſta-
mento,& non inſtitutus poſſit impugnare teſtamentum ra
tione præteritionis.tenet ꝙ non: nam ſi propter filios legi-
timos lex non admittit dictam præſumptionem(vt dixi)ea
dem ratione propter teſtamentum,ne irritetur.argu. ff. de
vulg.& pup.l.ex teſtamento.in prin. Item ſi diceret illud te
ſtamentum nullum:non poſſet dicere ſe nominatum in te-
ſtamento,quod teſtamentum eſt nullum:& ſic ſibi nõ pro-
deſſet: nam ſi commodum legitimationis vult ex teſtamen 13
to conſequi:expedit ſibi teſtamentum approbare, argum.
l.pen.& fi.de inoffic.teſtam.& no.iſta pro clara intelligen-
tia iſtius nominationis , quando operetur effectum legiti-
mationis:prędicta enim requirunt ignota cõmuniter, ma-
ximè quia raro contingit.¶Secundò oppo.innuit iſte text.
ꝙ ſola nominatio ſufficit ad probandum aliquem eſſe fi-
lium.Sed contra 2.q.1.c.multi.in fin.& l.non epiſtolis.cum
alijs allegatis in glo.eo ipſo &c.quæ non ſoluit: ſed remit-
tit ad no.ſ.eo.c.tranſmiſſæ.poteſt dici, ꝙ illud cap.facit in
contrarium.ſ.quòd aſſertioni patris non ſtatur : nec etiam 14
mulieris.quod patet,quia Papa non pronunciat ſecundùm
illam allegationem,quòd in teſtamento eũ filium appella-
uit &c.Sed dices:quare in c.tranſmiſſæ.dicitur , ꝙ talis con
feſsio patris,& matris prodeſt filio: hic verò non prodeſt ?
Reſpondeo,vt apparet ex fi.c.quia illa Decr.loquitur in ca
ſu diſſimili ab illo,de quo in illo c.ibi.n. certificabantur cõ
tra filium:hic verò pro filio.& ita dicit gl.nam ibi &c. Sed
certè iſta diſſimilitudo facti non debet inducere ius diuer
ſum:nã ſi creditur neganti,quem eſſe ſuũ filium: multò ma
gis debet credi confitenti,vt l.j.§.Iul.& ibi no.ff.de li.agno.
dicit ergo Io.An.ꝙ ibi negabatur filiatio:hic qualitas.Item
hic factum iſtius contradicebat verbo:nam ducendo aliã ,
viuente illa,ex qua iſtum ſuſcepit: negare re ipſa videtur il
lam non fuiſſe vxorem ſuam : & per conſequens natum ex
ea non eſſe legitimum:ideò contra factum ſuum , & tacitã
confeſsionem,quæ ex facto reſultat,videtur venire , ipſum
poſtea legitimum aſſerendo.ad hoc facit in fi. de elec.c.cũ
11 inter. R.Io.An.circa hoc,quod quæritur:vtrùm ſcilicet†cõ
feſsio alicuius confitentis aliquem eſſe ſuum filium præiu-
dicet,nec ne.Ita diſtinguit duo membra . quandoque non
fit per talem confeſsionem c præiudicium filiis prioris ma-
trimonij:& præiudicat.vt in cap.tranſmiſſæ. quandoque ex
tant filii prioris matrimonij: & tunc confeſsio patris , ali-
quem ſuum eſſe filium confitentis,ei non pręiudicat,vt hic.
Bar.circa hoc, vtrùm confeſsio filiationis inducat præiu-
dicium,ſic diſtinguit.aut confitetur quis extra ius, & con-
feſsio emanat principaliter propter ſe:& conſtituitur filius
in quaſi poſſeſsione filiationis:donec probetur contrariũ ,
vt l.j.§.quemadmodum.de libe.agno.& l.fi.ff.de probatio.
quandoque confitetur extra iudicium filium incidenter ꝓ
pter aliud:& tunc dicunt Doct.ꝙ indiſtinctè nihil præiu-
dicat,vt C.de teſta.mil.l.ex his verbis.& l.epiſtola.in prin.
de pact.In iudicio verò faceret fidem,vt l.j.C.de cõfeſ. di-
cit tñ Bar.ꝙ ſi aliquis incidenter appellat aliquem filium:ſi
quidem eſt talis actus,qui non congruat niſi filio:vt exhæ-
redatio,vel emancipatio,vt l.quidam cum filium . de verb.
ob.tunc conſtitueretur in quaſi poſſeſsione filiationis , &
in ſuam:etiam ſi nulla verba interuenirent: ſi aliquis ali-
quem tractat vt filium , conſtituitur in quaſi poſſeſsione fi-
12 liationis,vt l.j.§.j.de quo.& ideò conſilium eſt,†ꝙ ad pro-
bandum filiationem,fiant duo articuli:vnus, ꝙ talis fuit,&
e ſt filius talis.ſecundus,ꝙ iſte, qui dicitur pater , tractauit
eum vt filium:ex hoc enim præſumitur filius, donec probe
tur contrarium,vt dixi:& ita dicit Bar.in d. §.quemadmo-
dum.Ex prędictis igirur per teipſum diſtingue , cum quæ-
ritur,vtrùm cõfeſsio filiationis præiudicet,necne. nam aut
ſit præiudicium filijs prioris matrimonij:aut non. & ſi non:
aut tractabat eum vt filium:aut ſimpliciter fatebatur . & ſi
ſimpliciter fatebatur:aut principaliter,aut incidenter.& ſi
incidenter:aut in iudicio:aut extra.& ſi extra:tunc aut inci-
dit illa confeſsio ſuper actu,qui non congruit,niſi filio: aut
ſuper actu indifferenti. & quid iuri: in quolibet membro
habes ex prædictis.& aduerte, quia hoc dicit Io. An. ſcili-
cet ꝙ confeſsio filiationis non præiudicat filiis prioris ma-
trimonij.facit ad no.per Cy.in l.non nudis.C.de prob. vbi
13 ponit talem quæſtionem.†Pater meus cuidam ſic dixit [cõ
fiteor te filium meum]quo mortuo tu vis venire ad ſucce-
dendum mecum:ego volo probare, ꝙ pater meus errauit :
nunquid poſſum.videtur,ꝙ ſic.C.de fal.cauſa adiec. l. j. in
fi.& de leg.2.l.Titia. §.Caius . & C. de proba. l.rationes.
veritas eſt in contrarium , ſecundùm eum.ſ.ꝙ non poſſit .
Non obſt.prædicta.quia loquuntur in vltimis volũtatibus :
vbi verba enunciatiua habent tacitam diſpoſitionem, ſcili-
cet hanc.[& ideò præſtari volo:ergo.] &c. ſed inter viuos
non habent tacitam diſpoſitionem. & ideo non poteſt vale
14 re,vt donatio.†ſed quid ſi addit ad confeſsionem filiatio-
nis hæc verba.[& volo,ꝙ venias ad ſucceſsionẽ . ] videtur,
quòd tunc valeat vt donatio.ſi ſcienter illa confeſſus eſt,vt
l.cuius per errorem.de reg.iu.contrarium tenet Cy.ſcilicet
ꝙ licèt nullius pater ita diſpoſuerit:& ſcienter cõfeſſus fue
rit:non præiudicat filio.ſed ob.tunc l.rationes. & aliæ præ-
alleg.Reſpon.dicit ipſe,quædam ſunt, quæ ſolo partiũ con
ſenſu fieri poſſunt:vt me obligare in centum.& iſto caſu ꝓ-
cedit l.cuius per errorem.& ſi.quædam ſunt,quæ ſolo par-
tium conſenſu fieri non poſſunt:ſed habẽt fieri à natura,vel
arte:quę imitetur naturam,vt filium habere: & in iſtis non
operatur confeſsio.per conſenſum enim non poſſum face-
re te filium.ſic intelligitur prælle.l.non nudis. vbi ita dicit
Cy.& l.non epiſtolis.

ADDITIONES.

a ¶ Legitima. Legitimorum appellatione in ſtatuto non
comprehenditur legitimatus per reſcriptum,vel diſpen-
ſatus.Alexan.in l.ſed ſi hac.§.patronum.ff. de in ius vo-
cand.

b ¶ Concubina . Concubinatus vt ſit permiſſus,quot re-
quirantur.vide Bal.in l.j.ff.de concubi.idem in add. ſpe.
de ſucceſ.abinteſt.verſi.naturalis filius. Fel.in c.cum ſit.
verſi.reſpectu concubinatus.de foro compet.

c ¶Talem confeſsionem. Vide Cy. & Rap. in l.ſi vicinis.
C.de nupt.

*S V M M AE.*

1 *Papa non legitimat in temporalibus alienæ iuriſdictionis ſubditos.*
2 *Clericus in foro Eccleſiæ poteſt eſſe laici procurator.*
3 *Legitimationem poteſt quis petere per procuratorem.*
4 *Genitiuus propriè ſignificat dominium.*
5 *Papa non debet ſine cauſa diſpenſare.*
6 *Epiſcopus alienum ſeruum ordinando liberat ipſum à ſeruitute.*
7 *Papa in patrimonio beati Petri poteſt legitimare liberè etiam quò ad temporalia: & ibi habet plenam poteſtatem. & nu. 15.*
8 *Filij poſſunt legitimari pendente dubietate, an cum aliqua fuerit matrimonium, necne.*
9 *Rex Franciæ non recognoſcit Imperatorem in temporalibus.*
10 *Reges Franciæ Angliæ, & Hiſpaniæ an peccent mortaliter, non recognoſcendo Imperatorem.*
11 *Subditi non præſcribunt in ſeipſis libertatem cōtra Imperatorem.*
12 *Non recognoſcens ſuperiorē, poteſt ſe ſubijcere alterius iuriſdictioni.*
13 *Pater poteſt in filium exercere iuriſdictionem voluntariam: vt legitimare.*
14 *Pactum poteſt fieri ſuper legitimatione de conſenſu patris.*
16 *Papa habet temporalem iuriſdictionem in omnibus regionibus, certis cauſis inſpectis.*
17 *Iudex quare vocetur porta.*
18 *Cauſa ſi committitur epiſcopo Bononienſi: et duo ſunt electi: vnus intruſus, qui poſsidet: alter canonicè electus: ille, qui poſsidet, debet cognoſcere.*
19 *Sententia excommunicationis æquiparatur morti.*
20 *Papa non intendit legitimare filios ſuſceptos in adulterio: vel alio coitu nefario.*
21 *Papa an poſsit legitimare illegitimos quò ad temporalia in terris alienæ iuriſdictionis.*
22 *Papa poteſt tollere impedimentum a lege cauonica inductum.*
23 *Legitimatio facta per Papam, an reddat legitimum habilem ad honores, & alios actus, à quibus illegitimi repelluntur.*
24 *Legitimatus, & reſtitutus famæ, & cum quo diſpenſatum eſt, in quocunque foro eccleſiaſtico, & ciuili omnia facere poterit, ſuper quibus habuit poteſtatē, qui legitimauit: diſpenſauit: vel famæ reſtituit.*
25 *Comes, qui habet poteſtatem legitimandi ab Imperatore: an poſsit legitimare in terris Eccleſiæ.*
26 *Papa exequitur poteſtatem ſummi principis in terris Eccleſiæ.*
27 *Statutum quo cauetur, quòd filiusfa. vel alia perſona à iure prohibita poſsit facere teſtamentum: vel ꝙ ſpurius poſsit inſtitui à patre: an valeat. & nu. 28.*
29 *Statutum an poſsit legitimare ſpurium.*
*Legitimatio eſt de his, quæ ſibi princeps ſpecialiter reſeruauit.*
30 *Princeps, vel Comes, cui illam poteſtatem legitimandi conceſsit, ſi legitimat aliquem: an ſint vocandi illi, quorum intereſt.*
31 *Legitimatio facta de filio procurante legitimationem, patre viuente & ignorante, non tenet.*
*Et quid ſi eo ſupplicante, cum habeat legitimos. nu. 32.*
33 *Filius poſt mortem patris, ſi petat ſe legitimari: an teneat legitimatio.*
34 *Naturalis, vel ſpurius, ſi fuerit legitimatus poſt mortē patris: an auferat bona his, quos tangit prima cauſa ſucceſsionis.*
35 *Legitimare an quis poſsit filiū ſuum per procuratorē.*
36 *Papa quare habeat ita latam poteſtatem: & quare maiorem, quàm Imperator. & nu. 37.*

PEr venerabilem. Poteſt diuidi in duas partes. In prima petitio. In ſecunda reſpōſio ibi [quòd
autem.] ſecunda ſubdiuiditur in quatuor. In prima probat
quinque rationibus, ꝙ Papa diſpenſationem petitam poteſt facere. in ſecunda ibi [videbatur] ponit ſimilitudinem,
quam inducebat petitor. quam quinq; rōnibus improbat.
In tertia ibi [rōnibus] probat auctoritatibus veteris teſtamenti, & noui, ꝙ Papa vbique terrarum certis ex cauſis inter Chriſtianos poteſt ſe de temporalibus intromittere. In
quarta ibi [licèt] petitionem exaudire noluit: cui omnis
1 lex contradicebat. & ſīn Abba. hoc dicit. † Papa non legitimat in temporalibus alienæ iuriſdictionis ſubditos. hoc d.
¶ No. primò ꝙ iſte nobilis per archiepiſcopum poſtulauit
2 legitimationem. ex quo colligit Ab. † ꝙ clericus in foro Eccleſiæ poteſt eſſe laici procurator. ad idem. ȷ̃. de ſimo. c. cū
3 eſſent. Ego etiam ex hoc colligo, † ꝙ poteſt quis petere legitimationem per procuratorem. & ꝙ abſens pōt legitimari. dicam. ȷ̃. in 3. q. & aduerte ad ſupraſcripta. dicit. n. Ioan.
4 [Montis Peſſulani] & ſic in genitiuo † quod ſignificat dominiū, vt l. 1. §. 1. ff. de reli. & ſump. fu. erat ergo iſte dominus illius loci, ſecundùm Io. An. ¶ Secūdò not. in ver. quod
autem. ꝙ cum vertitur dubitatio de valore actus: prius eſt
videndum de perſonis. vnde dicit text. ſi quæramus, an valeat teſtamentum: in primis animaduertere debemus, an
is, qui fecerit, habuerit poteſtatem: quia non prius iuris
ratio, quàm perſona, quærenda eſt, vt l. ſi quæramus. de
teſtamentis. & l. quidam referunt. de iur. co. ¶ Tertiò nota,
quòd Papa arguit ab exemplis. conſueuit enim ſedes Apoſtolica hoc facere: ergo poteſt. & hoc verum, cauſa legiti-
5 ma ſuadente, vt hic, dum dicit [diuerſis cauſis.] &c. † non
enim debet Papa ſine cauſa diſpenſare. puta neceſsitatis:
vtilitatis: vel prærogatiuæ perſonarum. 1. quæſtio. 7. cap.
niſi. & cap. tali. & 7. quæſtio. 1. cap. ſcias. de hoc ſupra
de voto. cap. magnæ. & cap. de multa. ¶ Quartò not. ꝙ ille,
qui habet poteſtatem diſpenſandi in grauioribus: videtur
multò magis in leuioribus poteſtatem habere. facit ff. de
inter. & rele. l. relegatorum. §. fina. & de pœnis. l. moris. &.
ff. de ſena. l. qui indignus. nam naturale vinculum patriæ
poteſtatis ſoluitur, ſi filiusfa. promouetur ad epiſcopatum,
vt in text. multò magis debet tolli obſtaculum ad ſucceſſionem: quæ eſt de iure ciuili, vt l. 3. & 4. ff. de peti. hære. & hoc modo inducit Ioan. And. verſicu. per ſimile. ſed
non bene; quia patria poteſtas non eſt de iure naturali,
vt ipſe ſentit. ſed de iure ciuili, vt Inſtitu. de patria po.
non ſequitur. poteſt quod eſt maius: ergo poteſt, quod eſt
minus. nam poteſt quis dare equum magni valoris, quem
habet: & nō minorem, quem non habet. iſtud eſt exemplū
Ioan. An. & verum eſt. quod dicit: quia in diuerſis, & habētibus diuerſam rōnē nō pōt inferri de vno ad reliquum. &
diuerſorum diuerſa eſt ratio, vt l. ſi maritus. C. de dona. in-
6 ter vi. & vxo. ¶ Quintò no. in verſi. præterea. † ꝙ epiſcopus
alienū ſeruū ordinãdo, liberat ipſū à ſeruitute: liberat ergo
ordo à dñica ptãte. vtrū autem à patria: dic vt. ſ. de æta. &
qua.



qua. c. indecorum. ſi ergo liberatus per epiſcopum à iugo
ſeruitutis recuperat priſtinum ſtatum, & efficitur liber
quò ad omnia: multò magis legitimatio Papę debet iſtum
effectum operari. & iſta ratio eſt bona. ſeruitus enim, &
legitimitas eodem iure proceſſerunt, vt in Authen. quibus
mod. na. effi. ſui. §. fina. ſi ergo à ſeruitute liberatus per ordinis ſucceſsionem recuperat primum ſtatum: ſimiliter
legitimatus ob ſimilem cauſam recuperare debet: & intellige ad prima natalia. & videtur abſurdum, quòd idem
homo quò ad quædam ſit legitimus, & quò ad quædam illegitimus, vt in verſi. videtur ſi quidem. ¶ Sextò nota in
7 verſicu. id autem. † quòd in patrimonio beati Petri Papa etiam quò ad temporalia poteſt legitimare liberè. quod exponit Ioan. And. ideſt ſine cuiuſque contradictione: quia
nec aliqua opinio contradicit: vel ideſt iure propriæ poteſtatis, & dominationis. 100. di. c. cōtra morē. In alijs verò
regionibus poteſt contradicere is, qui in hæreditate ius habet: & cui fit præiudicium. ſupra de reſcrip. cap. 2. & c.
ad aures. de ma. & obe. c. fina. ſed certè & in terris Eccleſię
poſſet ille, qui ex tali legitimatione læditur, contradicere.
Nam & in illis terris illam iuriſdictionem, & illud ius,
quod habebat Imperator, translatum fuit in Eccleſiam: ipſe verò erat dominus quò ad protectionem: non quò ad
proprietatem, & dominium, iuxta nota. in l. bene à Zenone. C. de quad. præſcrip. In terris tamen Patrimonij habet
Papa plenam poteſtatem, vt dicit text. in verſicu. rationibus. & cle. Romani. de iureiuran. ante fin. dicit pleniſsimè.
ex quo fortè poſſet argui, quòd Imperator in terris illis
non poſſet legitimare illegitimos quò ad ius ſuccedendi.
dicam. ȷ̃. ¶ Septimò no. quòd quandoque arguendo quis
inducit caſum diuerſum, qui (ſubtiliter intuendo) eſt multum diſsimilis. circa quod vide, quod nota. Ioan. And. in c.
translato. de conſtitu. & in Specu. de alle. & diſpu. §. poſt
hæc. verſicu. Iuribus autem. & alibi dicit gloſſ. quia lex
quandoque aliud vult, quàm verba prima facie demonſtrent: ſæpe decipiuntur diſcipuli, & magiſtri, vt nota. in l.
omnes. ff. de except. ad hoc optimè. 29. diſtinct. cap. ſciendum. & vltra diſsimilitudines, de quibus in text. adde diſparitatem perſonarum. Nam in maioribus facilius diſpenſatur. ſupra de transla. cap. vlti. ad fin. conſyderare igitur
debuit iſte, quòd erat Baro. ille verò rex. & circa ſublimes
perſonas eſt agendum. 41. diſtinct. cap. non cogantur.
¶ Octauò no. in verſi. quòd iſte rex fuit à regina per ſententiam ſeparatus: & tamen proles, quam ſuſcepit ex alia, nō
cenſetur legitima. quod eſt verum, quando ſuſcepit ipſam
poſt prohibitionem: & ante reuocationem dictæ ſententię:
nam ſi ante prohibitionem ſuſcepiſſet: & poſtea contingeret ſententiam reuocari: proles tamen ex ſecunda ſuſcepta
eſſet legitima: & ſic non contradicit ſupra eod. cap. 2. & c.
prolatum. & cap. referente. & cap. ex tenore. prohibitio ergo reddit prolem illegitimam, quæ poſt dictam prohibitionem naſcitur, ſi apparet matrimonium nō tenuiſſe. ad hoc
ſupra de clan. deſpon. cap. vlti. ¶ Nonò collige in verſic. de
8 filijs ergo. coniuncto verſi. videbatur. † quòd dubietate pendente, vtrùm cum aliqua fuerit matrimonium, necne: poſſunt filij inde nati legitimari. nam ſi omnino illegitimus
poteſt legitimari: multò magis ille, de quo eſt dubium, ſit
illegitimus, necne: quia non debet plus impedire, quod eſt
dubium, quàm quod eſt omnino certum. & aduerte, quia ſi
dicamus, quòd hic non interceſſerit prohibitio: poterit cōtingere, quòd quis eodem tempore habebit filios legitimos ex duabus mulieribus: ex regina habebit, ſi fuerit declarata poſtea eius vxor: ex ſuperinducta habebit, ſi cum
ea Eccleſiæ auctoritate contraxit: licèt poſtea detegatur
matrimonium non tenere; vt d. c. 2. ſupra eodem. & alijs alle. in 8. no. quid ergo ſi iſte vir ſtat cum ſuperinducta, ſicut
cum vxore legitima, & accedat furtiuè ad illam, à qua ſeparatus eſt, & ſuſcepit ex ea filios. an declarato poſtea, quòd
ſit vxor: filij ſic nati erunt legitimi. dic, quòd ſic: vt ſic in fauorem matrimonij inſpiciatur potius veritas, quàm opinio: & in illa ſuperinducta inſpiciatur opinio, & non veritas, vt hic habes. & dixi ſupra c. proxi. ¶ Decimò no. in §.
9 inſuper. † quòd rex Franciæ non recognoſcit Imperatorē
a in temporalibus. & dicit glo. quòd de facto non recognoſcit: ſed de iure dēt ſubeſſe Imperatori. Item dicit Hoſt. ſcilicet, quòd debet recognoſcere Imperatorem dominum in
temporalibus. 63. diſt. c. Adrianus. quia Dei vicarius eſt in
temporalibus, vt patet in his, quæ no. ſupra eodem cap. 2.
10 ¶ † Nunquid ergo reges Franciæ, Angliæ, & Hiſpaniæ mortaliter peccant, non recognoſcendo Imperatorem. videtur
quòd ſic. 11. quæſtio. 3. c. qui reſiſtit. & nunquā iſta ſubiectio (niſi forſan nomine Romanæ Eccleſiæ) præſcribi poteſt. pro quo vide, quòd no. ſ. de præſcrip. c. cum ex officij.
fortè quãdiu exigantur, poſſunt excuſari, vt dicimus in decimis. ſupra de deci. c. cum ſint homines. ſecundùm Io. An.
11 poſt Hoſt. qui tenet præcisè, † quòd contra Imperatorem
non pręſcribunt ſubditi in ſeipſis libertatem, vt l. comperit.
12 C. de præſcri. 30. an. ¶ Vndecimò no. in dicto verſi. † quòd
ille, qui non recognoſcit ſuperiorem, poteſt ſe ſubijcere alterius iuriſdictioni: ſed non ille, qui ſuperiorem recognoſcit ſine conſenſu proprij iudicis: quod verum eſt in feudalibus, vt no. in ſumma de arbi. §. de qua re. ſub. §. impeditur.
ver. ſed nunquid vaſallos. ſimiliter non poteſt ſe ſubijcere
in alterius præiudicium, vt hic. aliàs hoc poteſt, vt ff. de iudi. l. 1. & 2. ſecundùm Ioan. And. Ego remitto te ad no. per
Bar. ff. de ope. no. nun. l. 1. §. & poſt operis. & dixi ſupra de
foro compe. cap. 1. ſiue. 2. ¶ Duodecimò not. in d. verſicu.
13 † quòd iuriſdictionem voluntariam (vt legitimare) poteſt
pater in filium exercere: nec cenſetur iſtam legitimationē
agere, tanquam pater, ſed tanquam iudex: ſicut in ſimilibus, quis poteſt repræſentare duplicem perſonam. vt in gl.
not. quòd &c. facit. ff. de manu. l. manumittere. licèt ergo
contentioſæ iuriſdictionis exercitium non poſſet pater erga filium exercere, vt l. qui iuriſdictio. ff. de iuriſ. om. iu. voluntariam tamen poteſt, vt dixi. ¶ Decimotertiò nota. in
verſicu. rationibus. quòd rex pro legitimatione filij ſupplicauit. debet ergo pater conſentire legitimationi filij; quia
ad eius ſucceſsionem talis legitimatio principaliter tendit:
14 † & ſic de eius conſenſu poteſt fieri pactum ſuper ea, &
non aliter. C. de pac. l. fina. & eo mortuo, conſentientibus
his, quibus ius iam quæſitum eſt: aliàs non. & quò ad feudalia, conſentiente domino feudi: aliàs non, argu. de dona.
inter vi. & vxo. cap. nuper. & in 10. col. de feu. non alie. cap.
imperialem. & ſupra de fo. competen. cap. ex tranſmiſſa. in
fin. ſecundùm Ioan. And. poſt Hoſtien. & not. hic pro his,
quæ infra dicam in 5. quæſtione. ¶ Decimoquartò not. in
dicto verſic. ꝙ Papa legitimauit hic filium, & filiam regis:
quod patet, dū dicit [gratiā fecimus.] nam ſi fuiſſet proles
legitima, non poſſet dici gratia, vt l. ſi ſeruo. ff. de hær. inſti.
15 & intellige, † ꝙ legitimauit quò ad temporalem hæreditatem: & ſic eſt contra tex. qui dixit, quòd Papa non poteſt legitimare quò ad temporalia, niſi in patrimonio beati Petri. nam regnum Franciæ eſt extra patrimonium beati Pe-
16 tri. dicam de hoc infra. ¶ Decimoquintò no. † quòd certis
cauſis inſpectis, Papa in omnib. regionib. hēt tpralē iuriſdictionem: & ideò licèt Imperator in temporalibus præſit
immediatè: & hoc cōſtitutū ſit à Deo, vt in Aut. quō oportet epos. in prin. tñ ſubeſt Papæ: & pōt ab epo deponi. de re
iudic. c. ad apoſtolicæ. dum tñ caueat à peccato, pōt de tēporalib. diſponere, vt ſibi placet. ff. ad leg. Rho. de Iac. l. de
precario. vñ poteſt rē alienam in alterum transferre: legitimare: & alia facere, cauſa legitima ſuadente. quod dic, vt

l.bene à Zenone.de quad. præ.& quod no.ſupra de conſti.
c.quæ in eccleſiarum.& c.cum omnes. facit l. item ſi verbe
ratum. de rei ven.cum l.ſequen. ¶Decimoſextò no. quòd
quando eſt iudicium difficile, & ambiguum inter iudices:
debet haberi recurſus ad Papam.& expone [inter portas]
ideſt inter iudices, qui ſedebant in portis. iuxta illud Pſal.
17 68.[Aduerſum me loquebãtur, qui ſedebãt in porta.]†Iu
dex.n. vocatur porta; quia facilem aditum præſtare debet
intrare volentibus.ff.de offi.præſi.l.obſeruãdũ. vel portas
ponit pro magiſtris, qui docent, & aperiunt ſcripturas, ſm̃
Hoſti.& arguit ex hoc tex.Ioan.And. quòd in ambigui-
tate opinionum magis credendum eſt legi canonicæ, quã
dictis ſanctorum, vel magiſtrorum: quia Papæ, non alteri,
data eſt talis interpretatio dubiorum: vnde & Imperator
ad ipſum recurrit.C.de ſumma Trini.l.fin.ſuper quo vide,
quod no.Hoſtien.in ſumma.de deci.§.ſi.ſub.§.7.ver. patet
ergo.& arguit ex hoc Abb.contra legiſtas, qui in ſuis opi
nionibus ſtant caſui expreſsim determinato per Decret.
¶Decimoſeptimò not.text.dum dicit [qui præſunt loco,
18 quem elegit dominus.] &c.argum. † quòd ſi cauſa com-
mittitur epiſcopo Bonon.& duo ſunt electi.vnus intruſus,
qui poſsidet:& alter canonicè electus.ille qui poſsidet, de-
bet cognoſcere.de conſe.di.1.c.is ergo. 11.quæſt.1.cap. ſi
quiſquam. Ita dicit Ioan.And.poſt Vin.loco enim videtur
commiſſa cauſa.ideſt perſonæ loco præſidenti, licèt minus
legitimæ, vt l.Barbarius.de offi.prætor. quandoque tamen
debet intelligi commiſsio facta perſonæ, non loco, vt ſupra
de præſump. cap. mandata. vide tamen ad hoc quod not.
Innocen.ſupra de reſtitu.ſpo.c. in literis. & de elec.c. nihil
eſt.& c.quòd ſicut. & de iure pa.cap.conſultationibus.&c.
¶Decimooctauò not, quòd Papa appellat ſacerdotes leui
tici generis fratres ſuos: ergo omnes epiſcopi ſunt fratres
Papæ, de cri.fal.cap.quam graui.qui vocati ſunt in partem
ſolicitudinis, non in plenitudine poteſtatis. de vſu pa. cap.
ad honorem.ſpecialiter tamen hoc videtur de Cardinali-
bus intelligendum: quibus decet omnia Papam communi
care.facit de cle.non reſi.c.ex geſtis.de hoc de hære.cap.1.
lib.6.¶Decimononò no.in ver.tria quippe. expoſitionem
veteris legis.& licèt Ioan.And.poſt Hoſtien. exponat duo
bus modis: tamen quia tex.clarè exponit, non proſequor:
quia qualitercunque exponitur, vnus eſt ſenſus. ſcilicet ꝙ
in omni foro, & in omni caſu difficili, & dubio recurritur
ad Papam.ad idem.24.quæſtio.1.cap. quoties. 2. quæſtio.
7.cap.ſi quis nos.2.quæſtio.6.cap.ad Romanam. ¶Viceſi
19 mò no.†quòd ſententia excommunicationis æquiparatur
morti.Nam, vt ait Auguſti.eſt mors, quam timẽt homines,
ſcilicet ſeparatio animæ à corpore.& eſt mors, quam non
timent homines, ſcilicet ſeparatio Dei ab anima: quæ eſt
vera vita animarum.facit de re.eccle. non ali. cap. ſi quis.
24.quæſtio.3.cap. corripiatur. eſt tamen differentia inter
iſtam mortem, & illam: quia mortuus naturaliter non re-
ſurgit, niſi miraculosè, vt de Lazaro dictum eſt ſupra de fri
gi.cap.fraternitatis.ſed mors, quæ per excommunicationẽ
infligitur, aboletur, ſi conuerti voluerit excommunicatus.
& hinc dicitur medicinalis, non mortalis, vt infra de ſen-
ten.excom.cap.cum medicinalis.lib. 6. ¶Viceſimoprimò
20 not. † quòd Papa non intendit legitimare filios ſuſceptos
in adulterio, vel alio coitu nefario: ſimiliter Imperator,
cum plures modos legitimandi reperit: per ſequens matri
monium: per oblationem curiæ: per nominationem pa-
tris:& per reſcriptum ſuum, vt patet in Authen. qui. mod.
na.effi.ſui.per totum.& dixi ſupra c.tanta. tamen dicit, &
ſubiungit in fin.illius Authen.§. penul. quòd non intendit
illa beneficia extendi ad natos ex nefario, vel damnato coi
tu: quibus etiam alimenta præſtari prohibet, vt ibi dicit,
& hic in fine.poſſet tamen princeps tales etiam legitima-
re, ſi vellet, cum clauſula [non obſtante illa l.] vt ibi nota.
21 ¶Venio ad quæſtiones. & primò quæro; † quia textus iſte
non bene declarat, vtrùm Papa poſsit legitimare illegiti-
mos quò ad temporalia in terris alienæ iuriſdictionis: ideò
quæro, & reuoco in dubium, vtrùm poſsit. In terris enim
patrimonij beati Petri, quòd poſsit, nullus dubitat, vt patet
hic in verſi.id autem.& quòd in alijs terris non poſsit, glo.
2.primò arguit: quia ad Papam non ſpectat cura tempo-
ralium in alieno territorio: nec ſe debet intromittere, &
falcem immittere in meſſem alienam.contra.cap. nouit.de
iudica. & cap.ſi duobus.de ap.Ioan. dixit, quòd indirectè
poteſt, puta ad ordines, legitimando eum: ex iſta enim le-
gitimatione indirectè, & per conſequentiam redditur habi
lis ad ſucceſsionem patris.& hic ad hoc tendunt rationes,
de quibus vſque ad verſi.id autem.directò verò, & princi-
paliter ad temporalia legitimare non poteſt homines non
ſuæ iuriſdictionis: & ſic poſſumus quædam indirectè, quæ
non poſſumus principaliter, vt l.1.ff.de aucto. tu. & iſta eſt
opin.Ioan.vt patet in gloſſ.Ber.ponit opin. ſuam: & tenet,
quòd nec directè, nec indirectè poteſt Papa legitimare
quò ad temporalia: quia non poteſt immittere falcem in
meſſem alienam, vt ſupra dixi.refert ipſe aliorum opin.di-
centium, quòd talis legitimatio Papæ extenditur ad hono
res ſeculares, quos habere non poſſet aliàs: non autem ad
ad temporalia.quare autem magis ad honores, quàm ad
bona temporalia.dicit Goffre.quòd non reperit rationẽ.
Hoſtien.dicit. quòd tenenti iſtam opinionem occurrit eui
dens ratio differentiæ; quia ſcilicet per prædicta nemini
præiudicatur: ſed potius reipublicæ prouidetur, argum.ff.
de decur.l.generaliter.§. ſpurios.& l.ſpurij. per ſecundum
verò prouidetur iuri priuato, & odioſo cum alterius tri-
bulatione.qui ſuccederet, ſi hoc non eſſet: quod vitandum
eſt. 25. quæſtio. 1. §. ſi ergo.& in Authen.de man. princi.
col.3. §.oportet.habetis ergo tres opin. vna, quòd poſsit
indirectè, non directè.& hæc eſt Ioan. alia Ber. quòd nul-
lo modo poſsit, nec ad temporalia extendatur. Tertia
quòd ad honores & non ad temporalia extendatur. quid
dicendum. Ioan.And.primò remittit ad no.de hoc 10. di
ſtin.cap.1. 58. diſtin.c.1.101.diſtin. cap.vno.deinde circa
hoc dicit, quòd opin.gloſſ.vera eſt in prole genita ex coi-
tu non matrimoniali, ſaltem ex affectu, vel conſenſu: cum
enim Papa non poſsit facere, vel ſupplere matrimonialem
conſenſum, vbi non fuit: ergo nec talem prolem legitima-
re, niſi quò ad forum ſuum: vel niſi locus eſſet de tempora-
li iuriſdictione Eccleſiæ: vel niſi eo tempore, quo fungitur
vice Imperij, quo poterit, ſicut Imperator poſſet. facit de
fo.compe.cap.licèt.& cle.paſtoralis.ad fin. de re iudica. Si
verò ꝓles genita fuit ex coitu matrimoniali, licèt de facto
tantum contracto: tunc diſtingue; quia aut matrimonium
eſſe non poterat, impediente lege diuina; vt quia vxora-
tus cum ſecunda contrahit, vel contraxit cum nepte, &
his ſimi. & idem quod.ſupra quòd non poſsit niſi in caſi-
bus prædictis. Si verò matrimonium eſſe non poterat, im
pediente lege canonica tantùm: vt quia contraxit cum con
ſanguinea, vel affini in quarto gradu: vel contra publi-
cam honeſtatem cum conſanguinea ſponſæ: & ſubdiſtin-
gue; quia aut Papa vtitur verbo legitimationis legitimãs.
ſcilicet matrimonium, & prolem: & tunc quò ad vtrun-
22 que forum ſit proles legitima: † cum impedimentum à
lege canonica inductum Papa tollere poſsit, & potue-
rit. aut ſimpliciter vtitur verbo diſpenſationis. & tunc
ſolum ad illa prohibita admittetur, in quibus eſt diſ-
penſatum: cum tales diſpenſationes ſint odioſæ. de fil.
presby. cap.1.libro.6. Nec obſtat ſi dicas, etiam in gra-
dibus prohibitis lege diuina Papam ex cauſa diſpenſare
poſſe. de reſtitutio. ſpoliato.capit. literas. in princ. vbi de
hoc



hoc.nam licet approbet illa, vt ex nũc, non vt ex tunc: con-
tracta verò contra legem canonicam approbare poterit,
vt ex tunc.nec mirum, ſi plus poteſt in iſtis, quàm in illis.fa
cit quod no.de offic.delega.c.ex parte.j.& cle. coniun. de
immun.eccle. de prole verò genita ex coniugio conſtituti
in ſacris, vel profeſsi, videtur, quòd cum illud lex canonica
dirimat: Papa illam poſsit legitimare, vt eſt dictum: niſi di-
cas, ꝙ ius naturale ex nouo impedit contrahere: licèt ius ca
nonicum contractum dirimat.de hoc. s̃. de cle.coniu.c.cũ
olim.qui cle.vel vo.c.rurſus.ſuper glo.2.per Ioan.And.cu-
ius ſunt prædicta verba ſuper gloſſ.2.hic poſita.& prędicta
ſunt vera: cum quæritur, vtrùm legitimatio Papæ extenda-
tur ad bona temporalia alibi ſita, non in ſuo patrimonio.
23 †vtrùm autem talis legitimatio reddat legitimum habilẽ
ad honores, & alios actus, à quibus illegitimi repelluntur.
Ioan.And.ſuper ver.diſpenſatum.proſequitur de diſpenſa-
tione Papę, vel epiſcopi, qui cum inhabili diſpenſauit in ſpi
ritualibus.dicit enim, quòd talis diſpenſatio epiſcopi non
videtur extendi ad ſucceſsionem: ſed ad alios actus legiti-
mos: puta vt poſsit eſſe iudex, & teſtis.Inno. verò tradit cir
24 ca hoc talem regulam.†quòd legitimatus, & reſtitutus fa-
mæ, & cum quo diſpenſatum eſt in quocunque foro eccle-
ſiaſtico, & ciuili omnia facere poterit: ſuper quibus habuit
poteſtatem, qui legitimauit, & diſpenſauit: vel famæ reſti-
tuit: poterit enim in omni iudicio teſtimonium reddere: &
ad ciuiles honores vocari: niſi ſint talia, quæ tenderent in al
terius præiudicium. verbi gratia. legitimatus ab vno pri-
mate, principe, vel ciuitate non obtinebit bona hæredita-
ria ab inteſtato in terra, quæ non ſit ſubdita legitimanti: ſic
enim præiudicaretur conſanguineis defuncti, vel fiſco, qui
debet ab inteſtato ſuccedere. de hoc tamen plenius. infra
tangam.Item legitimatus à iudice ſeculari per hoc nõ ad-
mittetur ad ordines: quia id non eſt de iuriſdictione iudicis
laici: ſed ſummus epiſcopus legitimet aliquẽ, & in alia diœ-
ceſi poterit promoueri: quia diſpenſare in ordinibus cum
illegitimo eſt cuiuſcunque epiſcopi, nec eſt in alterius præ-
iudicium, ꝙ illegitimus promoueatur.In alijs verò, in qui-
bus non eſt neceſſaria legitimatio: neceſſaria eſt famæ re-
ſtitutio, vel diſpenſatio; puta ꝙ ſeruus manumittatur: vel
obligatus nexibus curiæ abſoluatur, etiam ſi laicus hoc fa-
ciet: tamen redditur aptus ad ordines. 54. diſt. per totum.
ratio diuerſitatis: quia in iſtis non eſt delictum, vel de-
fectus: nec eſt in prædictis neceſſaria aliqua diſpenſatio.
Alij dicunt, quòd etiam diſpenſare poteſt: & eo ipſo, quòd
diſpenſat in ordine, videtur diſpenſare in hæreditate: vt ſic
licèt non poſsit directò: tamen poſsit in conſequentiam.&
ita recitando pertranſit Inno.cuius glo.vide in Spe. del.ad
fi.verſi.ſed illud quæritur.Hoſt.etiam, vt apparet ex pluri-
bus glo.ſuis hic poſitis in nouella ſuper ver.rationibus. &
ſuper ver.gratiam.& ſuper ver.fecimus.videtur inclinare,
per hunc tex.quòd indiſtinctè Papa etiam quò ad tempo-
ralia legitimare poſsit: nam hic non ideò legitimare recu-
ſat: quia non poſsit: ſed quia iſti erant concepti contra om-
nem legem: imò quòd poſsit, omnes rationes huius cap.ad
hoc tendunt.Inter prædictas varias opi. quò ad tempora-
lia opi.Io.An.diſtinguentis, vt s̃.videretur validioribus ra-
tionibus poſſe defendi. ¶Secundò quæro iuxta prædicta:
25 †vtrùm Comes, qui habet poteſtatem legitimandi ab Im-
b peratore poſsit legitimare in terris Eccleſiæ [b] videtur ꝙ
non: quia legitimare eſt facere illum hæredem, qui nõ erat
futurus hæres: & remouere illũ, qui futurus hæres erat: ſed
neutrum eſt poſsibile, vt Inſti.de bono.poſſ.§.quos autem.
& ff.pro ſocio.l.ſi fratres.§.idem reſpondit ſocietatem. cũ
duobus alle.ſeq.ad hoc.s̃.de conceſ.præb.c.2.facit Authe.
de ince.nup.§.dubitatum.& de trien.& ſe.§.hoc idem. ad
hoc facit quod no.Io.10.di.c.j.& 59.di.c.1.& 101.diſtin.c.
26 vno. † præterea in terris Eccleſiæ Papa exequitur poteſta-
tem ſummi principis, vt in verſi.id autem.& in cle. Roma-
ni.dicitur, quòd habet pleniſsimam.ſi ergo habet plenam,
& pleniſsimam.apparet, quòd ſibi nihil deeſt: &, vt patet in
dicta clem.Imperator iurat, quòd ibi non exercebit aliquã
iuriſdictionem per ſe: vel per alium.Item legitimatio pro-
priè dicitur eſſe principis donum, vt in Auth. quibus mod.
nat.effi.ſui.§.ſi verò.Item ergo non videtur, ꝙ Comes poſ-
ſit extendere illud donum in terris Eccleſię in præiudiciũ
eorum, qui non conſentiunt.facit de na.reſti. l.ſi. per Iaco.
de Are. ſicut enim Imperator non poſſet donare res Bar-
barorum: ita nec patrimonia exemptorum. Iacob. de Bel.
diſputauit iſtam q.& poſuit eam in præallega. Authen. &
tenuit, quòd valeat motus eſt principaliter: quia iſte eſt a-
ctus iuriſdictionis voluntariæ, vt in dicta Authen. §. gene-
raliter.& ff.de his, qui ſunt ſui, vel ali.iuris.l.fina.ergo co-
ram omni iudice, & omni loco fieri poteſt, vt l.2. de offic.
proconſu.& de adoption.l.emancipari.in princ. & §.j.In-
ducit etiam, quòd ſicut princeps iuriſdictionem habet v-
bique.ſic & is, qui auctoritatem habet ab ipſo, vt l.fina.C.
vbi, & apud quos.& de iudi. l.apertiſsimi. & quia ſe ſub-
mittentes iuriſdictioni prorogare poterunt, vt infra eod.
verſicu.inſuper.& quod no.C.de emancip.libe.l.j. & iſtam
partem videtur tenere Ioan. Andr. ver.diſpenſatum. Ad-
uerte, quia iſta quæſtio ſolum quærit, cum Imperator re-
mouet maculam geniture per ſuam legitimationem. quid
ergo dices in inferiori à principe remouente obſtaculum
27 qualitatis perſonæ: † puta cauetur ſtatuto, quòd filiusfam.
vel alia perſona à iure prohibita poſsit facere teſtamentũ:
vel quòd ſpurius poſsit inſtitui à patre.quod tamen, vtrùm
valeat, no.Bar.in l.teſtamenti factio. de teſta. Sed poſito,
quòd valeat: vtrùm vigore ſtatuti poterit iſte facere teſta-
mentum: vel inſtitui à patre extra territorium ſtatuentis.
dicit Bar.quòd non, ſi hoc concedatur ab inferiori à prin-
cipe: nam licèt ſpectat ad actum voluntarium: non tamen
poterit exerceri extra iuriſdictionem concedentis. l. 2. de
offic.proconſul.pro hoc in Authen. quibus modis na. ef-
fic. ſui. §. filium verò. colla.7. vbi legitimatio filij, quæ fit
per oblationem curiæ non habet locum, niſi inter ipſum
28 patrem offerentem: & filium, non alio legitimante. † Sed
hic inſurgit dubium.vtrùm ſi intra territorium ſtatuentis
quis iſta faciet, ſcilicet teſtamentum: vel hæres inſtituetur:
an extendat vires ad bona extra territorium ſtatuentis.te-
net, quòd non: & ſubtiliter loquitur de hoc in l. cunctos
populos.de ſumma trinita.cuius dicta retuli.ſupra de cleri.
coniu.cap.cum olim.de legitimato igitur, vel aliter habili-
tato ad quæ admittatur, ex prædictis in iſta queſtione, &
præcedenti cum remiſsio.datis ad Bar.& ad Cyn.in l. j. de
emancipa.liber.potes in multis inſtrui. & vide, quod not.
29 Bar.in l.non ambigitur.ff.de legi.vbi quærit, † vtrùm ſta-
tutum poſsit legitimare ſpurium.& videtur, quòd nõ: quia
legitimatio eſt de his, quæ ſibi princeps ſpecialiter reſer-
uauit: vel per conſilium, quod populum repræſentat, vt in
gloſſ.rubricæ. C. quæ ſit long. conſue. Item conſiliarii æ-
quiparantur decurionibus, vt in gloſſ.rub.de decur.& or-
do decurionum non poteſt reſtituere natalibus. C.de iur.
annu. au.l.j. ergo nec conſiliarij: & ſic nec ſtatutum. iſta
ſunt verba ſua in dicta l.non ambigitur. ¶ Tertiò quę-
30 ro. † vtrùm cum Princeps, vel Comes, cui illam legiti-
mandi poteſtatem conceſsit, legitimat aliquem, ſint vo-
candi illi, quorum intereſt, qui fortè ſunt in prima ſpe
ſucceſsionis. ad hoc dicas, quòd quandoque pater ta-
lis illegitimi impetrat: & ſupplicat principi, ſiue Comi-
ti ſuper eius legitimatione. & iſto caſu non credo requiſi-
tionem aliorum neceſſariam: cum enim poſsit iſte ſuppli-
cans illos in teſtamento præterire: & aliter per teſtamentũ

de ſuis bonis diſponere.ſimiliter legitimando, poteſt ſibi naturalem filium facere in ſucceſsione potiorem.argum.l. 1.§.ſciendum.ff.de leg.3.poteſt enim pater legitimare filios naturales:ſiue habeat legitimos,ſiue non. in Authẽ. de inceſt. nup. §. fina.& hoc tenet Bar.in l.Gallus. §.& quid
31 ſi tantum.ad fi.ff.de lib. & poſthu. † quandoque filius ipſe petit ſe legitimari patre viuente,& hoc ignorante. & credo, quòd legitimatio iſta non teneat, primò per text. in Aut.quib.mo.na.effi.ſui. §.illud tamen.vbi tex.dans formam huic actui, ſtatuit, quòd à patre petatur.ſecundò facit;quia hic tractatur de grandi patris præiudicio ignorantis.hunc tanquam legitimatum ad eius ſucceſsionem venturum, quem non ſperabat: ſed alios legitimos, vel fratres. Ideò eo irrequiſito, non tenuit, in præiudicium ſuæ ſucceſsionis, arg. l. nam ita diuus. ff. de adop. diminueretur enim ſpes ſucceſsionis legitimorum: quam quiſque liberorum obſequio ſibi parat.ff.de adop.l.nam ei.§. præterea. ſi enim pater,vel fortè alij ſucceſſuri ſibi,fuiſſent requiſiti,auertiſſent animum principis ab iſto dono,& beneficio,vt l.item ſi vnus.§.fina.ff.de arbit. Item ſicut in legitimatione tractatur,ne inuitus in alienam poteſtatem redigatur.vt in Authen.quib.mod.na.effi.ſui.§.generaliter. ita requiri debet patris conſenſus ne eo inuito,aliquis ſuus ſibi efficiatur: & iura ſuitatis conſequatur in ſua ſucceſsione: nec talia reſcripta, tam grande præiudicium afferentia, & dominium rerum valent. vt C.de preci.Impera. offe.l.quoties.& l.nec damnoſa.& hoc verum,quando patre
32 ignorante,legitimatio facta eſt. † ſi autem eo ſupplicante, cum habet legitimos:videtur etiam non valere,non citatis illegitimis:cum text.in dicto.§. illud.concedat poteſtatem ſupplicandi patri carenti legitimis. Recolendæ memoriæ dominus Gulielmus de Peruſio, doctor profundæ intelligentiæ conſuluit Senis, quòd patre inſtante,teneat legitimatio ſpurij:& ſuccedat vnà cum legitimis, derogando illi Authen.qui.mod.na.effi.ſui.§.fina.vbi ſupplicare pro tali prohibitum eſt.Sed vt gloſſ.ibi dicit, poſſet princeps illi Authen.derogare: & valeret reſcriptum legitimationis cũ ſpeciali clauſula.non obſtante illa.l.& poſſet hoc ſuſtineri: dum tamen per talem legitimationem non minuerentur debita iuris naturæ legitimis.dicto enim caſu, quo contingeret eorum legitimam minui: non valeret fortè legitimatio, ipſis non vocatis. & ſic intelligo quoddam conſilium cuiuſdam domini Pauli,de Peruſio. qui conſuluit, quòd non citatis legitimis, non valeat legitimatio ſpurij facta ad ſupplicationem patris.quod verum credo (vt dixi)quò ad præiudicium legitimæ: ſed non quò ad reſiduum, cum poſsit pater ipſum extraneo relinquere.ſimiliter pro legitimatione ſpurij principi ſupplicare,& adiun-
33 gere ipſum legitimo cohæredem. † quandoque filius poſt mortem patris petit ſe legitimari: & tunc aut pater petijt, & diſpoſuit in teſtamento,quòd noluit legitimare filium: & tunc de efficacia legitimationis poſtea ſequutæ idem dico per omnia, quod ſuperius dictum eſt: quando viuente patre eſt facta legitimatio.vt in Authen.item ſi quid. C. de na.li.& in cor.vnde ſumitur.quandoque pater nihil diſpoſuit in teſtamento:& tunc in præiudicium eorum, quibus ius quæſitum eſt,legitimari non poteſt,illis irrequiſitis,qui ex hoc læduntur.plus dico,quòd ipſis conſentientibus,hoc facere debet,vt l.penul.ff.de na.reſti.poſſet tamẽ princeps, ſi vellet,ipſis irrequiſitis,vt l. 2.de na.li.Ita dicit Bar.in di-
34 cto.§.& quid ſi tantùm.vbi format.q.circa hoc talem.† Aliquis naturalis, vel ſpurius fuit legitimatus poſt mortem patris: an auferat bona his, quos tangit prima cauſa ſucceſsionis. videtur quòd ſic:ſicut nepos, qui naſcitur poſt mortem.vt l.ſi quis poſthumos.ff.de lib.& poſth.& l.cũ quidam.§.quod dicitur.de acqui.hæredi. & ſic recuperat hæreditatem patris, perinde ac ſi eſſet reuerſus ab hoſtibus, vt l.ſi quis exhæredato.§.ſi pater. de iniu. teſt. In contrarium facit:quia iſta legitimatio eſt reſtitutio quædam natalibus antiquis:quibus omnes homines liberi,& legitimi naſcebantur.in Authen.qui.mo.na.effi.ſui. §. & ſi quidem. & §.illis.ſed hæreditas alteri quæſita per reſtitutionem alterius non tollit,vt no.in dicta l.Gallus. §. & quid ſi tantum. ad hoc cap.quamuis.& cap.ſi parte.de reſcrip. lib.6. dicit ibi Bar.inueſtigandum eſſe pro ſolutione huius q.an legitimatio retrotrahatur.videtur quòd ſic,per dictos. §. & ſi quidem.& §.illis. ipſe dicit, quòd licèt trahatur retro: tamen ius alteri quæſitum non tollit:ſicut fictio poſtliminij nõ tollit iura alteri quæſita per vſuca.vel præſcrip.niſi per beneficium reſtitutionis tollatur.ff.ex qui.cau.ma.l.1. hæreditatem verò recuperat:quia donec pendet, an reuertatur ab hoſtibus:alius non poteſt adire.vt l.nec res.C.de cap.vnde reuerſus impetrauit bona vacantia. ſed non eſt ita in caſu reſtitutionis natalium:quia alius adire interim.ideſt ante legitimationem poteſt:nec illa ſpes reſtitutionis eſt conſyderanda,vt l.3.ſiue.4.de li.cauſa.& ideò credo, quòd hæreditatem agnatis,vel alijs acquiſitam nullo modo auferat:pẽdente verò iure adeundi, vtrùm legitimatio ſuperueniens auferat adeundi facultatem conſanguineis:eſſet maius dubium.vide quod no.Ioan.An.in reg. ſine culpa.¶ Quartò
35 quæro.† vtrùm poſsit quis legitimare filium ſuum per procuratorem:& an ipſe filius poſsit per procuratorem legitimari:videtur,quòd non,vt l.iubemus.C.de emã.li.& l. omnes.C.de his,qui ve.æta.impe.vbi hoc tenet Iac. Bu.ad hoc l.nec mulier. de ma. uin. contrarium tenet Barto.& dicit, quòd tam ex perſona patris, quàm ex perſona filij poſsit fieri per procuratorem.probatur primò:quia hoc non reperitur prohibitum;ergo conceſſum,vt l.1.§.vſus.de procura.ſecundò probatur per caſus ſpeciales. certum eſt enim,quòd reſcriptum poteſt impetrari à quocunque.& nihil refert à quo. vt l. vniuerſis.C.de preci.Impera.offe. ſed lex dicit,quòd iſta legitimatio fit per impetrationem priuilegij,ſeu reſcripti ſecundùm illam formam, vt probatur in Authen.qui.mo.na.effi.ſui.§.ſi quis igitur.& in glo.quæ incipit.quòd aliter fiat.pro hoc Authen. ſi quis.C. de na.li. vbi oportet,quòd filius oſtendat voluntatem patris:nec requiritur,quòd ſit præſens. Item ex parte filij non eſt neceſſe.ſufficit enim,quòd habeat ratum,vt in dicta Authe.qui. mo.na.effi.ſui.§.generaliter.Non ob.l.iubemus.& aliæ prę alleg.q͏a in legitimatione pater nihil diſponit:ſed principi diſponenti conſentit.Non enim eſt pater,qui legitimat:ſed princeps ipſe leg.cõtrariæ loquuntur,quando pater diſponit,licet auctoritate iudicis,vt in eis apparet: & non poteſt fieri per procuratorem: quia non eſt in adminiſtratione patrimonij.& eodẽ modo reſponde ad l.omnes. C. de his, qui ve.æta.impe.& ita dicit Bart.in d. l. Gallus. §.forſitan. de lib.& poſthu.q. inducit ad.q.an filiatio ſpiritualis poſsit contrahi per procuratorem.quod dic,vt ſ.de cog.ſpir.c.1. & vide in l.neque.de adop.vbi Bar.idem dicit,vt.ſ.¶ Quintò quęro.hic dicitur,ꝙ Papa certis cauſis iſpectis, exercet iuriſdictionem in omnibus regionibus: quæro ergo de ra-
36 tione,† quare Papa habeat ita latã poteſtatem: & quare maiorem,quàm Imperator.dicit ipſe,ꝙ licèt ſit ſuperfluũ hoc probare,tanquã qui conetur ſolem facibus adiuuare. 6.q͏̃.1.c.ſi omnia.tamen illa maioritas iuuatur rõne:conſtat.n.ꝙ Eccleſia eſt multitudo fideliũ,& vniuerſitas Chriſtianorum.de conſe.di.1.c. Eccleſia.habẽs duo latera.dexterum,ſcilicet clericorum miniſtrantium,quæ ad ſpirituale vitã pertinẽt.ſiniſtrũ.ſ.laicorũ,tractantiũ neceſſaria vitę terrenę.Item eſt duplex poteſtas. ſ. ſpiritualis:caput habẽs ſummũ Põtificẽ: & ſecularis caput habens regem. de æta.& qua.c.pe.26.diiſt. c.duo. ſpiritualis autem prior eſt temporali in tribus.primò dignitate: nam dignior eſt anima,quàm corpus.de tran.cap.ſecundo. vnde Abraam pña arcta, vt minor, obtulit Melchiſedech decimas,vt maiori.Gen.14.Benedixit etiam illi Melchiſedech,vt maior.facit ad Hebre.7.Secundò eſt prior inſtitutione: vnde ſacerdotium Melchiſedech præceſsit legem ſcriptam.de conſti. cap.tranſlato.facit Exo.28.Item per ſacerdotium,Deo iubente,ordinata fuit regalis poteſtas. Re. 8. in fin. ibi dixit Dominus ad Samuelem[ Conſtitue ſuper eos regem. ] ad idem Exo.10.Tertiò eſt prior poteſtate, vel auctoritate; quia ſpiritualis terrenam inſtituit, & iudicat, vt hic.ibi [ neſcitis.] &c.& ipſa ſpiritualis ſi deuiat, à nemine iudicatur. primo ad Corin.ſecundo. quod de Papa omnino verum eſt.9.quæſtio.3.c.nemo.& c.aliorum. excepto quem
37 de hæreſi.40.diſti.c.ſi Papa.† Hoſtien.vltra prædicta probat hoc nouem rationibus.primò probat per ordinem ſcri-
c pturæ etiam legis humanæ: quæ Papam c Imperatori præmittit.in Authen.quomodo oportet epiſcopos.in prin.col. prima. ex hoc conſtat maiorem eſſe: quia maiora minoribus præferuntur. C. de nouo Cod. fa. l.1.poſt medium. & de maio.& obe.c.ſtatuimus.Secundò ratione ſubiecti, ſcilicet anima,quæ eſt corpori,& terrenis omnibus præponẽda.C.de ſacroſanctis eccleſiis.l.ſancimus.ibi [quantò quis melioribus præeſt.] &c. & in Authen de defen.ciui. §. nos igitur.& per hoc dicitur,quòd omnia temporalia ſibi ſubſunt:nam anima facta eſt ad Dei ſeruitium: reliqua verò ad ſeruitium animæ.vnde ſolet dici.qui habet ruſticum,habet & bonem.& ſic regens animas non excluditur ab his, quæ ſunt animabus ſubiecta:non ſic econtrario. ff. de ædi. edi.l.iuſtiſsime.tertiò probatur naturali ratione.ſicut enim Chriſti generatio,ſiue conceptio ſuperaret rationẽ,& omnem ſenſum; quia natus ex virgine,& momento verus homo,& Deus:ſic iuriſdictio ab eo procedens ſuperat omnẽ rationem:vt ſic eius iuriſdictio ab eo profluens,vt filia,debet eſſe ſimilis patri ſuo.ff.de ædi.edic.l. quòd ſi nolit. §. ſi mancipia.hinc eſt,quòd incidens ſpiritualis quæſtio ad eũ remittitur,quæ ſcripta iuris ratione deberet coram illo, coram quo incidit,ventilari,vt ſupra de ord.cog. ca.tuam. coniuncta.l.quoties.de iud. Quartò ratione fortitudinis,vt ſupra de tranſla.c.inter corporalia. vnde quantumcunque ſit ſpiritualis acceſſoria principali .tamen ei tanquam princeps,& domina dominatur,de iureiur.c.debitores.Quintò quia princeps non ſolùm ſubeſt Papæ,ſed ſuo ſimplici ſacerdoti:qui ipſum ſoluit, ligat, & iudicat.de pœni. & re. c.omnis.cum tamẽ clericus quantuncunque minimus poſſit à laico iudicari.ſupra de for.compe.c.ſi diligenti. Sextò fulcitur hoc diuerſis auctoritatibus. 96. diſtin.cap.cum à duorum.& c.duo.de maio.& obe.c.ſolitę.vbi de hoc ſeptimo diuino miraculo:& antiquitate diuturna conſuetudine approbata.de tranſla.c.quanto.Octauò ex vi fidei: ſicut enim ponere duo principia,eſt hæreticum.24.quæſt. fin.ca. pen.ſic ponere duos generales vicarios, & ſibi æquales in terris, hæreticum videtur, quò ad ius pertinet. ne igitur hæreticus videaris,hæc ſit vna fides:quòd ſicut vnus Deus eſt immutabilis.de ſumma trini.cap. primo. ſic & vnus eſt ſummus vicarius in terris.Nonò ratione vnitatis, quæ non recipit diuiſionem.24.quæſtio.prima.c.loquitur. cum igitur ſit vna Eccleſia ſimul collecta. vnum baptiſma. vnus Deus. vna fides: non poteſt vna ſponſa generaliter habere niſi vnum patrem: nec vnum corpus, niſi vnum caput.& iſtæ ſunt rationes Hoſt.qui remittit ad ſummam.eo. tit.§.qualiter.1.reſpon.& vide ad prædicta no.per Inno.ſ. de fo.compe.c.licèt ex ſuſcepto.

ADDITIONES.

a ¶ Recognoſcit Imperatorem. Vide Bal.in c.1.in princ. de pace iura.firman.in vſibus feud.Barto. in l.ſi duas.§. grammatici.de excuſa.tuto.Panor.hic.Oldra.conſi.69. incip.Conſueuit dubitari.Bal.in c.1.de inueſti. in mari. fac.Cardi.in clem.1.in fine princ.de iureiuran.Bal.in l. 1.§.1.de offi.præfec.præto.

b ¶ In terris Eccleſiæ. Vide Iac.But.in conſ.incip.Quidã nomine Ognibene.Bal.in 1.cõſtitutione Cod.ver.iuxta hoc quæro.Pau.de Caſt.conſi.228.

c ¶ Papam.Papa an poſsit diſpenſare in omnibus conſtitutionibus apoſtolicis, vide Io.de Turre cremata in ca. ſunt quædam.14.diſt.& an poſsit committere ſimoniã. vide eundem in c.latorem.1.q.1.

*S V M M AE.*

1 *Ignorantia vnius ex parentibus plus prodeſt filijs, quã alterius ſcientia.*

*Et hoc quomodo.nu.2.*

3 *Filij puniuntur propter parentes mandatum Eccleſiæ contemnentes.*

4 *Matrimonium quando dicatur in facie Eccleſiæ contrahi.*

5 *Cap.cum inhibitio.quando locum habeat.*

6 *Seruus,qui putabatur liber,contraxit cum libera in facie Eccleſiæ ignoranter:an proles inde ſuſcepta erit libera,& legitima.*

EX tenore. Si coniugatus,viuente prima,in facie Eccleſię contrahat cum ſecunda ignorante,legitima erit proles.hoc dicit.ſunt duæ partes.In prima iudicis conſultatio. In ſecunda reſponſio.¶ No.primò,quòd mater egit hic, vt tutrix nomine filij ſui,vt glo.dicit.&concepit verba executiua libelli in perſonam ſuam,& filij. de hoc tamen ſcilicet qualiter concipiatur libellus,an in perſonam tutoris: vel curatoris:vel ſui pupilli,& adulti.dic,vt no.Bar.in l.1.ff. de
1 admi.tuto.¶ Secundò no. † quòd filijs plus prodeſt ignorantia vnius ex parentibus:quàm ſcientia alterius. vbi ergo ex vna parte eſt mala fides:ex altera bona: quò ad tertiam perſonam conſideramus potius bonam fidem, quàm malam:& ſic potius id, quod prodeſt, quàm id,quod nocet,vt l.ſi quis in graui.§.fin.ff.ad Sille.vbi de hoc. ¶ Ter-
2 tiò no.† quòd ad hoc,vt ignorantia alterius parentis proſit filio inde nato,requiritur,quòd matrimonium ſit contractum in facie Eccleſiæ:aliàs ſi occultè,ignorantia, ſiue error probabilis,impedimento detecto,non excuſat clandeſtinè contrahentes,vt ſupra de clan.deſpon.c.fin. ſimiliter econuerſo.contrahere in facie Eccleſiæ non prodeſt filiis,ſi parentes ſciunt impedimentum,vt præalle. c. §. pari modo.diſtingue ergo,quòd aut matrimonium eſt contractum in facie Eccleſiæ:aut clandeſtinè.primo caſu,aut ambo parentes habuerunt bonam fidem: & proles eſt legitima.aut vterque malam:& proles eſt illegitima.aut alter habet bonam,alter malã.& eſt caſus hic.& inſpicimus, quod eſt partium,ſcilicet error.ſecundo caſu quando clandeſtinè cõtraxerũt:tũc indiſtinctè eſt proles illegitima,detecto impedimento:ſiue illud parentes ſciuerint: ſiue ignorauerint,vt dicto.c.fin.† puniuntur ergo filij propter parentes, mandatum Eccleſiæ contemnentes.ff.quod met.cauſa. l. ſi quidem.& C.ſolu.ma.l.3.¶ Oppo.iſta vidua agebat nomine filij ad hæreditatem R.patris ſui:& oppoſitum ſibi fuit, quòd R.fuit natus ex adulterio.ſed videtur,ꝙ iſta exceptio fuerit impertinens,& inefficax: quia quantuncunque quis ſit ſpurius:tamen filij,quos ſuſcepit legitimos, debent ſibi ſuccedere; quia hoc nõ reperitur prohibitum:ergo permiſ

ſum in materia ſucceſsio.vt dicit glo.not.in Auth. qui. mo.
na.effi.ſui.§.fi.ſolu.timore huius contrarij ſentit Ioan. An.
ꝙ hic non erat quæſtio de ſucceſsio. R. ſed patris eius, ad
quam,mediante patre,volebat iſte pupillus peruenire : qđ
non poterat:vbi pater eius fuiſſet ſpurius, vt opponebatur,
vt s̃.eo.c.cauſam quæ.& dixi s̃.eo.c.lator.vbi tetigi, quo iu
re veniat iſte nepos ad hæreditatem aui,ſiue pater eius eã
adiuerit,ſiue non.& an posſit patris hæreditatem repudia-
re,& auitam amplecti,& econuerſo:ibi remiſi. ¶Secundò
opp.hic Papa intromittit ſe de hæreditate. cõtra c.cauſam
quæ.2.s̃.eod.ſo. Papa in Beneuento habet temporalem iu-
riſdictionem.s̃.eo.c.de app.c.ſi duobus.vel reus noluit ex-
4 cipere,ſecundùm Vin. ¶Quæro † quando dicatur matri-
monium contrahi in facie Eccleſiæ.dicunt quidam,ex quò
fit publicè coadunatis amicis,& nemine excluſo:& ſic vtũ
tur Lombardi,& Italici.argu.C.de nup.c.ſi vicinis.Alij di-
cunt,ꝙ tunc dicitur contrahi in facie Eccleſiæ, quãdo ſer-
uata eſt ſolemnitas bannorum.j̃.ti.j.c.fin.& hanc tenet Io.
An.poſt Inno.& Hoſt.arg.s̃.de clan.deſpon.c.ſi. ſecundùm
hanc ergo opi.Italici,qui ſolemnitate bannorum non vtũ-
tur,non habent illud beneficium,de quo hic.& s̃.c.2. quan
tuncunque igitur ambo, vel alter coniugatorum habuerit
bonam fidem:proles ex eis ſuſcepta non erit legitima:ſi po
ſtea detegatur impedimentum.quod eſt durum ſentire: qa
ſi non ſeruant verborum corticem dictæ conſtitutionis:ta
men ſeruant mentẽ:ante enim,quàm contrahant,coaduna
tis amicis hincinde publicantur munera contrahenda:quã
titatis dotis donatio.& ſimi.& ita Senis, & hic Venetiis ſer
uari vidi : deinde poſt tempus fiunt feſtiuitates nuptiarum
diebus pluribus.iſta ergo dicere matrimonia clandeſtina,
non videtur tutum,argu.l.ſi pupillus.§.proſcribere. de in-
ſti.& c.cauſam quæ.de elect.in cle.licèt enim varietur iuris
ſolemnitas:ſi ſubſtantia eſt eadem,non variatur eius diſpo
ſitio,vt l.ordo.ff.de publ.iud.ad hoc illa regula.nihil refert
quid ex æquipollentibus fiat,l.cum eorum.C.de ſent. facit
c.intelligentia.de verbor.ſignifi.c.ad hoc.s̃.eo.c.2.ibi [pu-
blicè,& ſine contradictione.]& c.nam ante illam conſti.cũ
inhibitio.credo, ꝙ parentum probabilis ignorantia pro-
fuiſſet filijs ex eis natis:ſicut prodeſt in alijs : quæ non ſunt
ita fauorabilia,vt patet in l.Celſus.de vſucap.& c.conſulta-
tionibus.de iure patro.& l.Barbarius.de offi.præ.cum aliis
ſimilibus:in quibus iuſtus error habetur pro veritate, per
Ioan.And.Inno.& Hoſt. facit,ꝙ à forma conſtitutionis nõ
eſt in dubio recedendum,vt l.cõſtitutionib.ad munici.¶Se
5 cundò quæro. †ſi qui contrahunt,non ſeruata ſolemnitate
illius c.cum inhibitio.vel ea ſeruata.ſed impedimẽtũ ſciũt:
& deinde contracto matrimonio, detegatur aliquod impe
dimentum,aliud quàm proximitatis: an habebit locum il-
lud c.vt proles illegitima cenſeatur.dicunt quidam, ꝙ nõ:
quia illud c.non facit mentionem,niſi de impedimento pro
ximitatis:& quia proles fauorabilis eſt,vt hic. & argum.ff.
ſolu.matr.l.ſi cum dotem.§.fina.& hoc tenuit Vin. l. illam
Decre.ſolùm habere locum in impedimento graduũ. con-
trarium tenet Ioan. And. quia eadem eſt ratio in quolibet
impedimento canonico,vt ibi no. & quia ex quò occurrit
canonicum impedimentum,proles non eſt fauorabilis:niſi
matrimonium ſit in facie Eccleſiæ cõtractum,vt hic,& ibi.
dicit ergo,ꝙ ſunt illegitimi: licèt enim illa conſtitutio ꝓ-
pter appoſitionem pœnæ videatur odioſa: tamen eſt fauo-
rabilis;quia inducta in animarum fauorem. Ideo ad ipſum
pœna non eſt reſtringenda:ſed dilatanda, vt vitentur peri-
6 cula animarum.Ita dicit Io.An.¶Tertiò quærit glo.†po-
ne,ꝙ ſeruus,qui putabatur liber, contraxit cum libera in
facie Eccleſiæ ignoranter:an proles inde ſuſcepta erit libe
ra,& legitima.arg.ꝙ non.C.ſolu.ma.l.3.allegat in contra-
rium l.ſi cum dotem.§.fi.ſo.ma.Io.An.dicit, ꝙ illa queſtio
non procedit in ſeruo contrahente quò ad ſeruitutem par
tus:quia ſi mater eſt libera,eius conditionem ſequitur, &
non patris,ſiue ſcienter,ſiue ignoranter contraxerint. quò
ad legitimitatem verò dicendum eſt,partum hoc caſu legi
timum: ſi bona fide in facie Eccleſiæ ſit contractum.ſi verò
ponamus ſeruam cum libero in facie Eccleſiæ contraxiſſe
bona fide:tunc procedit quæſtio,in qua dicit Ioan. And. ꝙ
facies Eccleſiæ bene adiuuat prolem quò ad legitimitatẽ:
ſed non quò ad libertatem.ſeparato igitur matrimonio,ꝓ-
pter iſtũ errorem,proles non erit legitima,ſed ſerua:poſt-
quam mater eius,cuius conditionem partus ſequitur, repe
ritur ſerua.¶Non ob.l.3.C.ſolu.matr.quæ dicit, quòd ille
cenſetur ſpurius:nam iure illo cum ſerua, vel ſeruo non po
teſt eſſe matrimonium:de iure canonico verò ſecus, vt ſu-
pra de coniu.ſeruo.c.j.

*S V M M AE.*

1 *Matrimonij ſacramentum poteſt eſſe inter infideles.*
2 *Matrimonia infidelium regulantur ſecundùm legem an
tiquam veteris teſtamenti.*
3 *Conſummata,& perfecta per hominẽ, qui mutauit ſta-
tum,iudicantur ſecundùm legem ſuam veterem, &
non nouam illi contrariam.*
3 *Plures habens ſimul vxores, vel vna repudiata legiti-
ma,cum alia contraxit:an poſt conuerſionem filij ex
his nati erunt legitimi.*

1 GAudemus. Not. primò † ꝙ inter
infideles poteſt eſſe ſa
cramentum matrimonij.ad hoc 26.d ſtin.c.dein-
de.nam & dominia rerum retinent : & acquirere poſſunt.
quod dic,vt no.s̃.de voto.c.quod ſuper his.¶Secundò no.
†ꝙ matrimonia infidelium regulantur ſecundùm legẽ an-
tiquam veteris teſtamenti: & conſtitutione canonica non
ligantur.j̃.de diuor.cap.gaudemus.poſt princ. vbi de hoc.
2 ¶Tertiò no.†ꝙ conſummata, & perfecta per hominem,
qui mutauit ſtatum,iudicantur ſecundùm legem ſuam ve
terem,& non nouam illi contrariam:quod facit ad no. ſu-
pra de ob.ad ra.c.j.in nouella.in quæſtione laici, qui poſt
delictum effectus eſt clericus,vt l.j.ff.de pœn.& l.iubemus.
in fi.C.de teſtamentis.¶Quæro.textus iſte loquitur de in-
fidelibus,qui contraxerunt matrimonium in ſecundo, vel
4 tertio gradu. † quid de illis, qui plures habent ſimul vxo-
res:vel repudiata legitima,cum alia contraxerunt:an poſt
conuerſionem filij ex his nati erunt legitimi.videtur, ꝙ nõ:
quia inter iſtos non eſt matrimonium,vt j̃.de diuort.c.gau
demus.§.quia verò.& §.qui autem.pro hoc facit,quòd ille
tex.loquitur de coniunctis in ſecundo, vel tertio gradu, cũ
quibus eſt verum matrimonium,vt dict.cap.gaudemus. in
princ.gloſſ.tenet hic,quòd ille tex. debet intelligi de illis,
qui cum pluribus contraxerunt ſimul:vel poſt repudiatam
legitimam contraxerunt cum alijs: filij enim ex talibus na
ti ante conuerſionem habentur pro legitimis:& in iſtis vẽ-
dicat ſibi locum mens huius conſti.dum dicit [ opinionem
& effectum.]nam licèt veritas non ſe ita habeat:tamẽ,quia
tali ritu vtuntur:& opinio eorum eſt, quod matrimonium
teneat:& quòd proles eorum ſit legitima: Eccleſia in hoc
opinio. iſtorum ſequitur quò ad ea, quæ præceſſerunt con
uerſionem.& ita dicit Ioan. Andr. Ratio huius tolerantiæ
eſt,quam dixi ſupra in ſecundo not. videlicet quia non li-
gantur conſtitutione canonica.In Chriſtianis enim conſue
tudo talis,& opinio contraria conſtitutioni canonicæ: non
excuſaret:licèt error facti probabilis excuſaret. ad hoc. s̃.
de ſpon.c.j.& c.non debet.de conſang.& affin.& ſupra c.2.
&



& c.s̃.proximo.aut ergo loquitur de fidelibus: aut de infi-
delibus.& ſi de fidelibus : aut errant in iure:aut in facto,vt
patet ex prædictis.

## Qui matri.accuſ.poſſunt.

*S V M M AE.*

1 *Ad matrimonium accuſandum qui admittantur.*
2 *Idonei qui ſint ad teſtificandum ſuper matrimonio.*
3 *Qualiter procedatur ſuper accuſatione matrimonij.*

DICTVM eſt ſupra de matrimonijs,& ip
ſorum impedimentis : bene eſt, vt dica-
mus de ipſorum ſeparationibus,& diuor
tiis.& quia hæc ſolent, & fieri debent ac-
cuſatione præmiſſa, & probatione ri-
tè facta:ideò præmittit iſtam rubricam.
ſecundùm Goff.& Hoſt.qui aliter etiam continuat.ſed hoc
placet.habetur de materia.35.q.6.per totum conuenit. de
teſti.quoti.& c.ſicut. & c. ſuper eo.2.& c.in literis. ex teno
re.cum in tua.licèt ex quadam.de teſti.co.c.1. & c. cæterũ.
& c.præterea.de eo,qui cog.con.c.de illo.¶ Quærit Inno.
1 † qui admitttantur ad accuſandum matrimonium. ex cu-
ius dictis,& Io.And.diſtingue.nam quandoque accuſatur
matrimonium ad plenum diuortium celebrandum: quan-
doque ad ſeparationẽ, quò ad thorum. primo caſu aut im
pedimentum prouenit ratione conſanguinitatis:vel affinita
tis.aut prouenit ex defectu frigiditatis : vel alterius impo-
tentiæ coeundi.ſi ratione affinitatis, & conſanguinitatis,
omnes admittuntur ad accuſandum : ſed quodam ordine
ſucceſsiuo,ſi plures concurrunt : nam conſanguinei coniu
gum præferuntur extraneis: eis verò tacentibus, extranei
admittuntur.Rurſus de extraneis præferunt̃ antiquiores,
& maturiores vicini.35.q.3.c.1.& 2.& j̃.e.c.videtur. ipſi ẽt
maritus,& vxor ad hoc admittuntur.j̃.eod.c.inſuper. Si ve
rò impedimentum prouenit ex defectu frigiditatis: vel al-
terius impotentiæ,vel erroris:& non admittuntur, niſi con
iuges,vt not.Specu.e.tit.in prin. & quod ibi per Io. An. ſu-
per verſi. repellitur ergo. ſecundo caſu principali quando
quæritur de ſeparatione quò ad thorum propter adulte-
rium.& dicit Inno.quòd nõ admittitur niſi maritus:& me
ritò;quia quò ad thorum poteſt ſibi iſtam culpam remit-
tere,& reconciliare eam ſibi,vt j̃.de adul. c. 3. ad pœnam
verò adulterij infligendam etiam extranei admittuntur
quodam ordine ſucceſsiuo.quod dic,vt l.is cuius. §. mari-
to.ff.de adul.¶Secundò viſo.qui ſint idonei ad accuſandũ,
quæro, qui ſint idonei ad teſtificandũ.Io.An.tradit regulã;
2 ꝙ illi † qui admittuntur ad accuſationem, admittuntur
ad teſtimonium:& illi,qui repelluntur ab accuſando, re-
pelluntur à teſtificando: quinimo quandoque in cauſa ma
trimoniali idem poteſt eſſe accuſator,& teſtis.35.q. 6. c. ſi
duo.& c.in ſynodo. & c.de parẽtela.& omnino vide,quod
circa hoc ipſe no.in Spec.eo.c. ſuper verſi.in cauſa.hoc au-
tem,quod dixi,quòd idem poteſt eſſe accuſator, & teſtis,
intellige cum accuſatur matrimonium de conſanguinitate:
ſi verò ratione alterius impedimenti ( puta de contractu
cũ alio:vel de voto:vel de ſpirituali cognatione: vel de hoc
ipſo,an contraxerit,vel non ) & tunc licèt quis admittatur
ad accuſandum:tamen ad teſtificandum admittitur pater,
& mater,vel conſanguinei, omni diſtinctione ſemota, de
qua in c.ſuper eo,s̃.de teſti.nam quandoque talium teſti-
monium eſt ſuſpectum,vt ibi patet.In conſanguinitate eſt
igitur ſpeciale,quòd nunquam debet haberi ſuſpectum te
ſtimonium alicuius conſanguineorum,ſecundùm Innoc.
Hoſt.in hoc contra.j̃.eod.c.videtur. vbi per Ioan. And.
3 ¶ Tertiò quæritur. † qualiter procedatur ſuper accuſa-
tione matrimonij.dicit,quòd aut quæſtio vertitur ſuper fœ
dere matrimonij:& proceditur ſine ſtrepitu,& figura iudi-
cij.quod dic,vt in clem.diſpendioſam. de iudi. quandoque
quæſtio vertitur de ſeparatione matrimonij quò ad thorũ.
& proceditur lite conteſt.& dic,vt lite non conteſt.ca.1.&
c.quoniam.§.porro.cum ſim.

ADDITIO.

a ¶ Accuſatur. Accuſatio quid ſit. vide Ioan. de Turre
cremata in c.1.2.q.2.& an licitè quis repellatur ab accu
ſatione.vide eundem in c.beatus.3.q.4.

*S V M M AE.*

1 *Bona illorum, qui fugiunt,& damnari non poſſunt,an-
notantur de iure ciuili:& poſt annum deferuntur in
fiſcum.*
2 *Vxor,quæ petit ratione impedimenti matrimonium ſe-
parari, audienda eſt contra virum abſentem ex cau
ſa neceſſaria non probabili.*
3 *Abſens,contra quem agitur,eſt cum omni diligentia re
quirendus.*
4 *Vxor an teneatur ſequi virum, qui nõ poteſt morari in
ciuitate propter periculum mortis.*
5 *Pactum ſi fiat in matrimonio, ꝙ ſponſus debeat trahere
moram cum ſponſa in certo loco:et in certa domo,an
valeat.& ſit ſeruandum.*

REలatum. Cum agitur de fœdere ma
trimonij,reo abſente con-
tumaciter poſſunt ſuper impedimento matri-
monij teſtes recipi,dummodo legitimi:& ad dicta illorum
debet ferri ſententia.& ſunt duæ partes.in prima conſulta-
tio.in ſecunda reſponſio ibi [ cæterùm.] ¶ Not. primò, ꝙ
quandoque quis abeſt à ciuitate ex cauſa neceſſaria non
probabili propter metum mortis : quia deliquit. ad hoc l.
1 Papi. exuli.de mino.† de iure ciuili iſtorum bona, qui fu-
giunt,& damnari non poſſunt,annotantur, & poſt annum
deferũtur in fiſcum.vt ff.de requi.re.l.1.& 2. quod ius vtrũ
hodie ſit correctum per Aut.bona damnatorum.C.de bo.
dam.dic,vt ibi per Cyn.an autem peccaret homicida in fo
ro conſcientiæ,ſi permitteret ſe capi:vel non fugeret de car
ceribus,cum poſſet.tangit glo.in clem. paſtoralis. de iure-
iuran.arg.quòd non peccet in l.1. ff. de bonis eorum, qui
2 mor.ſibi conſci.¶Secundò no.† quòd vxor, quæ petit ra-
tione impedimenti matrimonium ſeparari, audienda eſt
contra virum abſentem ex cauſa neceſſaria non probabili.
3 concor.s̃.tit.1.c.perlatum.¶Tertiò no.† quòd ille,contra
quem agitur,ſi abſens, eſt cum omni diligentia requiren-
dus:& alia obſeruanda ſunt,de quibus in dicto c.perlatum.
& vt ibi,& hic patet, quòd ante propoſitionem querelæ cõ
tra talem abſentem requiritur, quòd fuerie diutius expe-
ctatus.ad hoe.s̃.de ſpon.c.in præſentia. & hoc in qualibet
cauſa ita eſt, ſcilicet quòd non debet iudex contra abſen-
tẽ feſtinare proceſſum:ne poſtea rediens,& allegans ratio-
nabilem abſentiæ cauſam, petat proceſſum irritari. quod
poſſet hoc caſu,iuxta no.in c.fi.s̃.de eo,qui mit. in poſſ.
¶Quartò no.vagam alicuius inquiſitionem, vt per ciuita-
tes,& loca per literas epiſcopi inquiratur.ad hoc s̃. de do-
lo,& contu. c. cum olim. vbi mandat requiri in Iberniam.
facit quod no.Bar.in l.in illa ſtipu.ſi Calendis. & l. hoc iu-
re.de verb.obliga.& l.4.de dam.infec.¶ Opp.dicitur hic,
quòd

quòd ſi iſte non potuerit reperiri:poterit procedi ad rece-
ptionem teſtium,& ſententiam. Sed contra de c.quoniam
frequenter.§.2.ſ.vt lite non conteſt.vbi abſens non per cō
tumaciam ſemper debet expectari, & non contra eum pro
cedi.ſo.ibi fuit contumax ſine culpa : hic cum culpa , quæ
non debet obeſſe mulieri.ita dicit glo.culpa ergo ſine con-
tumacia, & ſola contumacia iuſtificat proceſſum contra
abſentem in cauſa matrimoniali ſecundùm glo. Tan.di-
cit,quòd hic iſte impediebat,ne poſſet ad eum citatio per-
uenire.quod intelligo non de impedimento reſiſtentiæ do
loſæ:de qua certum eſſet poſſe procedi: ſed quia per orbē
vagabatur:& iſta vagatio impediebat,ne poſſet ad eum ci-
tatio peruenire. Ioan. Andr.refert quendam Decretorum
Doct. dixiſſe, quòd circa ſo.prædicti contrarij deficiebat
hic quædam additio Bert.pro ſolutione contrarii ſic diſtin
guentis:quòd quandoque conſtat de contractu:ſed allega-
tur impedimentum,per quod petitur diuortium:& hoc ca
ſu proceditur contra contumacem,contra teſtium receptio
nem,& diffinitiuam ſententiam.& ita loquitur hic. & cap.
quoniam.§.porro.& ſ.ti.j.c.perlatum. quandoque non cō
ſtat de matrimonio,& negatur contractus matrimonij : &
hoc caſu non proceditur lite non conteſt. ad receptionem
teſtium,nec ad ſententiā.vt.ſ.vt lite non conte.c.tuæ.Sed vt
dicit Ioan.An.illa non fuit additio Ber. & falſum continet
in ſecundo dicto.cum §.porro.generaliter loquatur,quan-
do de fœdere matrimonij,vel maritali copula agitur. & ra
tio ibi reddita & eo caſu viget.Item hodie,parte non con-
tumace,omittitur conteſtatio, per cle.ſæpe.de verbo. ſign.
coniuncta cle.diſpendioſam.de iudi. ¶Quæro in caſu hu-
4 ius c. † quando non poteſt vir morari in ciuitate propter
periculum mortis:an vxor teneatur eum ſequi. dicit gloſſ.
quòd ſic,niſi eſſet vagabundus: quia tunc non teneretur eū
ſequi.de oper.li.l.quod niſi.§.ex prouincia.& no.illam glo.
nam occurrit hic Venetijs,vbi quidam exbannitus pro ma
leficio conſtituit procuratorem ad petendum coram epi-
ſcopo,vt eius vxor ad eum accederet : cum non poſſet hic
morari.& vide Barto.in l.Mæuia.ff. de an. le. & dixi ſupra.
5 de coniu.lepro.cap.j.¶Secundò quærit Ioan.And. † ſi fiat
pactum in matrimonio,quòd ſponſus debeat trahere mō-
ram cum ſponſa in certo loco:& in certa domo. an valeat
& ſeruandum ſit.dicit Ioan.And.quòd ſic: quia in tradi-
tione cuiuſque rei poteſt apponi pactum.C.de pact.l.j.mul
tò magis in traditione, propter quam morari non poſſit :
vt timor mortis:ſicut fuit in iſto c.& argu. ſupra de except.
cap.paſtoralis.& de offic.dele.cap.inſinuante.habent enim
pacta tacitas conditiones , propter quas licitum eſt ab eis
recedere.quod dic , vt ſupra de iureiur. cap. quemadmo-
dum.& quod no.Barto.in illa diſputatione.Lucanæ ciuita-
tis ſtatuto.&c.de illa q.plenius not.Hoſtien. in ſumma de
coniu.ſer. §. ſed an conſenſus. verſicu. vltimo.circa ipſam
etiam vide quod no.Bar.in l.Titio cētum.ff.de cond. & de.
vbi quærit de efficacia huius pacti in alijs diſpoſitionibus ,
ꝙ quis obliget ſe ad perpetuam moram:vel ad carceres , ſi
non ſoluat debitū.facit.ſ.de iureiur.c.ex reſcripto.& Cyn.
in l.ſi.C.qui bo.ce.poſſ.

SVMMAE.

1 *Exprimi aliquid chartis ſiue literis aliud eſt: aliud ex-
primi viua voce.*
2 *Diſpoſitio,quæ loquitur de loquente alteri, non habet lo
cum in eo,qui ei literas dirigit.*
3 *Accuſator ille dicitur, qui defert impedimentum matri
monij.*
4 *Iudex non debet admittere accuſationem per literas de-
ſtinatam:nec teſtimonium.*
5 *Præſumptio cum alijs indicijs ſufficit ad ſententiam.*
6. *Teſtis an poſſit teſtificari per literas. quòd non . & nu-
mer.7.*
8 *Iuramentum non defertur in cauſa matrimoniali pro-
pter præſumptionem in defectum plenæ probationis.*

A Nobis. Accuſatio,ac teſtimonium in cauſa matrimoniali principaliter,& nō per literas fieri debent.In prima parte ponitur quæſtio.in ſecunda reſpōſio[ ibi ad hæc.] ¶No.
1 primò, †quòd aliud eſt aliquid exprimi chartis , ſiue lite-
ris:aliud viua voce.& hoc verum in accuſatione, & teſtifi-
catione:vbi perſonæ præſentia multum facit,qua conſtan-
tia,qua trepidatione loquatur,vt l.de minore.§. tormenta.
ff.de mino.vbi verò idem eſt effectus viuæ vocis, & per li-
2 teras declaratæ:†tunc diſpoſitio,quæ loquitur de loquen-
te alteri,non habet locū in eo,qui literas dirigit:puta man
dat epiſcopus,quòd ſub pœna.x.nullus loquatur Titio:cer
tè ſi ſibi quis voce non loquitur,ſed in ſcriptis:credo,quòd
in pœnam incidat.argu.eius,quod no.infra de ſen. excō. c.
3 decernimus.lib.6.& l.j.de verbo.oblig. ¶Secundò no. †ꝙ
ille,qui defert impedimentum matrimonii,dicitur accuſa-
tor.dicit tamen Io.And. ꝙ proprius poteſt dici nunciatio,
quàm accuſatio.quia ad hoc debet dirigi accuſantis inten
tio:vt ceſſent à peccato: nec aliter intereſt eius : & melius
eſt,quòd fiat in ſcriptis.de teſti.in inte.c.ex literis.in fi.pa-
tratur autem iuramentum de veritate dicenda: & illa,quæ
dicitur hic accuſatio matrimonij poſt conſummationē: an
te contractum dicitur denunciatio propoſita ad impediē-
dum matrimonium contrahendum. ſ.de deſpon.impub.c.
4 ad diſſoluendum.ſecundùm Inno. ¶Tertiò no. †ꝙ iudex
non debet admittere accuſationem per literas deſtinatã:
ſimiliter nec teſtimonium:requirunt enim illa. ſ.accuſatio,
& teſtimonium præſentiā perſonę:vt ſic iudex videat, qua
conſtantia,&c.vt dixi ſ.in primo no.vnde mandatur iudi-
ci , ꝙ examinationem teſtis in graui cauſa non committat
alteri:ſed examinet per ſeipſum,vt in Auth.apud eloquen-
tiſſimum.C.de fide inſtru.& de conſti.cap.j. & in caſibus,
in quibus de mandato ſuo alius examinat cum atteſtatio-
nibus ſigillatis,notificare debet iudici,qui commiſit,quan
ta ſit fides teſtibus adhibenda.de fideiuſſ. c.conſtitutus . ad
quod vide no.ſ.de proba.cap.quoniam contra.& per Bar.
5 in d.§.tormenta.in prin.¶Quartò no. †quòd præſumptio
cum alijs indicijs ſufficit ad ſententiam. de quibus præſum
ptionibus,& indicijs dic,vt ſupra de præſumpt.cap.literis.
cum ſi.& per Bar.in l.fina.ff.de quæſtio.& l.admonendi.de
iureiuran.Quærit glo.quare tex. dicit [ accuſatione matri-
6 monij.]&c.& ſic videtur loqui in accuſatore . † quid in te-
ſte,an poſſit per literas teſtificari. dicit , quòd iſte tex.po-
tius debet intelligi in teſte,quàm in accuſatore,propter id,
quod dicit[quantùm ad præſumptionem.] &c.& ibi [ ad
ſententiam . ] &c.ex dicto enim accuſatoris non reſultat
præſumptio, nec ſententia fertur : ſed ex teſtimonio teſtis
7 ſic:& eſt expreſſum,quòd † teſtis non poſſit deponere di-
ctum ſuum per literas in cap.teſtes.3.q.9. Rationem ſu-
8 pra dixi.& no.gloſſ. †quòd in cauſa matrimoniali propter
præſumptionem non defertur iuramentum in defectū ple
næ probationis.

SVMMAE.

1 *Teſtes , qui ſunt idonei ad matrimonium coniungen-
dum , ſunt etiam idonei ad matrimonium ſeparan-
dum.*

2 Con-



2 *Conſanguineos magis præſumendum eſt habere notitiā
parentelæ, quàm extraneos.*
3 *Parentela qualiter probetur.*
4 *Parentes,non ſunt idonei teſtes in cauſis filiorum , nec
in criminalibus, nec in ciuilibus , nec in alijs nego-
tijs . fallit in cauſa matrimoniali .*
*Et hoc, an ſemper.nu.5.*
6 *Filius pro matre,vel patre, qui ſecundò contraxiſſe di-
cuntur,an ſit idoneus teſtis.*

V Idetur. In cauſa matrimoniali ſuper conſanguinitate, & cōtractu teſtificari poſſunt conſanguinei. & tria facit.
primò ponit dictum:ſecunda. ibi [ ideò. ] ipſius rationes.
tertia.ibi [ quod verò ipſius. ]ſoluit quoddam contrarium.
pone enim ſic caſum.Petebam quandā in vxorem: ad pro-
bandum contractum inducebam parentes meos : ipſa ad
probandum conſanguinitatem inducebat ſuos. quæreba-
tur,an eſſent admittendi.]& reſponde,vt in tex.¶Not. pri-
1 mò,† quòd teſtes,qui ſunt idonei ad matrimonium con-
iungendum,ſunt etiam idonei ad ipſum ſeparandum:nam
& ſolemnitas,quæ requiritur in contractu, requiritur in d.
ſtractu,vt in Aut.contra.ſ. de diuor.¶Secundò no.†quòd
2 magis præſumendum eſt,conſanguineos,quàm extraneos
habere notitiam parentelæ.concor.quod no.in fi.in l.de tu
tela.C.de in inte.re.mi.cum igitur de parentela quæritur :
citius conſanguinei,quàm extranei ad teſtimonium admit
tuntur.¶Tertiò no.† quòd parentela probatur [a] teſtibus :
3 Chartis,& recitatione maiorum.concor.ff.de proba.l. fi.&
ſ.de teſti.c.licèt ex quadam. & l.ſi chorus.de leg.3 .ibi [ ſe
nes audiuiſſe dicentes.] &c. & circa hoc , quod de chartis
dicitur:vide quod no.Inno.ſ.de offic.deleg.c. cum in iure.
¶Quartò not.regulam , & exceptionem.regula enim eſt ,
4 † ꝙ parentes non ſunt idonei teſtes in cauſis filiorum : nec
in criminalibus:nec in ciuilibus : nec in alijs negotiis.C.de
teſti.l.parētes.& ff.de teſti.l.teſtis.idoneus.fallit hæc reg. in
cauſa matrimoniali,vt hic.& quæ ſit rō,no.ſ.de teſti.c.ſup
eo.In teſtis an poſſit filius eſſe teſtis in teſtō patris. dic,vt
l.in teſtō. ff. de teſtamentis.& 2.q.4.§. 1.vide Specu.de te-
ſte.§.1.poſt prin.vbi ſatis de hoc. ¶Quæro vtrùm iſte tex.
qui admittit parentes ad teſtimonium ſuper matrimonijs
filiorum,debeat intelligi, cum dubitatur ſolùmodo de pa-
rentela illorum, de quorum coniunctione tractatur : † an
5 verò generaliter,quotieſcunque inter aliquos de cōtractu
matrimonij litigatur.glo.penul.intelligit illud.c.ſolum quā
do propter conſanguinitatem petitur ſeparari:uel dicitur,
quòd ex eadem cauſa non poſſet coniūgi.quando verò eſt
quæſtio de ipſo contractu,vtrùm ſcilicet cōtraxerint, nec-
ne:admittuntur parentes in cauſis matrimonialibus,ſecun
dùm diſtinctionem.c.ſuper eo.de teſti.Hoſt.dicit,aut ſpon
ſus filiæ eſt nobilior , & ditior ipſa filia:& tunc ſiue quæra-
tur de contractu:ſiue de conſanguinitate,ſuſpectum eſt te
ſtimonium matris: nam & in gradibus computandis deie
rare poſſet,ponendo gradum primum pro ſecundo: vt ſpō
ſus cum filia remaneret,vt ſup.de teſt.c.ſeries.Aut eſt infe-
rior:& tunc in vtroque caſu admittitur.Aut eſt par condi-
tio vtriuſque coniungendorum:& tunc debet iudex atten-
dere,vtrùm mater,& filia affectent iuſtum matrimonium:
& tunc repellat . an eis diſpliceat:& tunc veritatem dicere
cogat.an verò indifferenter ſe habeat:& tunc,attenta qua-
litate perſonarum, & dictorum , & vultus mutatione , ac
mentis trepidatione,admittat,vel repellat , vt patet in his ,
quæ not.de deſpon.impu.c.atteſtationes.& de teſti.c. in no
ſtra.Item & de calumnia caueat.ſ. eod. c. ſignificante. at-
tendat etiam,quòd in dubio ſemper ſtet pro matrimonio,
vt innuit mens verborum ſubſequentium.de hoc no.3.q.5.
in fin.ſummæ.14.q.2.in ſumma.Ita dicit Ioan.And. hic.&
prædicta locum habent,cum quæritur,an parentes poſſint
admitti ad teſtimonium in cauſis matrimonialibus filiorū:
6 quid econuerſo.† an filius pro matre,vel patre , qui ſecun-
dò contraxiſſe dicuntur,ſit idoneus teſtis.certè ratio , quæ
eſt in matre,& patre,ceſſat in filijs,qui nō affectant:ſed ma
gis læduntur, & iniuriam patiuntur ex ſecundis nuptijs pa
rentum:ideò hoc arbitrio iudicis relinquēdum puto: vt cō
ſideret,quę prædicta ſunt.& vide quod no.Cyn.in l.paren-
tes.C.de teſti. vbi quid iuris in fratribus inter ſe,an admit-
tātur:& an prædicti inuiti teſtificari cogantur producti cō
tra filios,vel parentes.

ADDITIO.

a ¶ Parentela probatur.Vide glo.& Bar.in l.2.§.idem La
beo.ff.de aqua plu.arcen.glo.fin.in c.quoties.de teſti.ca.
ſecundo.35.quæſtio.6.Ioan.de Pla. Inſtitu. de gradi. §.
hactenus.

SVMMAE.

1 *Diſſenſus à principio non impedit contractum , ſi poſtea
conſenſus accedat.*
2 *Sponſalia,ſiue matrimonium inualidum à principio ra
tione minoris ætatis tacitè confirmantur per aduen-
tum pubertatis,ſi minor tunc non reclamauit,quàm
primum potuit.*
3 *Conſenſus legitimus mulieris in matrimonio ſpectatur
in duodecimo anno completo.*
4 *Copula ſubſequens confirmat ſponſalia inualida ratio-
ne ætatis:& ratione metus :niſi circa extorſionem co
pulæ violentia allegetur.*
5 *Impubes factus pubes, ſi non habuit notitiam ſponſalio
rum, nunquam videretur ipſa tacitè confirmare .*
6 *Reclamatio à metu illato qualiter fiat.*

I Nſuper. Inuita deſponſata,& poſtea ſponte cognita, contra matrimonium non auditur.& in prima ponitur conſultatio. In ſecun
1 da reſponſio ibi [ hoc itaque.] ¶ No.primò , † quòd diſ-
ſenſus à principio non impedit contractum: ſi poſtea con-
ſenſus accedat : poteſt enim quis quandoque approbare ,
quod à principio reprobauit . quod dic, vt l. diſpenſatori.
ff.de ſolu.& licèt voluntas,quæ olim fuit,præſumatur,ſi nō
mutata probet,vt c.maiores.ad fin.de bapt. & l. ſancimus.
C.de teſta.tamen vbi actus ſubſequens inducat cōtrarium
voluntati:quæ præceſſit ( vt hic fuit ) præſumitur receſſum
per iſtum actum contrarium à priori propoſito,vt ca.cum
M.Ferra.de conſti.& l.cum in plures.§.locator horrei.ff. lo
2 ca.¶Secundò no.† quòd ſponſalia, ſiue matrimonium in-
ualidum à principio ratione minoris ætatis tacitè confir-
matur per aduentum pubertatis: ſi minor tunc non recla-
mauit,cum primum potuit.in alijs contractibus , quando
ſuperueniente ætate legitima taciturnitate firmentur : dic ,
vt C.ſi maior fac.ra.ha.l.1.& fin. & in matrimonio vtrùm
ad ratificationem aliud requiratur, quàm aduentus puber
tatis.dic,vt ĵ.de deſpon.impu.cap. 1. lib. 6.¶ Tertiò not.
3 † quòd conſenſus legitimus mulieris in matrimonio ſpecta
tur in 12.anno.quod intellige completo. & dicit Hoſtien.
quòd iſte tex.eſt contra illos,qui dicunt , quòd per nume-
rum annorum non probatur pubertas.de quo.ſ.de deſpō.
4 impu.c.2.& 3.¶ Quartò no.†quòd ſubſequens copula cō
firmat ſponſalia,inualida ratione ætatis,& ratione metus :
quod

quod intellige verum,niſi circa extorſionem copulæ violē-
tia allegetur,vt no.ſ.de ſpon.c.is qui fidem.quinimo & ſi-
ne copula,ſi adueniente pubertate tribus diebus poſt trāſ-
ductionem compleuit in domo viri, non potuit poſtea con
tradicere:quia reſultat matrimonium præſumptum , vt di-
cto c.is qui fidem.facit 16.q.3.in fin.& j.q.j.cap.conſtat.
¶Oppo.& videtur,ꝙ per aduentum pubertatis non firmē
tur ſponſalia contracta in ætate innubili: nec imputetur mi
nori,ſi poſt pubertatem non contradixit : & hoc duplici ra
tione.prima,in tali ætate non præiudicat curſus temporis,
nec aliqua præſcriptio ipſo iure,vt l.fi.C.in qui.cau.in inte.
re.non eſt neceſ.ſecunda propter probabilem ignorantiā ,
quæ in tali ætate præſumitur:quæ quod videt, ignorat, vt l.
j.ad fi.C.de fal.mo.vnde ſi non contradixit : videtur ratio-
ne iuſtæ ignorātiæ excuſari.j.de cle.ex.mi.c.ad apoſtolicæ.
contradicere enim ſtatim in ipſo pubertatis ingreſſu indu-
ctum eſt à iure poſitiuo:ad quod in tali ætate poſiti non li-
gantur,vt l.cum de indebito.ff.de proba.nec debent ſapiē-
tum iura tractare,vt l.fi.C.de teſta.mi.ſo.dicit Hoſti.ſpecia
le eſt in hac cauſa matrimoniali propter periculum ani-
marum:nam & plura alia ſpecialia ſunt no.ſ.vt li.non cōt.
c.j.nam in tali cauſa facti puberes habent legitimam per-
ſonam ſtandi in iudicio,vt ſupra de reſti.ſpo.c.ex parte. &
de iudi.c.fi.li.6.vnde cum adueniente adulta ætate cenſean
tur habere legitimam perſonam:tenet quod fit ab eis taci-
tè,& expreſsè conſentientibus. ¶Sed dices imò non vide-
tur tenere ſine auctoritate curatoris ipſo iure quod facit ,
vt l.ſi cura.C.de in inte.reſt.mi.ſol.ducere vxorem, ſiue ma
trimonium contrahere, non eſt in adminiſtratione patri-
monij:ideò non requiritur auctoritas curatoris. vt l.in co-
pulandis.C.de nup.¶Iterum obijcies,quòd ſi lædatur, de-
bet reſtitui,vt in toto ti.de mi.Sed dic,quòd non habet lo-
cum reſtitutio illo caſu:cum perſonę mutent ſtatum:& nō
poſſint reſtitui in priſtinum ſtatum , Euangelio prohiben-
te[Quos Deus coniunxit,homo]&c.& quia virginitas cor
rupta reſtitui non poteſt,vt l.j.de rap.vir.ſic ergo in multis
caſibus minores aduerſus contractum non reſtituuntur, vt
no.in d.c.ex parte.ita nec aduerſus iſtum. Non obſt.quòd
non videtur tacitè conſentire,qui ignorat factum: quia fa-
5 teor,†quòd ſi impubes factus pubes non habuit notitiam
ſponſaliorum: nunquam videretur ipſa tacitè confirmare :
imò,vt dixi,requiritur ſcientia per tranſductionem:vt ali-
ter iſta eius ratihabitio præſumatur,vt in illo c. & ſi. & ita
dico ego : licèt Hoſti.multum loquatur:ſed prædicta plus
iuris habent.¶Quæro quia dicitur hic,quòd ſi iſta non re-
clamauit poſt metum illatum, vel intra minorem ætatem ,
6 ſiue ſtatim ea impleta,nō poteſt amodo contradicere†qua
liter fiat iſta reclamatio.dicit Ioan.Andr.quòd coram epi-
ſcopo.de deſpon.impube. c.de illis.vel coram eius officia-
li.de frigi.cap.j.& ſi non poteſt habere illorum copiam,re-
currat ad presbyterum:& tandem ad vicinos bonæ famæ.
ar.no.ſ.de frigi.c.laudabilem.vt tamen,quàm citò poterit,
coram epiſcopo veniat:& ei publicet.de appel. c. ſi iuſtus.
& de ſent.excom.c.de cætero.in fi.ſecundùm Hoſtien.Ego
credo , quòd qualitercunque in aduentu pubertatis con-
ſtat de diſſenſu:ſufficiat quò ad hoc,ne videatur præceden
tia ſponſalia confirmare.nec video rationem,quare in de-
claratione voluntatis requiratur iudicis aditio: imò poteſt
fieri abſente parte,vt l.Pompo.ff.de nego.geſt. Idem dico
in metum paſſo:vt ſi ſtatim,cum poteſt,non fugiat: ſatis ſit
ad declarationem voluntatis, quòd diſſentiat:vt dicitur .
[Effuge,cum poteris:ne conſentire videaris.]&c.non dici-
tur iudicem adeas.ſ.de ſpon.cap.ad id.& poſſet, quod di-
cit Hoſtien.intelligi, quò ad ſecundum matrimonium con
trahendum;quod contrahi non debet : niſi paſſus metum ,
vel perueniens ad ætatem auctoritate Eccleſiæ abſolua-
tur. & ſic loquuntur ca.duo. c.de illis.& cap.continebatur.
de deſpon.impub.

*S V M M AE.*

1 *Accuſatio non debet inſtitui per pecuniam: nec inſtituta deſeri.*

2 *Malitijs hominum non eſt indulgendum.*

3 *Calumnia nō præſumitur in matre accuſante matrimonium:niſi probetur,etiam ſi defecerit in probando.*

4 *Accuſans propter turpem quæſtum,eſt perpetuò ab accuſatione repellendus.*

SIgnificante. Repellitur accuſans ma-
trimoniū ꝓpter quæſtū.
In prima ponitur facti narratio.in 2.cauſæ cōmisſio
ibi[cum igitur.] No.primò,ꝙ mater accuſationem inſti-
tuit,vt pecuniam extorqueret,& malè, ſi filiæ placebat ma
trimonium,debuit enim omni commodo præferre concor
diam maritalem,vt l.2.C.de inſtitu. & ſubſtitu.facit l.j.ff.de
1 calum.¶Secundò no.†quòd per pecuniam non debet ac-
cuſatio inſtitui:nec inſtituta deſeri:aliàs iudex talem punit,
& ex officio prouidet.facit l.libellorum.§.fin. & l. ſi cui. §.
2 his quidem.de accuſa. ¶Tertiò no. † quòd non eſt mali-
cijs hominum indulgendum:& vt dicit glo. audiri non de-
bet,qui facit,quod ſibi non prodeſt,& alteri nocet.de quo
dic,vt l.j.§.denique Marcellus.de aqua plu. arcen. & l. flu-
minum.§.fin.de dam.infect.& l.demum.ff.de regulis iuris.
3 ¶Quartò not. † quòd in matre accuſante matrimonium
non præſumitur calumnia,niſi probetur, etiam ſi defecerit
in probando,vt hic fuit.in alio videtur,quòd eo ipſo,quòd
non probat,calumniari pręſumitur.quod dic,vt l.j.C.de ad
uocatis diuer.iudi.& quod no.in c.finem litibus . de do. &
4 cont.& l.ſi ea.qui accu.non poſſ.¶Quintò no.ꝙ ille , qui
propter turpem quæſtum deprehenditur accuſaſſe,eſt per
petuò ab accuſatione repellendus.facit quod no.2.quæſt.
1.cap.prohibetur . & aliud, quod dicitur hic in accuſatio-
ne matrimonij:vt mala intentione veniens repellatur. dicit
Innocen.quòd eſt fortè generale , vt nullus admittatur ad
accuſationem:ſi conſtat, quòd mala intentione ducatur :
vel fortè(vt dicit)habet locum tantùm in denunciatione:
vbi denunciator debet eſſe ſine crimine. 6.quæſt.1. cap. in
grauibus. matrimonium propriè non accuſatur,niſi ab v-
xore:nam cum non ſit publicum crimen,non admittantur
niſi quorum intereſt:ſed denunciari dicitur crimen,in quo
manent argum.infra cap.proxim. & de deſpon. impuber.
cap. ad diſſoluendum . ¶Sextò not. dum dicit [ impo-
natis . ] ex hoc enim patet,quòd iſta eſt officio iudicis re-
pellenda . nam, cum immineat periculum animę ( ex quo
conſtat de calumnia)poteſt iudex ſupplere de facto, etiam
tacente aduerſario.de except. cap. exceptionem. & l.quos
prohibet.de poſtu.& cap.cum nobis olim.de elect.& ſupra
de poſtu.præ.cap.bonæ.& cap.cupientes.§.cæterum. in gl.
contuma. ¶Quæro.dicitur in tex. [ quòd ita.]&c.quę-
ro qualiter probabitur,quòd iſta accuſauerit:vt pecuniam
extorqueret.continua,vel calumniam moueret.& ad iſtam
q.dicit Ioan. quòd in dubio non eſt præſumenda calum-
nia,ſiue dolus:niſi probetur,vt ff.de prob.l.quoti. §. qui do
lo.& de pręſump.cap.fina.contra præſumpt. iſtam admit-
tetur probatio in contrarium, & probabitur per teſtes : cū
quibus tractatum habuit , & quos corrumpere conaba-
tur : vel per mediatores , per quos pecuniam poſtulabat :
vel quia publicatis atteſtationibus , per quos nihil proba-
uerat , vult alios producere teſtes : ſuper quo audiri non
debet, cum calumnia præſumatur,argu.de dolo, & contu.
cap.



c.finē litibus.& de pœnis.c.calumniam. & no.iſtos modos
probandi.

*S V M M AE.*

1 *Matrimonium carnale ſicut & ſpirituale quando contrahitur , ſunt banna , ſiue edicta publica proponenda.*

2 *Citatio generalis ſuper matrimonio quomodo fiat.*

3 *Comparens regulariter poſt terminum præfixum ad accuſandum matrimonium non debet audiri.*

4 *Denunciationis publicè factæ præſumenda eſt ſcientia.*

5 *Ignorantia probatur per iuramentum.*

6 *Iuramentum elidit iuris præſumptionem.*

7 *Impedimentum matrimonij ſufficit,ſi peruenit ad notitiam alicuius : etiam ſi peruenit ad illum,qui non eſſet habilis ad accuſandum.*

8 *Accuſator non repellitur in cauſa matrimoniali.*

9 *Excluſi ab accuſando per lapſum perēptorij an admittantur ad denunciandum.*

10 *Termino præfixo ad accuſandum lapſo,an ſit adeo præcluſa via,quòd nullo modo audiatur.*

11 *Iudicium an valeat,ſi admiſſus fuerit aliquis poſt terminum in caſibus,in quibus non eſſet quis poſt terminum admittendus.*

12 *Epiſcopus caſtellanus in ſynodo conſtitutionem fecit , quòd qui celebrauerit duas miſſas in vno die,ipſo iure ſit ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ : modò quàm plures clerici tranſgreſsi ſunt dictam conſtitutionem: ex quo dicitur , quòd ſunt irregulares : nec poſſunt abſolui ab alio,quàm à Papa:quidam ex eis volunt ſe per iuramentum excuſare:dicentes ſe ignoraſſe cōſtitutionem prædictam : alij dicunt ſe ſciuiſſe prohibitionem:ſed non pœnam conſtitutionis : & per conſequens non debere dici irregulares:quia non in contēptum clauium celebrauerunt . quid iuris de vtriſque .*

CVm in tua. Repellitur ab accuſa
tione matrimonii , ꝗ
denunciationis tempore tacuit . niſi denuncia-
tionem probabiliter ignorauit:vel iurat de nouo didiciſſe,
quod nunc malicioſè non obijcit . & primò ponitur quæ-
ſtio.Secundò ibi [ſuper quo.]diſtinguens ſolutio.ſecūdum
membrum ibi[alioqui.] quod primò ſoluit,cauſam interſe
rens.Secūdò excipit ibi[niſi exceptio.]amplificat ibi[ꝗa.]
1 & cauſam reddit ibi [qm̄.]¶No.primò†ꝙ ſicut qn̄ matri-
monium ſpirituale contrahitur ſunt banna, ſiue edicta pu-
blica proponenda,vt j.de elec.c.fi.li.6.ita cum contrahitur
carnale,vt hic.& ſ.de clan.de.c.fi. in hoc ergo æquiparātur
matrimonium carnale,& ſpirituale,ſicut in multis alijs: vt
ſupra de tranſa.c.inter corporalia. & 21.q.1.cap.ſicut vir.
2 ¶Secundò no.†quòd fit generalis citatio per edictū , quo
monentur omnes volentes ſe opponere , vt compareant
intra certum tempus.& iſta generalis citatio per edicta ha
bet locum,vbicunque plures admittuntur ad agendū , vel
contradicendum : vel ad ſimile,vt in reſtitutione : in ma-
trimonio:in adoptione:& in natalibus.ſupra qui fi.ſint leg.
c.lator.de adop.l.nam ita diuus. C.ſi vt ſe ab hæred. abſti.
Authen.ſi omnes.& eſt ratio,quòd ſufficiat generalis cita-
a tio : a quia aduerſarii,qui debent ſe opponere , vel contra-
dicere,non ſunt certi:ideò toleratur incerta citatio,quæ a-
liàs eſt nulla,ſi aduerſarius eſt certus, vt l.eum quem teme
re.ff.de iudic.& ſupra de reſcrip.cap.fin. facit quod not.ſu-
pra de teſti.c.Albericus.& ca.ſignificauit. & de ma.& obe.
3 cap.humilis. ¶Tertiò no.†ꝙ regulariter comparens poſt
terminum præfixum ad accuſandum matrimonium,nō de
bet quis audiri.& loquitur tex. cum terminus eſt pręfixus
generaliter omnibus volentibus accuſare . idem ſi certæ ꝑ-
ſonæ , cui ex cauſa poteſt iudex pręfigere certum termi-
num,vt accuſet:& vltra non audiatur,vt l.ſi ea.qui acc. non
poſſ.& ſupra de fid.inſtrum.c.accepimus. & ff.de accuſat.l.
Titia.vtrùm autem elapſo termino in prædictis caſibus ad
mittatur.dic vt in gloſſ. ¶Quartò no. ꝙ licèt regulariter
ignorantia eius,quod publicè actum eſt in ciuitate , vel lo-
co non excuſet ignorantem,vt hic : tamen in certis caſibus
poteſt quis ignorantiam allegare eius , quod publicè geſtū
eſt in loco:puta ſi fuit abſens, furioſus,impubes: nam doli
capax tenetur denunciare;quia hic agitur de peccato: ergo
prętextu ætatis nō excludit:licèt aliàs nō eſſet habilis. 2.q.
1.c.ſi peccauerit.& Inſt.de tut.§.item inuiti.& vide qđ not.
Bar.in l.is poteſt.ff.de acqui.hære.& no. bene pro allegan-
da ignorantia conſtitutionis,& ſtatuti, quæ eſt probabilis,
4 & excuſat proximè dictos.¶Quintò no.†quòd eſt ſcientia
præſumenda denunciationis publicè factæ : nec in talibus
excuſat ignorantia,vt hic in iuribus allegatis in gl.& ideò.
quibus adde l.ſed ſi pupillus. ff. de tribu.quæ non loquitur
de actibus geſtis auctoritate apoſtolica,ſed priuata: & ta-
men ignorantia non excuſat . & vide quod no.in clement.
cauſam.de elect.ad inducendum enim præſumptionē ſciē-
tiæ præallega.ſunt bona iura.& quod not. in l. Fulcinius.§.
5 quid ſit latitare.de bon.auct.iudic.poſſ. ¶Sextò no.†quòd
ignorantia probatur per iurm. concord.j.de election.cap.
vt circa.§.alioqui.lib.6.& collige ex hoc text.& gl.ſic ſ.e.c.
6 †quòd iuramentum elidit iuris præſumptionem: & ſic va-
lidius eſt iuramentum,quàm iuris præſumptio. quod not.
non colligitur ex text.vbi non recipitur iuramentum con-
tra præſumptam ſcientiam bannorum publicè propoſito-
rum:ſed recipitur ſuper delictis , quæ iuramento affirmat
ad ſuam notitiam perueniſſe de nouo . de quibus non di-
citur in iſto cap.quòd ſcientia præſumatur : imò ignoran-
tia excuſat regulariter in factis alienis,vt l.fina.ff. pro ſuo.
& hoc dicit Ioann.Andr.ſuper dicta gloſſa . dicit enim iu-
ramentum non elidit hic præſumptionem:quia non patra-
tur hoc ſuper eo,de quo erat præſumptio: ſcilicet ſup igno
rantia edicti publicè propoſiti: ſed ſuper ignorantia impe-
dimenti.& pro tanto dico,quòd ſi liquere poſſet iſtum,qui
cum iuramento petit admitti ad accuſationem matrimo-
nij,excludere iſtam exceptio. quòd præſumptiuè impedi-
menta,quæ nunc obijcit,tunc ſciuit.non admitterem eum
ad accuſandum . faciat quod infra dicam in quæſt.facti.
7 ¶Septimò no.in verſi.quia tunc &c. †quòd ſufficit impe-
dimentum perueniſſe ad notitiam alicuius,etiam ſi perue-
nit ad illum,qui non eſſet habilis ad accuſandum: quia nō
refert à quo quis ſciuerit, dummodo ſciat , vt l.ſed & ſi le-
ge.§.ſcire. ff. de petitio.hære.& l.item veniunt.§.à quo.eo-
dem titu. In teſte,qui de alieno auditu deponit, ſecus eſt :
nam ſi ille , à quo habuit ter teſtimonium , non eſſet ido-
neus: ſimiliter nec iſte,qui ab eo habet cauſam , & radi-
cem,vt cap.licèt ex quadam.de teſti. facit ad not. in clem.
religioſus . de procuratori. Et aduerte quia text. iſte lo-
quitur de illo, qui excluſus fuerat propter culpam ſilentii :
vt ille,qui ab eo habuit,admittatur : ſecus ſi ille auctor de-
buiſſet excludi ratione odij , quod haberet cum coniuga-
tis : vel ratione peccati . Iſtis enim caſibus ſicut ipſe ex-
cluſus fuiſſet : ita ille , qui ex dicto , & aſſertione eius niti-
tur . argumen. dicti cap.licet. & not. hoc dictum.¶Octa-
uò, & vltimò not.Hoſtien.text.ibi.[exiſtens in ipſa diœce- 11
ſi.] &c.quòd omnes illi,qui ſunt de diœceſi, aſtringūtur ad

ſtatuta ſynodalia.allegat iura,quæ ſunt in gloſſ.& ideò. ¶Nonò not. Ioann. Andre. quòd quamuis in cauſis matrimonialibus teſtis ſuſpectus repellatur, etiam ſi culpabi-
8 lis non ſit.de teſti.c.licet.† non tamen accuſator:imò neceſſe eſt,vt repellatur, quòd ſuſpitio ex culpa propria oriatur,vt hic.& ſupra eod.c.ſignificante. nam in cauſis matrimonialibus impropriè dicitur accuſator.ſ.de procuratori.
9 c.tuæ.¶Quærit gloſſa fin.† vtrum excluſi ab accuſando p lapſum peremptorij admittantur ad denunciandum. primò, quod ſic: quia iuramentum non obſtaret.ſupra de iureiu.c.quemadmodum.ergo nec lapſus termini. & hãc opi. tenent Ber.& Hoſt.in c.tua.ſupra de cogna.ſpi.glo. videtur hic tenere,quòd non debeat iſte talis poſt terminum audiri ſuper denunciatione.quam opin.ſequuntur Ioan.& Vin. quid de illo,qui tacuit;quia alius contradicebat:quem poſtea docet fuiſſe præuaricatum.dicit Io.And. quòd non nocet.ff.de præua.l.3.aliàs verò ſi illum non doceret præuaricatum:non audiretur,etiam ſi illud ignoraſſet, ſcilicet aliũ accuſaſſe.de hoc.ĩ.de accu.c.de his.ita dicit Ioan.And.poſt Inno.& Hoſtien.¶Secundò quæro:vtrùm iſtud ſit verũ ſim-
10 pliciter,& indiſtinctè.† quòd lapſo termino præfixo ad accuſandum, ſit præcluſa adeo via, quod nullo modo audiatur.glo.fin.arguit primò,quòd ſic. ſecundò arguunt in contrarium quædam iura:in quibus veniẽs poſt terminum auditur. tertiò ponit opin. Ioan. qui dicit, quòd poſt terminum auditur: ſi veniat infra modicum tempus.argum.cap. potuit.ſ.de loca.& l.& ſi poſt tres.ff. ſi quis cau.Idem tenẽt Innocen. & Hoſtien. in caſu, in quo non fuiſſet in banno terminus præfixus: vt veniens intra modicum tempus audiri deboat,& non poſt.Ber. in præcedenti q. diſtinguit, quòd aut eſt res integra: quia nondum eſt matrimonium contractum:& auditur veniens poſt terminum.aut non eſt res integra;quia matrimonium eſt contractum:& non debet audiri. pro qua diſtinctione optimè facit c. ſi tibi abſenti. de præben. lib.6.& l. mancipiorum. de ope. lib. rem integrã. intelligit Goff.vſque ad diem ſolemnis benedictionis : quæ debet conſummationem matrimonij præuenire. 30.quæſt. 5.c.primo.& ſecundo.& c.ſponſus. quod reprehendit Hoſtien. dicens cum gloſſ. & fortè Goffre. habuit eundem intellectum ſecundùm illorum locorum conſuetudinem: vbi in benedictione, vel poſt matrimonium contrahitur, & prædicta diſtinctio, ſit res integra: vel non integra, habet locum, etiam ſi in banno fuerit dictum. quòd poſt terminum non audiatur,argum.dictæ l.mancipiorum. & l. ſi optio.§.fin.ſecundùm Innocen.& vide ad hanc materiã, quod no.in clem.ſæpe.ver. eo ſaluo.de verborum ſignifica. hic tamen Ioan.And.in fin.gloſſarum dicit,quòd ſi poſt terminum lata ſit ſententia, quòd nullus de cætero contra illud matrimonium audiatur:proderit in hoc ſententia. quia poſt eam nullus audietur : etiam ſi matrimonium non ſequatur poſt ſententiam: ſecus ſi non eſſet lata ſententia, prout ſupra dictum eſt. Et hæc diſtinctio relata ad tex.locum habet, quando terminus eſt præfixus à iudice proponente bannum. quid ergo in termino aliter à iudice præfixo:an poſt terminum veniens audiatur?dic,vt d.l.& ſi poſt tres.quandoq; terminus eſt præfixus à iure:& tunc an poſt terminum veniens admittatur.dicit Innocen.quòd non. C. de adul.l.ob commiſſa.Idem ſi à lege municipali, vt l. fin. de decre.ab or.fa.vbi verò decretum interponitur ſine cauſæ cognitione,potius cenſet cõminatio,q̃ diffinitio.C.com. epi.l.interlocutio.& vide quod no.Ioan.An.ſ.de reſt. in inte.c.2.ſuper gl.nõ videtur.& ſuper vlt.gl.& de proc.c.in noſtra.ſuper gl.ſi.ver.ad hoc dicendum.cum ver.ſe.& vide q̃d no.in c.vt circa.de elec.lib.6.& cle.conſtitutionem.de elec.
11 ¶Ego iuxta prædicta quæro.† in caſibus,in quibus non eſſet quis poſt terminũ admittendus:ſi admiſſus fuerit:an valebit iudicium?dic,vt no.in fi.in cle.ſi appellationem.de ap pel.¶Vltimò ſuper illo c.applico.q.facti, in qua conſului,
12 & eſt talis.† Epiſcopus caſtellanus in ſynodo conſtitutione facit,q̃ q. celebrauerit duas miſſas in vno die,ipſo iure ſit ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ : mõ q̃ plures clerici tranſgreſſi ſunt dictam conſtitutionem:ex quò dicitur,q̃ ſunt irregulares : nec poſſunt abſolui ab alio, quàm à Papa. quidam ex eis volunt per iuramentum ſe excuſare, dicentes ſe ignoraſſe conſtitutionem prædictam.Alij dicunt ſe bene ſciuiſſe prohibitionem.ſed non pœnam dictæ conſtitutionis : & per conſequens non debere dici irregulares: quia non in contemptum clauium celebrarunt. quæritur de vtriſque quid iuris.& videtur primò, quòd ratione ignorantiæ excuſentur,arg.ſumpto à cõtrario ſenſu.11.q.3.c. ſi quis epiſcopus.& c.ſe.& c.placuit.vbi prohibetur epiſcopo diſpenſare cum excommunicato:vel interdicto ſcienter celebrante: ergo cum ignorantibus poteſt, argu. à contrario ſenſu ſumpto,quod eſt validũ,vt c.ad apoſtolicæ.de his,quæ fi.à præ. cum ſim. pro hoc illud Apoſtoli [Miſericordiam merui; quia ignorans feci.] 8.diſt.c.conſuetudo.præterea in maleficijs attenditur voluntas,& propoſitum.ff.de fur. l. qui iniuriæ.& l.ſi quis ſeruo.C.de fur.& c.cum voluntate. de ſenten.excommu. non enim conſiderandum eſt,quid fiat: ſed quo animo fiat.16.q.6.c.ſacerdotibus.& dicit beatus Iſidorus,quòd ex intentione aut probatur bonum, aut indignũ. vnde glo.Matth.12.theſaurus eſt cordis intẽtio.Item quòd iſta ignorantia probetur per iuramentum,videtur probari hic.& 34.q.2.in c.lectum.facit c.propoſuiſti. 82. diſt. & de poſtu.c.1.& hac ratione potiſsimè: quia vtrùm quis ſciat, vel ignoret, conſiſtit in conſcientia: quæ per iuramentum probatur.c.ſignificaſti.de homi.de teſti.c.præſentium. cum ſim.& præſertim iuramentum videtur ſufficere;quia tractamus de modico præiudicio,argu.l. theſaurus. ad exhi.Non obſt.quòd iſti incidebant in factũ iam damnatum à iure, celebrando duas miſſas; quia ante dictam conſtitutionem ſynodalem in diœce.caſtellana erat hoc licitum ex antiqua conſuetudine obſeruata ſemper,poſtquam iſta glorioſa ciuitas Venetiarum ędificata fuit. ergo talis conſuetudo (licèt non vſquequaque iuſta) debuit iſtos clericos excuſare, arg.l.3.in fin. ff. de ambi. & quod not.in c.cum vene.ſupra de cõſue.& pro hac parte ſcripſerũt venerabiles, & eximij decretorũ Doc.dñs epſ Feltren.& D.Barth.de Muſſer.ac ẽt chariſsimus mihi filius,& ſcholaris D.Thomas de Placentinis de Vene.qui plenius vltra oẽs allegãdo, pro parte iſta concluſit.Ego ſimiliter requiſitus cõtrariũ conſului: ꝑut ĩ. ſequitur.Eleganter per dñm Abbatem, & alios allegatum eſt:qui oẽs conſentiũt,q̃ ꝓbabilis ignorãtiæ editæ cõſtõnis ſynodalis dictos tranſgreſſores habeat excuſare à pœna.& in hoc vide per iura,quæ allegat.ſed vbi ignorantia non eſt probabilis:certũ eſt,q̃ eos nõ excuſat ab irregularitate talis ignorantia erronea craſſa, aut ſupina,vt ca. ad apoſtolicæ.de cler.ex.mi.videndũ eſt ergo, an iſtorũ ignorantia ſit probabilis.ad quod dico,q̃ ſi Venetijs cœpit talis cõſtõ ſynodalis publicè obſeruari:non eſt eis de facili credendum, ignorãtiã ꝑtendẽtib.vt dicit tex.in c.1.de poſtu.pla.verſi. cum ecõtra.cõis enim fama,& opinio, quæ viget in loco,inducit præſumptam ſcientiam,vt ibi dicit tex.& Bart. in l.is poteſt.ff.de acquiren.hæredi. errare autem quod communiter,& publicè notum eſt, dicitur ſupina ignorantia : quæ non excuſat ignorantem à pœna irregularitatis. nec etiam (quod plus eſt) à pœna excommunicationis, vt c. vt animarum.de conſti.lib.6.Et ſi dicatur.ego fateor,q̃ præſumitur ſcientia,poſtquam cœpit publicè obſeruari.ſed iſta præſumptio tollitur per iuramẽtum:vt in iuribus præallegatis. c.cum in tua.& c.propoſuiſti.& ſi.ad hoc reſpondeo, q̃ vbi eſt præſumptio ſcientiæ, ad elidendum prædictam præſumptionem non ſufficit iuramentum,vt dicit glo.in dicto cap. a
propoſuiſti.82.diſtin.ibi.[& fortè ſi præſumptio eſt contra eam:non creditur iuramento ſuo.] Ita dicit ad literam, & probatur in dicto cap.de poſtu.præ.ibi[non facile credenti facultas tribuitur:]cum idem penes illas in ſuis regionibus actum fuerit,& receptum.in quo tex.pondero , quòd dicitur[non facile.]&c.nam ſi ſtaretur iuramento,de facili crederetur:& hoc etiam dicit tex.in c.innotuit.de ele.ibi [contra præſumptionem ignorantiæ,dicit Papa,non cogimus probare ignorantiam,quam allegãt.]& pro tanto tex. in iſto cap.cum in tua.cum allegatur ignorantia ſuper eo, quod publicè geſtum eſt,exigit probationem aliam, quàm per iuramentum,ſcilicet quòd eam allegans abſens fuerit: vel infirmus: & licèt circa finem admittat probationẽ per iuramentum:debet intelligi,quando poſt banna allegatur ignorantia impedimenti , non banni publicè promulgati, vt dixi ſupra in 6.no. & hæc mea opi.habet æquitatem moderno tempore,quo homines proni ſunt,& faciles ad iurandum.ſi enim ſemper contra conſtitutiones ſynodales admitteretur probatio ignorantiæ per iuramentum:eſſent talia decreta deluſoria,contra l.ſi prætor.ff.de iudi. & aperiretur via periurijs,contra cap.ſi verò.de iureiuran. Reſtat reſpondere ad vnum, quod contra iſtam meam opin. oppoſuit vnus ex prædictis:dicebat enim. Ego fateor,quòd iſti ſciebant conſtitutionem factam : ſed ignorabant iſtam pœnam irregularitatis:quæ pœna non deſcendit à dicta cõſtitutione ſynodali:ſed à iure communi in conſequentiã,vt c.is cui.de ſen.excom.lib.6.hæc autem pœna(dicebat ipſe) non infligitur,niſi propter contemptum, vt patet in ca.j.de re iudi.lib.6.contemnere autem non dicitur,qui ignorat. ad hoc dico,quòd ad pœnæ commiſsionem ſufficit actum eſſe prohibitum,& hoc ſciri : nec requiritur , quòd delinquens ſciat ſpeciem pœnæ , quæ per conſtitutionem infertur:in quam,eo ipſo q̃ deliquit, tacitè conſentire videtur, vt no.in l.j.§.beſtias.ff.de poſtu. & in pœna irregularitatis, q̃ ſufficiat præſumpta ſcientia cõſtitutionis duntaxat: dicit tex.in d.c.j.de poſtu.præ.ibi[nec ſit neceſſarium. ] nam delinquens ſiue incidat in aliam ſpeciem delicti,quàm exiſtimet:ſiue offendat in conſequentiam alios,vltra quàm intendat:non inſpicitur eius opinio: ſed ſecundùm veritatem debemus pœnam metiri,vt l.eum qui.§.fi. de iniurijs. & ſi dicatur:illud eſt verum in alijs pœnis, quàm excommunicationis,quæ exigunt contemptum:ideò non ligantur ignorantes etiam ſi delinquere ſe ſciant.vt c.vt animarũ.de conſti.li.6.ad hoc reſpondeo,q̃ ſupina ignorantia vel craſſa nõ excuſat etiam ab iſtis pœnis,vt ibi dicit tex. & dictum c.ad apoſtolicæ.concluditur igitur ex prędictis, q̃ ſi conſtitutio ſynodalis prohibens duas miſſas erat publicè diuulgata in dicta diœceſi caſtellan.& cœperat obſeruari:iſti tranſgreſſores celebrantes ſunt irregulares:nec abſoluendi ſunt per alium,quàm per Papam. & ita dixi,ſaluo conſilio melius ſentientis:vt accedat l.Claudius.ff.qui po.in pig.ha. ¶Vltimò iſtũ tex.in ver.[vel inanis cauſa teneris.]&c.induco ad q.quòd pubes factus non fert teſtimonium de eo, quod vidit in pupillari ætate : nam hic illa ſcientia non curatur : ideo poſtea admittitur ad accuſandum: quæ accuſatio nititur vt ex nunc,non vt ex tunc.de hoc not.3.quæſt.9.c.teſtes.& ff.de teſtamentis.l.ad teſtium.§.j.ff. de teſti.l.3. & l. notionem.de verbo.ſignifi.& in Specu. in titu.de teſte. §.1. ver.ſed nunquid.

ADDITIO.

a ¶Citatio. Citatio legis dicitur ficta:ſed citatio hominis vera.Bal.in addi.Spec.de cita.ver.quæ ſit differentia.



# De diuortijs a.

VIſo qualiter matrimonia coniungantur, & attententur: videamus qualiter diſſoluantur.& ſic de diuortijs,quæ fiunt quandoque quò ad vinculum:quandoque quò ad mutuam ſeruitutem tantùm. vt ĩ.patebit.habetur de materia. 28. q.1.& q.2. & 30.q.6.& q.7.per totum 33.q.2. 35.q.6.c.ab iſto.& duob. c.ſeq.& q.9.per totum.congruit Rubricæ de tranſla.c.2.& de teſti.c. Albericus.de iureiu.c.Quintaual.& c.ſeq. de reg. c.ueniens.de exceſ.præla.c.quam ſit.

ADDITIO.

a ¶De diuortijs. Diuortium primum Romæ Spu.Carnilius Ruga fecit,teſte Aulo Gellio lib.4.cap.3. An vir, & vxor in diuortio debeant ad paria iudicari, vide Ioan. de Tur.cre.in c.Apoſtolus dicit 32.q.7.& an in celebratione diuortij iuramentum ſit recipiendum in c. requiſiſti.33.q.1.vbi pulchras alias ponit quæſtiones.

SVMMAE.

1 *Interficiens aggreſſorem, qui eum animo occidendi aggreditur,non tenetur ad pœnam: nec incurrit irregularitatem.*

2 *Conſilium dans alicui,ut alium occidat:&t ſi ille,cui conſilium datum eſt,occidatur:tenetur de conſilio.*

3 *Inſidiatrix vitæ mariti debet ſine ſpe coniugij permanere:ſi maritus viuit,& nolit cum ea habitare.*

4 *Machinatio ſola ſine adulterio an dirimat matrimoniũ poſtea cum interfectore contractum.*

5 *Vir non cogitur habitare cũ vxore, quæ inſidiatur eius vitæ:quæ non uult refrenari.*

SI qua. Si qua mulier machinata eſt in mortem viri : licèt machinatio effectum non habeat,debet ſine ſpe cõiugij remanere. hoc di-
1 cit.¶Nota primò,†quòd quandoque ille, qui aggreditur alium animo occidendi,occiditur.quo caſu iſte,qui ſe defendendo talem interficit,non tenetur ad pœnam: nec incurrit irregularitatem.quod dic,vt infra de homicid.cap.j.
2 in cle.¶Secundò no.†quid iuris ſi ille occiditur, qui alterius conſilio vadit ad alium occidendum. tenetur enim de conſilio:licèt ille non fuerit interfectus, contra quem conſilium datum fuit.ſed ille,cui conſulit,& eſt ratio,quia auctor delicti non ſolùm tenetur de delictis commiſsis contra illos, quos perſequitur: ſed etiam de delictis commiſsis contra alios,vt l.quoniam multa. C. ad l.Iuli. de vi pu. Non enim poſſunt iſta delicta ſolo conſilio regulari : ideò de eo,quod vltra mandatum, vel conſilium quis deliquit, tenetur ille, qui conſuluit,& mandauit.vt c.is qui.de homi.li.6.& ex his patet,quòd intellectus glo.& Docto. hic non cõgruit huic. c.dicunt enim hic probari,quòd punitur conatus, qui non habuit effectum.nam imò habuit effectum:quia homicidiũ eſt ſecutum:licèt non contra illum, in cuius necem conſilium datum fuit.& not. prædictum argumentum, an mandans,vel conſulens teneatur de maleficio non cõmiſſo contra illum,in cuius perniciem datum eſt cõſilium:ſed illius,
3 cui datum eſt conſilium. ¶Tertiò not. †quòd inſidiatrix vitæ mariti debet ſine ſpe coniugii permanere: quod intellige,ſi maritus viuit:& nolit cum ea habitare.poſt mortem verò eius debet permanere ſine ſpe coniugii cuiuſcunque alte-

alterius,ſecundùm Ioan.And.ſi tamen contraxerit,teneret matrimonium,vt dicit glo.fi.& idem Hoſtien. qui circa crimina,quæ dirimunt,remittit ad not.in ſumma de matrimonijs.§.qualiter impediatur.ver.ſunt & alia quædam. & ſeq. & deſpon.§.fin.ver.Item decimò. ¶ Quartò,& vltimò Ho
4 ſtien.inducit illum tex.contra opin.Goffr. dicentis,† quòd ſola machinatio ſine adulterio non dirimat matrimonium poſtea cum interfectore contractum, ut ipſe not. ſupra de eo, qui dux.in vxo. cap.fina. nam ſi ſola machinatio tollit beneficium huius coniugij:& cuiuſlibet alterius,vt hic,contra Decre.vlti. de ſpon.multò magis debet dirimere matrimonium tam iniquè cum interfectore contractum.¶Opp. dicitur hic , quòd poſt mortem vxoris maritus iſte poterit aliam ducere : quaſi innuat,quòd non poſsit ante. ſed contra de l.conſenſu.C. de repu.& in Authen.de nup.§.per occaſionem.& in Authen.vt li.ma.& auiæ. §. quia verò. ſolu. illæ.ll.non tenent,de iure canonico:propter tales enim in
5 ſidias vinculum matrimonij non diſſoluitur. ¶ † Sed nunquid cogetur vir habitare cum vxore , quæ ſic inſidiatur: nec refrenari poteſt.dicit Ioan.And.quòd non: ex quò nulla poteſt cautione moderi : imò poteſt eijci. & reſtitutionem petenti obſtabit exceptio. de reſtitutio.ſpoliato. cap. literas.§.fin.quandiu tamen viuit,contrahere non poterit, vt prædixi.

SVMMAE.

1 *Vir regulariter pro nullo crimine poteſt dimittere vxorem.Caſus excipitur.nu.2.*
3 *Matrimonium in caſu infidelitatis alterius licèt ſeparetur quò ad thorum : non tamen quò ad vinculum matrimonij.*
4 *Excommunicatus licèt perdat exercitium actionum:nō tamen iura,& dominia rerum.*
5 *Conſtitutio , quæ loquitur in vxore , habet locum in viro .*

QVæſiuit. Coniuges propter alterius crimen non ſeparantur:niſi ſpiritualiter fornicentur:& tunc durat cōiugium,eis etiam ſeparatis. & ſunt tria dicta. ſecunda ibi [ verum . ] tertia. ibi [ in viris. ] ¶ Nota
1 primò,† ꝙ pro nullo crimine poteſt vir dimittere vxorem. concor.ſunt in gl. pro nullo, &c. vbi etiā ponit exceptionē ab illa reg.quid de vitio Sodomitico.remittit Ioan.And.ad
2 no.ſ.de adul.c.maritus.¶Secundò no.† caſum,in quo poteſt quis recedere ab vxore, ſcilicet propter fornicationē ſpiritualem.quidam tamen dixerunt , quòd pro ſpirituali fornicatione non ſeparatur matrimoniū : niſi quò ad mutuam ſeruitutem : vnde tali ſententia non obſtante, quò ad ſolutionem debiti omnino remanent obligati: & præcipuè mouentur ex eo,quòd Dominus ſolam cauſam fornicationis excepit : & conſtat,quòd loquitur tantùm de carnali. Hoſtien.dicit hanc opin.erroneam.nam Dominus non expreſsit ſpecialiter carnalem : ſed potius indiſtinctè locutus eſt,vt patet Matth. 19. ergo indiſtinctè debet intelligi. ad hoc de priuile.c.quia circa. & ſancti Apoſtoli interpretati ſunt idem intelligendum de ſpirituali.28.q. 1. c. vxor. & c. ſe.ad hoc.ſ.eod.c.de illa.& de conuer.coniu.c.fin.& eorum interpretationi ſtari oportet.qui ſi.ſint legi.c.per vene.§.rationibus.de cele.miſ.c.cum Marthæ.§. primo. & in fauorē fidei expedit ſic ſentire: aliàs timeri poſſet , quòd infidelis contentus de debiti ſolutione non curaret ad fidem reuerti.& ſi debito videat ſe fraudatum , facilius reuertetur , vt colligi poteſt.ſ.eod.c.gaudemus.ſecundùm Hoſtien.¶Ter
3 tiò not.† quòd licèt in caſu infidelitatis alterius matrimonium ſeparetur quò ad thorum: non tamen quò ad vinculum matrimonij : & ſic durat titulus , non effectus ipſius
4 quandoque.facit in ſi.l.ſi quis ſub condi.ff.de teſt.tu.†ſic in excommunicato,in quo reſident iura , & dominia rerum, quæ poſsidet: ſed nō exercitium actionum,vt patet ex nota.in c.ſi verè.de ſenten.excom. & c. veritatis. de dolo, &
5 contu.¶Quartò not.in ver.in viris.† quòd conſtitutio,quę loquitur in vxore,habet locum in viro. ratio eſt,dicit gloſſa:quia non ad imparia iudicantur.32. q. 1.c.ſi quis vxorē. Ego adde rationem correlatiuorum,quorum natura eſt,vt ſtatutum in vno,habeat locum in reliquo. vt l.fin. ff.de accep.& C.de indic.vi.l.ſi. a

ADDITIO.

a ¶ L.fin.Adde ibi pulchrè.Salyc.

SVMMAE.

1 *Cognita quæ dicatur.*
2 *Maritus propter parentelam notoriam, non debet dimittere vxorem propria auctoritate.*
3 *Exceptio nulla admittitur contra ſpoliatum in matrimonio carnali.*
4 *Maritus compellitur cenſura eccleſiaſtica reducere vxorem:quam à ſe ſine iudicio Eccleſiæ ſeparauit.*
5 *Iudex ex officio poteſt inquirere de parentela manifeſta , vel publica inter coniugatos, non apparente accuſatore.*
6 *Parentela publica quæ dicatur. Quæ manifeſta.nu.7.*
8 *Iudex debet grauitate magna procedere,cum quæritur de matrimonio dirimendo.*
*Grauitas iſta in quo conſiſtat.*
7 *Maritus an poſsit vxorem adulteram relinquere:& à ſe ſeparare ſine iudicio Eccleſiæ.*

PORRO. Vir non poteſt dimittere vxorē ſine iudicio Eccleſiæ,ēt propter notoriū impedimentum cōiugum.& nemine opponente , poteſt epiſcopus inquirere.2.ibi [ præterea. ] ¶ No.primò,
2 ꝙ iſte vxorē à ſe ſeparauerat;quia erat cognata a vxoris de-
1 functæ,† quia fuerat vxor fratris ipſius vxoris defunctæ:vel fortè ipſa , & vxor Comitis defuncta fuerant prius vxores duorum fratrum:& ſic allegabat ſiū,vel tertium genus affinitatis,quod habet prohibitionem ſecūdùm hæc tempora . de conſang.c.nō debet.expone cognatam.i. conſanguineā. pro qua facit litera,quæ ſequitur [ ꝙ ſi etiā parentela.] &c.
2 ¶ Secundò no.† ꝙ propter parentelam notoriam non debet maritus dimittere vxorem propria auctoritate. rō eſt: quia iſta ſeparatio non debet ſine auctoritate Eccleſiæ irrogari:nec debet quis dicere ſibi ius,vt in gl.33.q.&c.poſt ſententiam vero ſtatim vr̄,ꝙ poſsit recedere,& debitum denegare: quia nō cadit propriè alia iudicis executio alio caſu: nam ſi caderet,non deberet quis,ēt poſt ſniam, occupare, quod ſibi ex ſnia deberetur,vt l.miles.§.qui ind.ff. de re iu. & quod no.ſ.de conceſ.præb.c.cum noſtris.& ſ.de accu.c.
3 qualiter.per Inn.¶Tertiò no. † ꝙ ſicut in rebus prophanis nulla exceptio admittitur contra ſpoliatum petentem reſtitutionem:ita nec in matrimonio carnali,vt hic,& ſpirituali, vt ſ.de reſti.ſpo.c.item cū quis . etiam ſi notoriè liqueat de iniuſto titulo ſpoliati:vt hic liquebat:quia erat notoria parentela.quæ tamen videbatur obſtare,per c.ad decimas. de reſt.ſpo. lib.6. vbi iuris præſumptio contra ſpoliatum obſtat ſibi reſtitutionem petenti. ſimiliter videbatur notorietas facti:quę idem,quod ſententia,operatur, vt l. emptorē.
4 ff.de actio.emp. ¶ Quartò not. † quòd Eccleſiaſtica cenſura compellitur maritus vxorem reducere, quam à ſe ſine



ſine iudicio Eccleſiæ ſeparauit:ſi tamen habeat conſcientiā parentelæ, non debet debitum reddere. iudex etiam , ſi eſt notoria parentela , non debet reſtituere quò ad thorum . ſupra de reſtitu.ſpolia. capitu.literas. ¶Quintò no.quòd etiam contra ſuperinductam iudex poteſt exercere cenſuram.& ſic contra perſonam, quæ non fuit in iudicio:quæ tamen habet dependentiam à perſona, quæ in iudicio fuit principalis. facit ſupra de dolo , & contu.capitu. veritatis. & cap.tanta.de exceſ.præla. & intellige hoc verum , ſi ipſa fuit coniuncta:vel ad cauſam citata.ſi.7.q.1.c.præſentium. & c.eum qui.3.q.6.c.hoc quippe. aliàs non noceret ſententia.quod dic,vt ſupra de re.iu. c.quamuis. Item non ſolùm contra ſuperinductam : ſed contra omnem impedientem poteſt cenſuram exercere deleg. quod dic vt ſupra de offi.
5 deleg.c.1. ¶Sextò no. † quòd non apparente accuſatore, iudex ex officio poteſt inquirere de parentela manifeſta,
6 vel publica inter coniugatos. † & dicitur publica, cum per
7 famam:† manifeſta verò , cum per facti euidentiam liquet de parentela,ſecundùm Petr.& Abb. Inquiret ergo epiſcopus ex officio ſuper matrimoniis eo modo, & forma , quo in maleficiis. ſcilicet vbi fama defert impedimentum, ſiue crimen ad ipſius notitiam.ad hoc infra de accuſ.c.qualiter. In matrimonio verò ſpirituali etiam fama publica non fauente , poteſt iudex ex officio inquirere de iniuſto titulo poſſeſſoris.vt,infra de offi.ordi.cap.ordinarij. lib.6. & vide quod not.in cap.illud.ſupra de præſum.¶Septimò not.
8 † quòd iudex debet grauitate magna procedere,cum quęritur de matrimonio dirimendo: & conſiſtit in pluribus iſta grauitas:primò,vt in dubio ſtet pro matrimonio. infra eod.cap.ex literis. Item vt reſiſtat volentibus colludere.de eo qui cog.conſan. vxo. cap.ſuper eo. Item vt modis omnibus veritatem inquirat,cogēdo teſtes ad teſtimonium.35. q.6. cap. epiſcopus in ſynodo. præmittat etiam denunciationem:de qua in cap.per vene. §.præterea.qui fil.ſint legi. nec de facili debet reputari notorium, quod eſt occultum: vel econtra.de appel.cap.conſuluit. de reſcrip. capit. cum contingat.nec ( vt dixi ) debet eſſe pronus ad matrimonia ſeparanda.ſupra de teſta. cap. licèt ex quadam. ¶Oppo. iſte textus, inquantum dicit,quòd debet adhiberi grauitas in cauſa matrimoniali,ſi de parentela liqueat notoriè: videtur innuere,quòd ordo iuris ſit ſeruandus,non quò ad alia. In examinatione ergo notorij non eſt ſeruandus ordo iuris:niſi hoc fieret ad cautelam. ſupra de electi. cap. bonæ. vel niſi ſit notorium in vna terra:& non in alia.vbi quidem dantur octo dies tantùm ad probandum , die obiectionis non computato.infra de ſen.exco.cap. ſolet.de excep.cap. pia.lib.6.in ſententiando igitur ſemper eſt ordo ſeruandus, vt hic.& de ſenten. excommu. capitu. ſacro. de ap.cap.cum ſpeciali.ſimiliter citatio eſt neceſſaria in notoriis:vt no. ſupra de iureiuran.cap.ad noſtram.3.& de purga.ca.capitu. pe. & vide de materia plenius , ſupra de coha.cle. & mu.c. noſtra.per Io.And.poſt Inn. vbi etiam plenè dixi. ¶Quęro.dicitur hic , quòd etiam ſi parentela ſit notoria:non li-
9 cet viro ſe ſeparare ab vxore ſine iudicio Eccleſiæ. † quid dices in fornicatione : an maritus vxorem adulteram poſſit relinquere: & à ſe ſeparare ſine iudicio Eccleſiæ . dicit Hoſt. quòd communis eſt opi. quòd non. ipſe dicit , quòd recedere poteſt propria auctoritate , vbicunque eſt fornicationis , vel adulterij ſuſpicio violenta. 32.q.1.cap. dixit. nec requiritur alia ſententia:cum ſententia iam ſit lata à iudice iudicum . idest Chriſto : qui ob cauſam fornicationis ipſam iubet relinqui : non eſt ergo ad iudicem recurrendum.primò quia ſemel hoc conceſſum eſt:ergo non expedit iudicem adire , vt l.quæ ſub conditione. §.fina. de conditio. inſti. 2. quia ſi contra pronunciaret:non valeret ſententia.28.diſt.cap.de his.&.21.diſt.capitu.inferior.ſi tamē Eccleſiæ non conſtat de adulterio mulieris : coget virum, vt ſibi exhibeat maritalem affectum , ſi mulier ſe deliquiſſe negat. vir autem,ſi de fornicatione certus ſit , potius ſuſtinebit ſententiam,quàm debitum reddat.de adul.capitu. ſi vir.& de ſen.excommu.cap.inquiſitioni. quantùm autem ad dotem lucrandam ſemper eſt neceſſaria ſententia. ita dicit Ioan. Andre. poſt Hoſtien. qui remittit ad ſummā. de adulte. §.quæ pœna.ver.ſed nunquid hoc fieri. & verſi. ſequen.

ADDITIO.

a ¶Cognata. Cognati vſque ad quem gradum dicantur, vide Azo.in ſumma de legi.her.gl.in §.ſi.in ver.nata.Inſtit. de ſucceſ.cog.Cy.in l.cum alienam.in fi.C.de leg.

SVMMAE.

1 *Vxor petens reſtitutionem mariti ſi notoriè fornicata eſt:& maritus continuit,repellitur.*
2 *Adulterium qualiter probetur eſſe notorium.& nu.3.*
4 *Compenſatio delictorum poteſt fieri:ſicut adulterij vxoris cum adulterio viri.*
*Et quid ſi adulterium viri eſt occultum.nu.8.*
5 *Tractatio mala vxoris non eſt cauſa legitima committendi adulterium:nec excuſat à pœna.*
6 *Mulier recedens de domo viri propria auctoritate:ſi reuertens non admittitur:an poſsit petere reſtitutionē, tanquam ſpoliata.*
7 *Vxor an poſsit petere expēſas à viro,quas fecit,poſtquā receſsit ab eo.*
9 *Probationes in cauſa an faciant rem notoriam.*
10 *Exceptio adulterij occulti an obſtet petenti reſtitutionē coniugis.*

1 SIgnificaſti. †Repellitur vxor,petens reſtitutionem mariti : ſi notoriè fornicata eſt , & maritus continuit. communis diuiſio.2.ibi [ conſultationi. ] ¶ Not.primò.quòd ad ſuggeſtionem alterius , ſuggerentis marito, vxorem eius inceſtum commiſiſſe , ipſam dimiſit: & malè fecit. quia non debuit ita eſſe credulus: & credere omni ſpiritui , 86.diſt. cap. ſi quid. nec licet marito etiam ob hanc cauſam illam dimittere:niſi illud ſit certum : vel ſaltem præſumptio violenta ſit. vide.32. quæſtio. 1.cap. dixit. & ideò iſte fuit excommunicatus iuſtè,ſecundùm Hoſt. ¶Secundò no. quòd contra mulierem allegabatur : quòd ex altero prolem habuit:& hoc probatur eoipſo,quòd conſtat de ſobole : & ꝙ eam in.11. menſe. peperit à tempore,quo maritus eam dimiſit.in Auten.de reſti.& ea, quæ pa.in. 11.menſe.§.vnum
2 ſiquidē.coll.4.† ex hoc.n. probatur adulterium eſſe notorium : & inficiari non poſſe , ſuper terram teſtimonio gradiente. 28. diſt. capitu. priuſquam.nec eſt hoc ſpeciale in
3 matrimonio: †imò vbicunque eſt notorium actus permanentis,vt hic,vel iuris,nunquam eſt faciēda reſtitutio.& ſic pōt intelligi de doli exce.l.dolo.& hoc verum , quando eſt notorium iudici , vel aliis , & non iudici : ſed probationes ſunt in promptu.ſecus ſi terminus diffuſus, & prolixus petatur,ſecundùm Inn.& Hoſt.ſupra de reſti.ſpo.c.literas.§.
4 præterea.¶Tertiò no. † ꝙ adulterij mulieris ſit compenſatio ad adulterium viri: & ſic ſit quædam compenſatio delictorum. quod eſt verum , cum de delicto ciuiliter inter ſe agunt:ſecus ſi criminaliter.quod dic,vt l.viro , atque vxore.ff.ſo.ma.&.infra de adul. c.intelleximus.& loquitur iſte text. cum adulterium viri venit per viam replicationis:

an verò per viã accuſationis poſsint concurrere, vide quod
5 no.32.q.6.c.nihil iniquius.¶Quartò no.† quòd mala tra-
ctatio vxoris dat ſibi materiam committendi adulterium:
tamen cauſa nõ eſt iuſta:nec excuſat eam à pœna; quia ad
tale peccatum nulla debet conditione adduci.vt in glo.ma
gna:quæ tenet prædictam opin.idem Vin.Tan.Io.Goff. &
6 Phi.¶Quærit gl.† ſi mulier receſsit de domo viri propria
auctoritate:& reuertens non admittitur: an poſsit petere
reſtitutionem, tanquam ſpoliata. dicit glo. quòd ſic; quia
eoipſo,quòd non admittitur,intelligitur ſpoliata. facit qđ
no.de infan.& la.expo.c.vno.& idem no.de reſti. ſpo.c.lite
ras.in 3.glo.& de adul.c.intelleximus.in 1. glo. & in Spec.
7 de ſponſa.c.fin.ver.1.¶Secundò quæro. † vtrùm vxor poſ
ſit petere expenſas à viro,quas fecit,poſtquam receſsit ab
eo.tenet glo.quòd non,ſi ſua ſponte receſsit:ſed ex tunc po
teſt,cum rediens non admittatur:quia vltima mora nocet.
ff.de peric.& commo.rei ven.l.illud.& de iſtis expenſis vi-
de in Spec.vbi ſupra & loquitur hic glo. cum vxor ſine cau
ſa ſubtrahit ſe à viri ſeruitio:ſi autem cum cauſa( puta pro
pter adulterium viri,vel quia ab eo expellitur.) an tũc pro
tempore, quo non trahit moram, poſsit repetere omnes
fructus,quos maritus ex dote percepit: vel tantummodo
a alimenta. a & videtur,quòd omnes fructus, quos non de-
bet lucrari maritus,ſi onera matrimonii non ſuſtinet, vt l.
pro oneribus.C.de iure do.& l.inſulam.§.vſuras.ff.ſol. ma.
& fortè propter culpam mariti non eſſet abſurdum dice-
re,imò æquum,quòd vel fructus perceptos reddant,vel ali
menta præbeant,prout vxor elegerit.¶Tertiò quæro. dici
8 tur hic,quòd † notorio adulterio mulieris, petentis reſtitu
tionem nõ nocet,ſi vir fuerit etiam fornicatus.vtrùm iſtud
ſit verum,ſi adulterium,quod viro replicanti obijcitur, ſit
occultum:vt ſic exceptio adulterij notorij elidatur per re-
plicationem adulterij occulti.glo.quæ incipit.ita quod.&c.
tenet,quòd contra exceptionem adulterij notorij requira
tur replicatio ſimilis:& aliàs non obſtet:& hoc tenet Inno.
dicit enim,quòd ad hoc,vt hoc caſu replicatio adulterij vi
ri repellat exceptio.ipſius viri de notorio adulterio, neceſ-
ſe eſt,adulterium ipſius viri eſſe etiam notorium. Hoſtien.
dicit cum glo.quòd non fiet reſtitutio, donec viri adulte-
rium ſit probatum. & fortè eundem intellectum habuit
Innocen.cum per probationem efficiatur notorium.de ver
borum ſignifi.c.cum olim.& ideò poſtea ſubiungit, quòd
audientur probationes mulieris,& fiet reſtitutio,ſi probe-
tur adulterium viri.dicunt autem,quòd cum propter adul
terium mulieris vir petit diuortiũ:& mulier excipit de adul
terio viri etiam non notorio: audientur vtriuſque proba-
tiones.de adul.c.penul.& vlt. Iſta ſunt verba nouellæ. & ca
9 ue ab vno verbo, dum dicit. † quòd probationes in cauſa
faciunt rem notoriam.quod non videtur verum, argu.eius
quod not.in l.ſi poſſeſſori.§.fin.ff.de iureiur. & c.iudex. de
10 offi.deleg.lib.6.¶Quartò quæro, † vtrùm petenti reſtitu-
tionem coniugis obſtet exceptio adulterij occulti: vt ſic
pendenre dubio exceptionis, reſtitutio retardetur. dicit
glo.quòd non debet retardari.Idem Ala. Tan.& Hoſtien.
Goff.autem ſecundùm Ioan. videtur hic velle & s̃. de eo
qui duxit in ma.c.ex literarum.quòd hæc Decre. loquatur
de adulterio, quod ſequutum eſt ſpoliationem, per quod
ſibi præiudicat mulier ſpoliata in reſtitutione conſequen-
da:adulterium verò præcedens ſpoliationem ſibi non ob-
ſtaret:quia ſeparata eſt cauſa criminis.de dona. nter vi. &
vxo.l.ſi maritus.& de reſti.ſpo.c.item cum quis. ad hoc. s̃.
c.proximo.& quod not.de adul. c. fin. ita dicit Ioan. And.
in nouella.

ADDITIO.

a ¶ Vel tantummodo alimenta. Bald. bene de omnibus
iſtis.§. fin.C.de ſenten.quæ ſine cer.quanti.& in feu. tit.
de inueſti.de re.alie.fac.c.1.in fine.

*SVMMAE.*

1 *Matrimonium ſeparatum propter adulterium mulieris reintegratur, ſi vir poſtea fornicatur. & numero 6.*
2 *Violentia illata in matrimonio contrahendo purgatur per concordiam paucorum dierum ſubſequentium.*
3 *Maritus debet vxorem adulteram conuenire in iure.*
4 *Confeſsioni mulieris ſuper adulterio ſtatur, cum agitur ad ſeparationem thori.*
5 *Bona mariti an ſint pro alimentis vxoris obligata, ſicut pro dote.*
7 *Mulier poteſt recedere à voto caſtitatis emiſſo propter ſubſequentem incontinentiam mariti.*
8 *Confeſsio in cauſa criminali non nocet, niſi in cauſa cõfitens perſeueret.*
9 *Abſenti quæritur per iudicem.*
10 *Sententia diuortij ſi lata fuerit quò ad thorum, propter adulterium mulieris: an poſt talem ſententiam poſsit maritus reconciliare ipſam ſibi inuitam.*
11 *Coniugatorum vnus propter crimen alterius, an ſit abſolutus à mutua ſeruitute: ita quòd criminoſo non cogatur cohabitare: nec reddere dabitum. & nume. 13.*
12 *Innocens, an poſsit religionem ingredi: & profiteri, inuito nocente.*

1 EX literis. †Matrimonium ſeparatum
propter adulterium mulie-
ris reintegratur,ſi vir poſtea fornicatur. commu
2 nis diuiſio.ſecunda ibi [ fornicati.] ¶ Not.primò, † quòd
violentia illata in matrimonio contrahendo purgatur per
concordiam paucorum dierùm ſubſequentium. ad hoc s̃.
de ſpon.c.ad id.& c.conſultationi. & iſte numerus pauco-
rum ſaltem duos comprehendit.4.q.3.c. vbi numerus. vbi
ſufficit,ſi erant ætatis legilimæ:maximè ſi in carnis copula
3 concordauerint.s̃.tit.1.c.inſuper.¶Secudò no. † quòd ma
ritus debet vxorẽ adulterã cõuenire in iure:& hoc ideò,q̃a
propria auctoritate non poſſet eam à ſe abijcere.de quo.s̃.
4 eo.c.porro.& s̃.c.proxi.¶Tertiò no. † quòd ſtatur confeſ
ſioni mulieris ſuper adulterio, cnm agitur ad ſeparationẽ
thori:ſecus ſi ſit de fœdere matrimonij,vt s̃.de eo,qui cog.
c.ſuper eo.aliam differentiam inter iſtos modos agendi vi
de s̃.vt lite non conteſta.1.c.aduertendum tamẽ, quòd epi
ſcopus iſte non ſimpliciter mulieris confeſsioni ſtetit:
ſed iterum commonuit eam [ ne ad ſuggeſtionem.] &c.&
hoc dicit alibi lex. quòd non ſtatim confeſsiones reorum
pro exploratis facinoribus ſunt habendæ. in l. prima. §. ſi
quis vltro. ff. de quæſti. confeſsionem ergo non veroſimi-
lem non debet iudex ſtatim ſequi: ſicut nec renunciatio-
nem, quæ dicitur ſponte facta.ſupra de renuncia. cap. ſu-
per hoc. ¶ Quartò not. quòd ad excuſationem adulte-
rij allegauit mulier culpam viri in exhibitione alimento-
rum. iſta autem cauſa, ſcilicet neceſsitas alimentorum
vtrùm excuſet ab adulterio: videtur, quòd ſic: quia ex-
cuſat à furto, & ab alijs prohibitis: vt infra de fur.c.3.&
c.quanto.de conſue.glo.hic contra.de quo dic, vt c.3.præ-
alleg.& per Hoſtien.in ſumma.de fur.§.1.ver.ſed quæritur
quare.¶Quintò not. ꝙ viro obijcitur tanq̃ culpa, qui non
exhi-



exhibet alimenta vxori. de iſtis alimentis vide in Specu.
5 qui filij ſint leg. §. nunc dicamus. † & an bona mariti
ſint pro alimentis vxoris obligata, ſicut pro dote. vide in
Specu. de do. inter vi. & vxo. §. 2. ver. ſed nunquid bona
¶Sextò no.quòd iſte epiſcopus de cõſilio ſui Capituli ad
deciſionem cauſæ proceſsit.de quo dic,vt no.in c.penu. de
conſue.lib.6.facit quod not.15.q.7.c. epiſcopus. & hic in
gl.3.¶Septimò not.quòd vtrique iniũctum fuit:vt caſtè vi
uerent ſegregati.quod intelligit Innocen.non ſentẽtiando:
ſed conſulendo,vt patet ex ver.priuatim.quantùm verò ad
reuocationem huius præcepti propter ſequens adulterium
viri non eſt differentia,vtrùm fuerit ſententia, vel manda-
6 tum ſimplex:† quia per ſubſequens viri adulterium recedi
tur à ſentẽtia,& mandato,vt dicam.j̃.¶Octauò no. quòd
de ſecundo matrimonio furtiuè à marito contracto inqui
ſiuit epiſcopus ex officio:& dicitur furtiuè contractum,eo
ipſo quòd epiſcopum non adiuit.multis modis dicitur ma
trimonium clandeſtinum:de quibus ſupra de clan.deſpon.
7 c.fi.¶Nonò no.† quòd propter ſubſequentem incontinen
tiam mariti mulier poteſt recedere à voto caſtitatis emiſ-
ſo.& ſic tenet Ioan.30.quæſt.1.c.noſtræ.in fi.& 33.q.5. di
cit enim per iſtam Decre.quòd ſi vir, & vxor promiſerũt
perpetuam continentiam,& alter fornicetur:licèt reliquus
debitum petere non poſsit:epiſcopus tamen illum ad id co
get.Sed iſta Decre.hoc non probat.& ideò Io.An.remittit
ad no.s̃.de conuer.coniu.c. dudum. ſuper verbo caſtitatẽ.
¶Opp.dicitur hic, quòd epiſcopus iſtam mulierem, quæ
ſponte fa ebatur adulterium, commonuit, ne contra ſe fa
teretur &c.& ſic innuit,quòd aliud poſtea aſſerendo, ad
monitionem iudicis potuerit reuocare iſtam confeſsionẽ.
Sed contra:quia confeſſus in iure pro iudicato habetur, vt
l.1.C.de confeſsis.So.glo.2.ſentit illud contrarium, & di-
cit, quòd ideò hic fortè potuit reuocare confeſsionem:
8 †quia erat quodammodo cauſa criminalis: vbi non nocet
confeſsio.niſi in cauſa confitens perſeueret,vt l.1.§.diuus.
ff.de quęſt.ſed illa ſolutio nõ eſt bona:quia ibi loquitur in
confeſsione ex certa formidine tormentorũ.nam ſi ſpõte,
vt in 1.c.fuit, nocet &c. in cauſa criminali confeſsio. ff. de
cuſto.re.l.ſi confeſsus.ſupra de elect.cap. per inquiſitionẽ.
& de confeſ.cap.2.ſoluit ergo gloſſ.ſecundo modo, quòd
hic iſta confeſsio videbatur facta calore iracundiæ: quæ
non nocet, quominus poſsit reuocari. & in hoc ſit ſimilis
cauſa matrimonialis cauſæ liberali. C. de lib. cauſa.l.inter
rogatam.Sed hic non erat quæſtio de fœdere matrimonij:
ideò ſimilitudo non eſt bona.Io.And.dicit,quòd non po-
teſt in caſu huius.c.confeſsio reuocari: fortè propter peri-
culum animæ vtriuſq;:quod in talib. imminet.s̃.de poſtu.
cap. bonæ.1.Item propter fauorem matrimonij.s̃.tit.1.c.
videtur.in fi.Item propter timorem colluſionis.de collu.c.
audiuimus.& hoc eſt,quod dixi.s̃.ꝙ non ſtatim confeſsio-
nes reorũ habẽdæ ſunt pro exploratis facinoribus: plerũ-
que enim impetitus de crimine perire feſtinat,vt l.non tan
tùm.ff.de ap.vnde in iſtis criminibus,in quibus poteſt ali-
ter deprehendi veritas,quàm per confeſsionem, puta fur-
tum: homicidium: adulterium:& alia crimina, quæ cum
alio committuntur: poteſt iudex,ſi reus fateatur crimen,
inquirendo de veritate,interrogare, quid fecit de re ſub-
tracta: de interſignijs ipſius: & ſimiliter à domino rei in-
quirere,ſi eam perdidit.vnde habuit,&ſimilia:vt ſic ex ſub
tili indagine non contingat innocentem damnari. facit l.
ſi non defendatur.de pœnis.nam non ſolum poſt confeſsio
nem: ſed poſt ſententiam contra vnum latam ſuper furto
reperitur alius ſubtraxiſſe.vt j̃.de purg.vul.cap.2.ad hoc l.
1.§.ſi quis vltro.de quæſti.Et ego de facto reperi quẽdam
confeſſum ſe ſponte hominem occidiſſe: & in confeſsione
perſeuerare:& cauſam homicidij vero ſimilem adijcere:&
tamen poſtea ante eius condemnationem reperi illum oc-
ciſum ab alio interfectum:& fuit Arimini.ſoluit aliter Ioa.
And.dicit enim,quòd epiſcopus traxit mulierem ad par-
tem:& ſibi primò mulier eſt cõfeſſa priuatim: ſed tunc ob
ſtat litera,quæ dicit[cœpit publicè confiteri.]&c.Sed dicit
ipſe,publicè dici poteſt,quod coram eo, & ſocijs hoc fie-
bat:licèt accuſatore abſente.ſed certè confeſsio emiſſa in
iudicio coram iudice,perinde præiudicat,ac ſi emiſſa eſſet
præſente parte:cuius abſentiam ſupplet iudex,vt l.prope-
9 randum.§.ſi autem.C.de iudi.†Nam abſenti quæritur per
iudicem,vt l.poſtquam liti.& ibi de hoc.C.de pac.& s̃. de
pac.cap.cum pridem.vbi dixi.& ſic videtur, quòd iſta ſol.
non ſit bona:Niſi dicas, quòd quando ſic priuatim iudex
trahat aduerſarium ad partem:ꝙ ibi confiteat̃.nõ vr̃ cõfeſ
ſus in figura iudicij:& ſic nõ præiudicat cõfitenti:q̃a iudex
non intendit quærere iſto caſu abſenti.argu.ad hoc, quod
no.Cyn.in Authen.ſacramenta.C.ſi aduer.ven. Soluit vlti-
mò Ioan.And.quòd hic ideo poterat hæc mulier reuoca-
re confeſ.quia nondum eius confeſsio erat ſcripta: & ideò
ſtatim ante extraneum actum intermiſtum locus eſt re-
uocationi.argu.not.s̃.de elect.c.quia propter. ſuper verbo
mox.facit quod no.infra de iureiuran.c. cum impoſitioni-
bus.in glo.vt vnam.lib.6.¶ Secundò oppo. quòd iſti fue-
runt adinuicem ſeparati per ſententiam propter adulte-
rium. ergo videtur, quòd ſub ſpecie nouarum probatio-
num,vel iuris ſuperuenientis non debeat ſententia retra-
ctari,vt l.ſub ſpecie. C. de re iudic.quod enim bene ſemel
diffinitum eſt,non debet ex ſuperuenienti cauſa retracta-
ri,vt cap.quod ſemel.6.quæſtio.4.& l.2.de iti. actuque pri
ua.ibi[non enim corrumpi, aut mutari, quod rectè tran-
ſactum eſt,ſuperueniente delicto,poteſt.] vt ibi dicit text.
ſol.delictum viri ſuperueniens aufert ipſi viro ius ex ſen-
tẽtia quæſitũ:nã & qñq; cõtingit, ꝙ ex cauſa ſuperueniẽti
recedit à ſnĩa:ſicut à iuro,& qualibet diſpoſitione, arg.no.
s̃.de iureiur.c.quemadmodum.& j̃.de pur.vul.c.2.& l.auũ
culo.de condi.ſine cau.& l.1.C.de re iudi.cum ſim.Hoſtiẽ.
dicit, quòd hic plures ſunt rõnes, & iura pro muliere, q̃
pro viro: pro ipſa.n.eſt vinculum matrimoniale: quod per
illam ſententiam diuortij quò ad thorum nõ fuit ruptum,
vt no.ſupra c.2.Item ius naturale,quod firmat, quod ſta-
bile permanet.Inſti.de iure na.§.ſed naturalia.Incontinen
tiæ periculum.ſupra de eo,qui cog.conſan.vxo.cap.Iorda
næ. Apoſtoli præceptum:contra quod nulla poteſt obſta-
re exceptio.ſupra de coniu. lepro. cap. quoniam. pro viro
facit adulterium à muliere commiſſum:quod aboletur per
adulterium ipſius viri.Item & exceptio rei iudic.quæ ſæpe
tollitur ex cauſa ſuperuenienti,vt dixi. cum igitur hinc in-
de eſt conflictus rationum,pro illa parte, quæ pluribus ad
iuuatur,ferenda eſt ſententia.& ſic pro muliere in caſu no-
ſtro.C.de edicto diui Adriani tollendo.l.fina. & de poſtu.
cap.bonæ.2. ad fin. de hoc remittit Hoſtien. ad ſummam
eodem titu.§.quot modis.ſub.§.generaliter.¶Quęrit glo.
10 †ſi lata eſt ſententia diuortij quò ad thorum propter adul
terium mulieris: an poſt talem ſententiam poſsit maritus
reconciliare ipſam ſibi inuitam: videtur quòd ſic: quia lata
ſententia in eius fauorem, non debet in eius læſionem re-
torqueri.Item ſi aliud diceremus: ſequeretur abſurdum;
quia delictum præſtaret adulteræ immunitatem:ſi ſe præ-
textu adulterij tueretur, ne cohabitaret viro.contra.l. re-
legatorum. §. fina. de inter. & rele. Item daretur ſæpe
mulieribus materia delinquendi, & fornicandi:ſi à mutua
ſeruitute matrimonij propter hoc crederent liberari. ar-
gum. ſupra de procura. cap. tuæ. præterea per ſeparatio-
nem diuortij abſolutus fuit vir à ſeruitute mulieris
adulteræ: non autem ipſa adultera à marito. In con-
trarium gloſſ. arguit, quia quandoque prodeſt ſenten-

tia condemnatis. ¶ Vltimò glo. ponit duas opi. vnam
Lau. qui dixit, quòd vir bene poteſt illam reconcilia-
re initam. Idem tenet Pet. Vincen. & Goffre. poteſt ergo
innocens reconciliare ſibi adulteram, non obſtante ſenten
tia diuortij. quod eſt verum: niſi ipſe innocens poſtea for-
nicetur; quia tunc extinguitur effectus ſententiæ diuortij, vt
11 dixi ſupra. ¶ Circa prædictam tamẽ materiam, † cum quæ
ritur, vtrùm vnus coniugatorum propter crimen alterius
ſit abſolutus à mutua ſeruitute: ita quòd criminosè nõ co
gatur cohabitare, & reddere debitũ: ſic diſtingue. aut quæ-
ris de crimine adulterij: aut de alio, puta veneficio: hæreſi:
furto: vel ſimili. primo caſu, aut vterque fornicatus eſt: aut
alter tantùm. ſi vterque, habet locum regula. quod delictũ
cum delicto compenſatur, & inſimul habitare tenentur, vt
ĩ. de adulte. c. intelleximus. & ſupra eodem c. ſignificaſti.
aut alter tantùm: & tunc aut nulla eſt lata ſententia diuor-
tij: aut eſt lata. ſi non eſt lata: tunc non poteſt etiam inno-
cens ſubtrahere debitũ: & à mutua ſeruitute diſcedere. de
quo. ſ̃. eod. c. porro. ſi verò lata eſt ſententia diuortij: & tũc
aut nocens repetit innocentem: aut econuerſo innocens re
petit nocentem. ſi nocens repetit innocentem. & non au-
ditur: niſi innocens poſt ſententiam fornicatus fuiſſet,
vt dixi. ſi verò innocens repetit nocentem: tunc (vt dixi
ſupra) redire cogitur: niſi nocens religionem ingreſſa fue-
rit, & profeſſa. poſt ingreſſum enim monaſte. & profeſsio-
nem non poteſt maritus ipſam educere de monaſterio. &
imputet ſibi vir, qui ante profeſsionem ſibi eam reconci-
liare noluit, vt ſ̃. de conuer. coniu. c. gaudemus. vbi de hoc.
ante profeſsionem verò ſemper maritus poſſet eam educe
re: imò epiſcopus debet monere maritum, vt eam ſibi re-
conciliet. quòd ſi non vult: tradet illam in monaſte. ad pœ-
nitentiam peragendam. vt d. c. gaudemus. ¶ Sed hic incidẽ
12 ter quæritur. † vtrùm innocens poſsit religionem ingre-
di: & profiteri, inuito nocẽte. dicit hic Ioan. And. quòd an-
te ſententiam diuortij poſſet nocens innocentem de mona
ſte. reuocare. Non obſt. c. Agathoſa. 27. q. ſecunda. quia lo-
quitur, qñ ſuper fornicatione eſt lata ſententia: vel quan-
do is. qui reuocat, agit petitorio; quia repelleretur p̃textu
adulterij. ſecus ſi agat reſtitutorio; q̃a nõ repelleret p̃tex-
tu criminis. de reſtitu. ſpolia. c. item cum quis. de don. inter
vir. & vxo. l. ſi maritus. & hoc de primo membro principa-
li: cum quæritur, quando propter crimen adulterij poſsit
13 vnus ab alio ſe ſubtrahere. † ſi verò quæritur, vtrùm pro-
pter aliud crimen: & tunc aut eſt crimen hæreſis: & tunc
quia illud eſt crimen (quia tunc vocatur fornicatio ſpiritua
lis) ideò circa ipſum eſt prouiſum per c. ĩ. proxi. & ca. fin.
ſ̃. de conuer. coniug. vbi quantùm ad iſtam ſeparationem
notantur plures differẽtiæ inter ſpiritualẽ, & carnalem for
nicationem. & ĩ. c. proxi. &c. de hoc not. aut eſt aliud cri-
men, quàm hæreſis: puta furtum: homicidium: & ſi. hoc ca
ſu dicit Ioan. And. ĩ. c. proxi. quòd ſi latum fuit diuortium
ideò: quia ipſam trahebat ad homicidium: vel latrocinium:
vel ad aliud mortale. & tunc dicunt quidam, quòd idem
quod in hæreſi; quia nullã, vel vilem cauſam inuenies: qua
re non ſit idem in omnibus. Alij dicunt, quòd pro alijs cri-
minibus nunquam ferenda eſt ſententia ſeparationis per-
petuæ: ſed tantum donec pœnituerit. in hæreſi verò hoc cõ
ceditur propter periculum fidei. & ſic diuerſimodè intelli-
gunt. ĩ. c. quanto. & 28. q. 1. cap. idolatria. Sed dictũ ſupra
plus placet Innocens. Ioan. And. remittit ad no. per eum in
c. ad Apoſtolicam. de conuer. coniu. vbi quid iuris de ebrie
tate, & alijs malis moribus, an ſeparatio peti poſsit.

*S V M M AE.*

1 *Vxor ſi à viro lapſo in hæreſim propria auctoritate di-*
*uerterit: ad eum reuerſum redire compellitur: ſecus ſi*
*per iudicium Eccleſiæ fuerit ſeparata.*
2 *Separatio quò ad thorum poteſt peti propter hæreſim ſu*
*peruenientem, ſicut propter adulterium.*
*Hæreſis dicitur fornicatio ſpiritualis.*
3 *Coniunx fidelis, quare debeat relinquere coniugem la-*
*bentem in hæreſim.*
4 *Reuerſus ab hæreſi ante ſententiam diuortij poteſt repe-*
*tere vxorem, & ad ipſum vxor redire cogitur.*
5 *Reconciliatio coniugatorum excluditur per ſententiam.*

1 DE illa. †Si vxor à viro lapſo in hęreſim
propria auctoritate diuerterit,
ad eum reuerſum redire compellitur. ſecus ſi
per iudiciũ Eccleſiæ fuerit ſeparata. 2. ibi [ſi verò.] ¶ No.
2 primò, † quòd ſicut propter adulterium poteſt repeti ſepa
ratio quò ad thorum, & cohabitationem: ita propter hære-
ſim ſuperuenientem: eſt enim iſta fornicatio ſpiritualis. de
qua ſ̃. de conuer. coniug. c. fi. vbi differentiæ inter vtrumq;.
3 ¶ Secundò no. † cauſam, quare fidelis coniunx debet relin
quere coniugem labentem in hæreſim, ſcilicet [vt tædio pa
riter, & confuſione affectus.] &c. Idem ſecundum Hoſtien.
ſi alia, intentione diſceſsit: ratione etiam prædicta vitatur
excommunicatus, vt ĩ. de excep. c. pia. lib. 6. ¶ Tertiò not.
4 † quòd reuerſus ab hæreſi ante ſententiam diuortij poteſt
repetere vxorem: & ad ipſum vxor redire cogitur. Nam
talis hæreſis ſuperueniens non diſſoluit vinculum matri-
monij, vt ĩ. c. proxi. ver. quia ſacramentum. de facili ergo
res reuertitur ad naturam ſuam, vt l. ſi vnus. §. pactus. ff. de
5 pac. ¶ Quartò no. † quòd poſt ſentẽtiam diuortij propter
hæreſim alterius coniugatus non cogitur, qui remanſit in
fide, lapſum in hæreſim reconciliare ſibi: reconciliatio ergo
excluditur per ſententiam. ¶ Sed contra de ca. fi. ſ̃. de con-
uer. coniug. vbi innuit, quòd redire non cogitur, ſi voluerit
conuolare ad religionem. ſol. dic ſtandum contrario, q̃ ſo
la ſententia ſeparationis non excludit reconciliationẽ: ſed
ſententia, & tranſitus ad religionem: vt in contrario. & hoc
tenet glo. hic, & ĩ. c. proxi. in glo. fin. Idem ſentit hic Ioan.
And. dicit enim, quòd ſi per Eccleſiam latum ſit diuortium
in ſpirituali. non cogitur rediri ad reconciliatum, ſi vult in-
trare ad religionem: aliàs cogitur, vt dicto. c. fi. de conuer.
coniu. & iſta diſtinctio eſt correcta per c. ĩ. proxi. vbi indi-
ſtinctè innuit compellẽdum, antequam velit ingredi. quod
tenet Alam. Lau. dicit ſtandum huic diſtinctioni: quod
placet Phil. Iac. de Albe. & Abb. vt vitetur correctio. idem
Innocen. alternatiuè tamen, & hoc in fornicatione ſpiritua
li: in carnali verò ſemper cogitur, niſi fuerit profeſſa: ante
profeſsionem enim ſemper maritus poſſet educere adulte
ram de monaſte. de quo dic, vt ſ̃. c. proxi. ¶ Secundò op. &
videtur, quòd poſt ſententiam cogatur quis ſibi reconcilia
re vxorem, vt ſ̃. c. proxi. ſol. ibi ideò vir cogitur poſt ſenten
tiam eam recipere: quia ipſe commiſit adulterium: vnde
ſententia nõ debet ſibi prodeſſe (quaſi fecerit contra eã.)
& hic conuerſus poſt ſententiam pro ſe latam nihil fecit
contra ipſam. vel ibi nulla fuit ſententia, ſed tantùm conti-
nentia indicta: aliàs idem eſſet ibi, quod hic. reliqua, quæ
hic tangit Ioan. An. an ſententia ſeparationis propter alia
delicta, quàm hæreſis, vel adulterij, ſit perpetua. dixi. ſ̃. cap.
proxi. & de differẽtijs inter carnalem, & ſpiritualem forni-
cationem ibi remiſi.

*S V M M AE.*

1 *Recurſus in arduis quæſtionibus debet fieri ad Pa-*
*pam.*
2 *Doctoris ſapientia, & doctrina in quo cognoſcatur.*



3 *Matrimonij vinculum non diſſoluitur: cum vnus con-*
*iugatorum ad fidem conuertitur: niſi velit ille, qui re*
*linquitur.*
4 *Obligatio, qua quis tenetur Deo, potior, & potentior cẽ*
*ſetur, quàm illa, qua tenetur homini.*
5 *Hæreſis ſuperueniens non diſſoluit matrimonium inter*
*fideles contractum: ſed bene diſſoluitur quò ad mu-*
*tuam ſeruitutem.*
6 *Baptiſmus eſt primum ſacramentum fidelis Chriſtiani*
*firmum, & ſtabile firmamentum &c.*
7 *Matrimonij ſacramentum dicitur inter fideles eſſe ra-*
*tum, & firmum ratione characteris per baptiſmum*
*impreſsi: inter infideles verò dicitur verum, ſed non*
*ratum.*
8 *Delictum eius, qui cœpit fidem, & deſerit, maius eſt,*
*quàm eius, qui nunquam cœpit.*
9 *Fidelis ſine culpa iure ſuo quandoq; priuatur.*
10 *Infidelium vnus ſi conuertatur ad fidem: an ipſe conuer*
*ſus dicatur relinquere, vel relinqui.*
*Et an ſtatim vno ex infidelibus ad fidem conuerſo, ſit*
*matrimonij vinculum ſolutum. nu. 11.*
12 *Baptizati ab hæreticis ſi fiunt hæretici, & poſtea con-*
*trahunt. an matrimonium dicatur ratum inter ta-*
*les.*

QVanto. Vinculum coniugale non diſſol
uitur, altero fidelium coniugũ
in hæreſim lapſo. ſed ſi vnus infidelium cõ-
iugum conuertatur ad fidem: & alter nolit
ſibi cohabitare: vel non ſine Dei blaſphemia, vel peccato
mortali ſoluitur coniugium: & conuerſus contrahere pote
rit. communis diuiſio. ſecunda ibi [nos igitur.] quæ diſtin-
guit. & 2. membrum proſequitur. ibi [ſi verò] rationem di-
uerſitatis ponens. ibi [nam & ſi] obſtaculum ſoluens. ibi
[nec obſtat] ſubdens duplicem rationis effectum ibi per
hanc. ¶ No. 1. quòd iſte epiſcopus conſuluit Papam ſuper
illa dubia quæſtione: & in hoc commendatur in antiqua:
quia ſententiam, quam docuerat per ipſam ſedem, vult cor
rigi, vel approbari, ſicut Ioachim. ſupra de ſumma Trini. c.
1 2. ſecundùm Hoſtien. † In iſtis enim arduis quæſtionibus
ad Papam eſt recurrendum. vt ſupra. qui filij ſint leg. c. per
venerabilem. §. rationibus. ¶ Secundò not. quòd Papa du-
biæ quæſtioni in genere propoſitæ, diſtinguendo reſpon-
det. idem facit Imperator in l. precibus. C. de impu. & ali.
2 ſub. † in hoc enim maximè cognoſcitur ſapientia, & doctri
na doctoris, ſi quæſtionem in genere, & in nube propoſitã
nouit per membra diſtinguere: aliàs de inſufficientia redar
guendus eſt. vt Scæuola Gallum redarguit in l. Gallus. ff. de
lib. & poſthu. & dixi ſupra de reſcrip. c. ſuper literis. ¶ Ter-
3 tiò not. † quid iuris, cum vnus coniugatorum ad fidem con
uertitur: per hoc enim vinculum matrimonij non diſſolui-
tur: niſi velit ille, qui relinquitur. idem glo. dicit de illo, qui
reliquit: quia non debet claudicare matrimonium. ideſt ti-
tulus matrimonij. quandoque tamen claudicat quò ad ef-
fectum reddendi debitum ab illo, qui non poteſt exigere.
ſ̃. de conuer. coniug. c. quidam. & de eo, qui cogno. c. tranſ
miſſę. quandoq; etiam claudicat quò ad ipſum vinculum:
ſiue titulum matrimonij, vt ſupra de eo qui duxit. c. 1. & de
deſpon. impu. c. continebatur. & c. de illis. ſed ſunt caſus ſpe
ciales. regulariter autem contractus claudicare non debẽt:
nec eorum reſolutio ab vna parte pendere, vt l. ſicut C. de
ac. & ob. ¶ Quartò no. quòd licèt inter aliquos ſit contra-
ctum vinculum mutuæ ſeruitutis inſeparabilis: prout inter
virum & vxo. qui ſunt duo in carne vna, vt infra c. proxi. §.
quia verò. tamen ſi ex iſto vinculo inſolubili Deus offendi
4 tur, diſſoluendum eſt: † vt ſic potior, fortior, & potentior
cẽſeatur obligatio, qua tenetur homo Deo: quàm illa, qua
tenetur homini. 11. quæſtio. 3. cap. non ſemper. & cap. Iul.
facit quod no. ſupra de ap. cap. cum parati. ¶ Quintò not.
5 in verſic. ſi verò. † quòd hæreſis ſuperueniens non diſſoluit
matrimonium inter fideles contractum: ſed bene diſſolui-
tur quò ad mutuam ſeruitutem, ſi tamen confitetur hære-
ſim, vel de ipſo conuincitur: aliàs contra. 6. q. 1. c. verum.
¶ Sextò no. in verſi. nam & ſi. quòd vbi eſt fortius vinculũ,
6 difficilius ſoluitur. concor. ſupra de tranſac. cap. 2. † baptiſ-
mus enim eſt primum ſacramentum fidelis Chriſtiani, fir-
a mum & ſtabile firmamentum: aquo poſito, quod ſemel eſt
habitum, nunquam amittitur, vt hic. & de conſecra. diſtin.
7 4. cap. oſtenditur. † ratione ergo characteris per baptiſmũ
impreſsi ſacramentum matrimonij dicitur inter fideles eſ-
ſe verum, & ratum. Inter infideles verò dicitur eſſe verum:
ſed non ratum; quia non durabile perſeuerat. 26. diſti. cap.
deinde. & ſupra de conſan. & affini. c. de infidelibus. ¶ Sep-
8 timò no. † quòd maius eſt delictum eius, qui cœptam fidẽ
deſerit, quàm eius, qui nunquam cœpit. ſi. in Auth. de litig.
§. edicta. in fi. coll. 8. all. in glo. mag. &c. [turpius enim eijci
tur, quàm non admittitur hoſpes.] ſupra de iureiuran. cap.
quemadmodum. licèt tamen turpius ſit deſerere: tamen re
liquiæ præcedentis fidei oſsibus infixæ non totaliter abo-
lentur. ſicut dicimus in ſacerdote degradato: pro quo prop
ter reuerentiam ſacramenti, & characteris impreſsi Eccle
ſia intercedit. infra de verb. ſignifi. c. nouimus. facit l. ſi quis
ſub conditione. de teſta. tu. ¶ Octauò no. in ver. nec obſtat.
9 † quòd quandoque fidelis ſine culpa iure ſuo priuatur. con
cor. ſupra vt lite non conteſt. c. quoniam frequenter. & alijs
iuribus allegatis in glo. in caſibus priuatur &c. Ratio qua-
re illo caſu priuatur, redditur in ver. per hanc. minus enim
eſt quem iſto caſu iure ſuo priuari: quàm viam figmentis,
& hominum malicijs aperiri. nam ex duobus iniuſtis mi-
nus iniuſtum eſt eligendum. 13. diſtin. cap. nerui. & l. ita vul
neratus. ad leg. aquil. pro publico ergo bono iura tolerant
damnum particulare, vt l. bono publi. ff. de vſuca. ¶ Nonò
no. q̃ quantum poſſumus, pręcauere debemus, ne paretur
via figmentis: & quòd iuris colore quis prauum propoſitũ
non exequatur. concor. ſuper de procur. c. tuæ. tales enim
dicuntur indirectè offendere mentem legis, ſeruatis verbis
10 ipſius, contra regulam in c. certum. de reg. iur. li. 6. ¶ † Quę
ro: ſi ex duobus infidelibus vnus conuertatur ad fidem: an
ipſe conuerſus dicatur relinquere, vel relinqui. & videtur,
q̃ dicatur relinquere: ſicut ille, qui cum ſocio per viam gra
diens retrocedit: dicitur enim ipſe ſocium derelinquere, nõ
ſocius eum. contrarium tenet hic Ioan. And. quòd ille, qui
conuerſus eſt, dicitur relictus: quia rectum iter, ſiue callem
incedit. vnde is, qui in infidelitate remanet (cum ipſum ſe-
qui deberet) dicitur eum relinquere. & hoc reſpectu & is,
qui fidelis efficitur, vel fidelis remanſit, dicitur relinqui, at
tenta hac ratione: ſicut ſi duo deberent ire Romam: iti-
nerans verſus occidẽtẽ, diceret alterũ relinquere: q̃ rectè iti
11 neraret verſus orientem, ſecundùm Io. An. ¶ Secundò quæ
ro. † vno ex infidelibus ad fidem cõuerſo: vtrùm ſtatim ma
trimonij vinculum ſit ſolutum. dicit gl. ſcilicet qui relinq̃-
tur &c. q̃ ſtatim ſoluitur, quàm citò non vult cohabitare.
& de hoc conſtet per teſtes. dicit tñ Io. An. q̃ tutum eſſet, q̃
iudex aſsignaret terminum infideli. ar. ſ̃. qui fil. ſint le. c. la-
tor. & de conuer. coniu. c. ex publico. cum enim aliquid de
pendet ex animo vnius, ſi ex pẽdentia voluntatis eius alius
læditur: præfigendus eſt ſibi terminus, vt declaret animum
ſuum. argu. l. mancipiorum. de op. leg. & l. cum quidam. de
leg. 2. & ff. de iure deli. l. 1. l. quandiu. de acqui. hære. Aduer
tendum tamen, q̃ vinculum illud matrimonij non videtur
quò

quò ad fidelem ſolutum ſtatim: cum infideli declaraue-
rit,ꝙ conuerti non vult aliter.quod patet;quia ſi poſt decla
rationem,& antequam fidelis conuerſus contrahat, infide-
lis conuertatur:recipere tenetur.vt j̃.c.proxi. & videtur tñ
nouum matrimonium.dicit gloſſ.ꝙ non eſt verum, quò ad
bigamiam:nam vir conuerſus vxorem conuerſam recupe-
rans non cenſetur bigamus: quia non diuiſit carnem ſuam
in plures,ſecundùm Vin.Tan.& Goff.ſi verò ad fidem cõ-
uerſa contraheret cum alio ante conuerſionem viri:nõ red
deretur viro,ad fidem poſtea reuertenti, ſecundùm Io.An.
¶Tertiò quæro.tex.iſte loquitur de verè fidelibus labenti-
bus in hæreſim:ꝙ ex hoc non ſoluitur vinculum matrimo-
12 nii iam contracti.†quid ergo de ijs, qui fiunt hæretici:fue-
runt tñ ab hæreticis baptizati,& poſtea contrahunt : nun-
quid eſt ratum matrimonium inter tales.ſolu. Aut fuerunt
baptizati in forma Eccleſiæ: & tunc ratum eſt matrimoniũ
inter tales contractum.facit de hære.c.decreuit.li.6.Aut nõ
fuit ſeruata forma:& tunc iure infideliũ omnino cẽſentur :
nec ratum potuit eſſe matrimonium,cum baptiſmi nõ re-
cipiant ſacramentum.& hoc facit ad id , quod no.Io.And.
s̃.de condi.ap.c.fi.ſuper prima gl.

*S V M M AE.*

1 *Sacramentum coniugij apud fideles, & infideles eſt firmum.*
2 *Infideles non arctantur conſtitutionibus canonicis: ſed bene ligantur conſtitutionibus Imperatorum.nu.16.*
3 *Infideles coniuncti in gradu prohibito, conſtitutione canonica,ſi ad fidem conuertantur,poſſunt in illo matrimonio remanere.& nu.5.& nu. 14.*
4 *Baptiſmi ſacramenti quis effectus.*
5 *Infideles ad fidem conuerſi non tolerantur in pluralitate vxorum.*
6 *Diſpenſatio,& tolerantia ibi improbatur , vbi eſt multiplex prohibitio:& iurium offenſio.*
7 *Vxores plures ſimul habere,quare non eſt licitum.*
8 *Fœmina quare magis ſit formata de coſta hominis : quã de capite,vel de pede .*
9 *Prouidentia cæleſtis non ſubiacet legi ſcriptæ .*
10 *Statutum,& conſtitutio,quæ loquuntur de viro, habẽt locum etiam in vxore.*
11 *Maritus reuocat votum vxoris: & non econtra.*
12 *Repudium nititur potius ex ritu,ſiue conſuetudine infidelium,quàm de iure .*
13 *Caſus ſpecialis , in quo ſpoliatus iniuſtè non reſtituitur ante omnia.*
15 *Mulier poſt repudium ſi contrahit: maritus eius ad fidẽ conuerſus compellitur eam recipere.*
17 *Iudei , & infideles an ſubiaceant directè legibus Imperatorum.*
18 *Delinquentes contra legem diuinam puniuntur etiam per iudicem ſecularem.*
19 *Infideles quare magis arceantur legibus,quàm canonicis conſtitutionibus.*
20 *Baptiſmo dimittuntur peccata,& non lex.*
21 *Irregularitas non tollitur per baptiſmum.*
22 *Lex naturæ,ſiue naturalis erat ante legem Moſaicam.*
23 *Infidelis habens plures vxores ſi conuertatur ad fidem, quam ex eis debeat retinere.*
24 *Chriſtianus ſi contrahat cum pluribus mulieribus vno & eodem momento, dicens[conſentio in vos omnes.] & mulieres vno ore,vel per procuratorẽ reſpondeãt: [& nos in te.]quæ illarum erit vxor.*
25 *Compromiſſum factum in liberum , & in ſeruum eſt nullum.*
26 *Contumelia creatoris an ſoluat matrimonium ipſo iure.*
27 *Mulieres infideles an habeant priuilegia circa dotes .*
28 *Mulier hæretica per reuerſionẽ ad fidem non recuperat priuilegia dotis amiſſa propter hæreſim.*

GAudemus. Pagani cõiuncti in gra
du prohibito: lege ca-
nonica tñ conuerſi ad fidem non ſeparantur . &
ſi paganus prius plures vxores habebat : poſt fidem ſuſce-
ptam adherebit primæ.& ſi repudiata vxore, cum ſecunda
contraheret:etiam poſt baptiſmum dimittet ſecundam : &
adhærebit repudiatæ:etiam ſi repudiata cum alio contra-
xiſſet.ſecus ſi fornicata fuiſſet.& ſunt tres partes: ſicut ſunt
tria principalia dicta.ſecunda ibi[quia verò.]tertia ibi[ q
1 aũt.]¶No.primò†ꝙ ſacramentũ coniugij apud fideles,&
infideles eſt firmum.ratio redditur in ca.deinde.26.di.for-
tius tñ ligat apud fideles,q̃ infideles,vt patet.s̃.ca.prox.cæ-
tera vero ſpiritualia non videntur cadere in infidelibus,pu
ta iuñ:conſcientia.& ſimilia. ſi tñ ſecundùm obſeruãtiam
veteris legis tranſgrederentur , poſſent accuſari , & puniri
iuxta legem ſuam,vt patet in fi.ca.& dicam j̃. ¶Scđò no.ꝙ
nihil ad nos de ijs,q̃ foris ſunt.j.ad Corin.7.& dic foris.i.ex
tra fidem Eccleſiæ.vel expone, ad nos.i.quò ad excommu-
nicationis ſententiam proferendam in tales:& quò ad fidẽ:
& quò ad ſpirituale conſortium,vt hic patet.& 2. q.j. cap.
multi.vbi ſunt hæc verba.facit quod no. Ioa.And.s̃.qui fil.
2 ſint leg.c.fi.¶Tertiò no.†infideles non arctantur conſtitu-
tionibus canonicis:conſtitutionibus verò Imperatorum li-
gantur,vt dicam j̃.ſecunda oppo.& facit l.j. C.de ſum.trin.
& fi.ca.facit quod no.s̃.de voto c.quod ſuper his.¶Quar-
3 tò no. † ꝙ infideles coniuncti in gradu prohibito, conſtitu
tione canonica,ſi ad fidẽ conuertantur,poſſunt in illo ma-
trimonio remanere.præterita enim geſta per illũ, qui mu-
tat ſtatum,debent iudicari ſecundùm legem veterem , quã
dimittit:non ſcđm nouam,quam aſſumit. & hoc pp naturã
conſtitutionis , quæ futura reſpicit: non deciſa corrumpit ,
vt c.fi.s̃.de conſti.& l.iubemus.in fi.C.de teſtamentis. facit
4 ad no.s̃.de obli. ad ra.c.j. ¶Quintò no.†effectum ſacra-
menti baptiſmi. per ipſum enim crimina dimittuntur : ſed
coniugia non ſoluuntur.de quo infra dicam.per ingreſſum
religionis an dimittantur crimina,vel defectus. dic,vt infra
5 de apoſta.c.2.¶Sextò no.in ver.quia verò.†quòd infideles
ad fidem conuerſi tolerantur in matrimonijs contractis in
gradu prohibito lege canonica: ſed non tolerantur in plu-
ralitate vxorum eodem tempore:ratio quia pluralitas iſta
omni iure reprobatur:ſed non ita prohibitio circa gradũ ,
quæ ex tempore variatur,vt j̃.de conſang.& affi.c.non de-
bet.tolerabilius ergo eſt offendere ius canonicum ſolum :
quàm ius canonicum,diuinum,& mundanum.vt Inſtitu.de
6 nup.†vbi enim eſt multiplex prohibitio , & iurium offen-
ſio:ibi diſpenſatio,& tolerantia improbatur,vt c.per vene-
7 rabilem.ad fi.s̃.qui fil.ſint leg.¶Septimò no.†rationẽ, qua
re non eſt licitum habere ſimul plures vxores . colligitur
enim multiplex ratio ex diuina inſtitutione,& origine[cum
vna coſta.] &c.& ex verbis Dei loquentis de matrimonio
in numero ſingulari:non in plurali.& hoc modo arguit hic
Papa . quod tamen argumentum non eſt ſemper verum :
quia pluralis locutio verificatur in vno.& diſpoſitio de vno
habet locum in pluribus,vt l.j.de negot.geſt. & l. demon-
ſtratio.§.fina.de conditio.& demonſtra. & l.3.§. homines.
8 vi bon.rap.cum ſi.& ponit hic Io.An.rationem, †quare fœ
mina magis de coſta hominis ſit formata: quàm de capite,
vel



vel de pede.dicit enim hoc ex eo eſſe factum,vt collatera-
lis appareat.ſi enim de capite,videretur domina:ſi de pe-
de,videretur ancilla,vt no.33.q.5. c. nec illud. ¶ Octauò
no.quòd diuina reuelatione quædam ſunt licita:quæ aliàs
9 prohibẽtur.† cœleſtis enim prouidentia non ſubiacet legi
ſcriptæ:nec quæ miraculosè proueniunt , ad conſequentiã
ſunt trahenda.& facit ad q.de Lazaro: de qua dixi.s̃.de fri
gi.c.fraternitatis.& not.exempla,quæ ponuntur in text.de
miraculis.& primò de Iacob,qui mentitus eſt ſe eſſe Eſau.
Gen.25.& 27.ſecundum eſt de Iſraelitis , quia vnuſquiſq;
à proximo ſuo petijt vaſa aurea , & argentea ; vt Egyptios
ſpoliarent.Exo.3.& 12.de Sanſon legitur Iudit.12.qui cõ
cuſsis columnis,interfecit tria millia Philiſteorum.& mul-
tò plures interfecit moriens,quàm viuẽs. aliud ẽ exemplũ
de patriarchis,qui habuerunt plures vxores.vt Abraam,&
Iacob.Gen.58.& 29.& 30.de alijs viris iuſtis legitur Reg.
10 11.& 2 .Paralipo. 24. ¶Nonò not.†ꝙ vir,& vxor non ad
imparia iudicantur.& ſtatutum,ſiue conſtitutio,quæ loqui
tur de viro,habet locum etiam in vxore.vt hic,& l.fi. C. de
indic.uid. ſimiliter cõſtitutio,quæ loquitur in emptore,ha
bet locum in venditore.ad hoc l.fi.ff.de accep. & quod ibi
per Bar.quandoque tamen vir,& vxor iudicantur ad impa
11 ria,vt in glo.quæ incipit.quò ad mutuam &c.cui adde, †ꝙ
maritus reuocat votum vxoris:non econtrario.23.q. 5. c.
nouit.Item accuſat vxorem de adulterio ; quod non com-
mittitur ſine dolo.12.q.1. c. hoc in mulierib. & vide quod
not.in Spec.de adul.§.1.ver.ſed nunquid.¶Decimò no. in
12 ver.quòd autem † quòd repudium nititur potius ex ritu,ſi
ue conſuetudine infidelium,quàm de iure: ſine peccato e-
nim nunquam licuit mittere libellum repudij: licèt lex ve-
tus hoc permitteret propter maius periculum euitandum:
quæ etiam requirebat, quòd ſacerdos eſſet præſens ad ſciẽ
dum,an cauſa iuſta ſubeſſet : nam nec paſsim permitteba-
tur:ſed in certis caſibus tantùm.& hoc eſt, quod Chriſtus
in Euangelio ait , Matth. 19.[Moyſes ad duriciam cordis
veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio au
tem non fuit ſic.Dico autem vobis;quia quicunque dimiſe
rit vxorem ſuam(niſi ob cauſam fornicationis)& aliã du-
xerit,mœchatur.]ad hoc.32.q.1.c. dixit. iſta ergo permiſ-
ſio eſt per legem euangelicam reprobata:in tantum, vt cõ
uerſus ad fidem poſt repudium non poſsit aliam ducere:
niſi eo modo,& forma quibus poſſet, ſi repudium non in-
terueniſſet.ſcilicet [cum ſine contumelia creatoris] &c. vt
13 in tex.¶Vndecimo no.† caſum ſpecialem , in quo ſpolia-
tus iniuſtè non reſtituitur ante omnia:ſicut regulariter fie
ri debet,vt l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad leg.Iul.de vi. eſt &
al us in c.ad decimas.de reſti.ſpo.li.6.Alij ſunt in glo. quæ
14 incipit.hic habes &c.¶Duodecimò no.†quòd ſi poſt con
uerſionem vnius altera eum ſequitur:eam recipere compel
litur:& ſic non ſtatim conuerſio ſoluit vinculum matrimo
nij,cum infideli contracti.de hoc in gloſ.& ſupra eodem.c.
15 quanto.¶Tertiodecimò not. † quòd ſi poſt repudium mu
lier contrahit:maritus eius conuerſus ad fidem ipſam reci
pere compellitur:nec poteſt ſibi obijcere illam fornicatio
nem contractam in figura matrimonij: ſed bene poteſt o-
bijcere fornicationem ſimplicem, non habentem figuram
matrimonii.& ita dicit tex.in fi. c. licèt ergo illud repudiũ
non fuerit iuſtum:tamen excuſat ab adulterio: ſi poſt eum
cum alio repudiata contraxit:quia peccauit legis auctori-
tate,arg.l.Graccus.C.de adul.Idem ſi ducta iuſta ignoran
tia contraxiſſet,fortè de morte viri falſo rumore perlato.
vt l.miles.§.mulier.de adul.& l.pe.eodem titu. figura ergo
matrimonij multum facit.ad hoc l.3.de do.inter vi. & vxo.
& ſupra.de biga.c.nuper.¶Venio ad aliquas op. eliciẽdas
ex glo.& Doc.¶Et primò op.dicitur hic,quòd apud infi-
deles matrimonium eſt permiſſum in ſecundo , vel tertio
gradu.Sed contra de eo quod not.30.q.3.c. Pictatium. &
s̃.de reſti.ſpo.c.literas.in gl. videt̃.ſolu.vt in gl.quæ incipit
non prohibito &c.ſuper qua dicit Io.And.quòd ſecundus
gradus collateralis in linea inæquali erat prohibitus: in li-
nea verò æquali non.& ſic corrigitur quod not.in dicto,c.
Pictatium.& hic Ho.enumerat.13.perſonas,diuina lege ꝓ-
hibitas per hos uerſus.

*Nata, ſoror, neptis, matertera, fratris & vxor.*
*Et patrui coniunx, mater, priuigna, nouerca,*
*Vxoriſq; ſoror, priuigni nata vtriuſque.*
*Atq; ſoror patris coniungere lege vetantur.*

Terminatur autem id,quod dicitur de vxore fratris,vt di-
citur.j̃.c.proxi. ¶ Secundò op.dicitur hic , quòd infideles
non arctantur lege canonica.Sed contra in c.poſt miſera-
bilem.& c.quantò.de vſuris.ſolu.glo.quæ incipit, quæ non
16 arctant &c. ſoluit, † quòd non arctantur directè: ſed in-
indirectè ſic , quando delinquunt : puta ſunt iniurio--
ſi Chriſtianis:vel contumeliam inferunt fidei,& diuino cul
tui:tunc enim coguntur ſatisfacere per ſubtractionem par
17 ticipationis Chriſtianorum. † Sed nunquid directò ſubia-
ceant legibus Imperatorum.dicit Io. An. poſt Hoſti.quòd
omnes ſub Imperio degentes,cuiuſcunque ſint ſectæ,ſubia
cent legibus,& neceſſe habent ipſas obſeruare.aliàs, ſi res
exegerit,gladio ferientur.C.de iudi.l.2.& l.ne quis.ex hoc
18 infertur,†quòd cum lex humana perſequatur contrahen-
tes contra legem diuinam:etiam in hoc delinquentes per
ſecularem iudicem punientur:ſicut eſſet in pluralitate vxo
rum.vel ſi quis ducat vxorem per legem diuinam prohibi
tam.& ſic intellige.C.de inceſtis nup.l.3.& C.de Iude. l. ne
mo Iudeorum.nec in talibus excuſatur paganus , vt dicit
dicta.l.3.& not.ff.de his,qui not.infa.l.quid ergo. & l.libe-
rorum.& hoc verum , etiam ſi prætendat iuris ignorantiã:
cum ſit contra ius gentium,& naturale, in quo ignorantia
non excuſat,vt l.ſi adulterium cũ inceſtu.1. reſpõ. §.1.& 2.
19 ff.de adul.†reſponſio autem quare magis arctentur infide
les legibus:quàm canonicis conſtitutionibus,colligitur ex
diuerſitate cenſuræ.prima enim reſpicit corpora,& conſi-
ſtit in facto,quo ſic poſsint arceri corpora infidelium , ſi-
cut fidelium.cenſura verò Eccleſiæ reſpicit animas:& con
ſiſtit in iure.de verb.ſig.c. quærẽti. quia non poteſt arceri,
niſi fidelis,& inobediens Chriſtianus,vt patet hic, & ſupra
de re.ec.non ali.c. ſi quis.& hoc eſt,quod dixit Apoſtolus
[nihil ad nos.]&c.vt dixi ſupra in ſecundo not. ¶ Tertiò
op.ad fi.c.vbi dicitur,ꝙ fornicatio ante baptiſmum com-
miſſa poteſt obijci poſt baptiſmum. Sed contra : quia per
baptiſmum omne peccatum,& eius ſequela deletur.26. di
ſtin.c.deinde.32.q.1.c.quod autem.Sol.vt gloſ.fin. quæ di-
cit,ꝙ per baptiſmum tollitur omne peccatũ quò ad Deũ:
ſed non obligatio cum proximo iam contracta. ex delicto
enim offenditur Deus,& proximus.obligatio quò ad Deũ
tollitur per contritionem cordis,& fidem,quæ habetur,cũ
ſuſcipitur cum baptiſmo.ſed obligatio cum homine con-
tracta non ſoluitur tali modo.facit.j̃.de ſen.excom.c. cum
deſyderes.& l.venia.& quod ibi not.C.de in ius vo. Innoc.
20 & Hoſt.†dicũt,ꝙ per baptiſmum non debet tolli ius , quo
ligata erat adultera,ne virum repetere poſsit:quia per bap
tiſmum peccata tantùm dimittuntur & non lex.26.diſt. c.
acutius.& c.deinde.vnde de quolibet furto , & homicidio
ante baptiſmum commiſſo poterit accuſari,& puniri poſt
baptiſmum : quia licèt per ipſum remittatur peccatum
quò ad Deum,& quò ad legem promotionis, vt talis pro-
moueri poſsit:licèt crimen notorium fuerit.25.diſt.prima
& §.1.de homi.c.presbyterum.remanet tamẽ ligatus quò
ad temporales pœnas,ſicut & poſt pœnitentiam , per quã
etiam dimittuntur peccata.& ſic intelligitur de pęni. di. 4.
ſine

ſine pęnitentia tollitur etiam infamia:quæ in urgit ex peccato per baptiſmum,ſicut & ipſum pactum,vt dicto.c.de-
21 nique.†Irregularitas verò non tollitur,quæ ſuper peccato non fundatur:vt ſi iudex pronunciauit aliquem occidẽdũ. nõ enim ſic irregularitas in ſequela peccati : ſicut infamia. ſic enim irregularis eſt ſine peccato occidens: ſicut cum peccato.ne cle.vel mo.c.ſententiam.50. diſt.cap.1.& 2. de hoc in Spec.c.2.§.iuxta.verſi. pe.& quod ibi per Ioan. An. Hoſt.remittit ad not.in ſumma de homi.§.qua pœna. ver. lingua.& ſe.vel dic breuius,ſecundùm Hoſti.per baptiſmũ tollitur peccatum quò ad Deum:& ſatisfactionem ſibi faciendam:non quantùm ad ſatisfactionem faciendam homini:quia nec dimittitur peccatum,&c.14. q. 6. c. ſi res.q in idem recidit cum ſolutione gloſ. de qua ſupra dixi. ¶Quartò opp.dicitur in ver.nec vlli.ꝙ diuina reuelatione iſti patriarchæ plures vxores habentes excuſantur ab adulterio.Sed contra imò videtur tunc temporis licuiſſe habere plures:cum nõdum prodita eſſet lex Moſayca: ergo omnia licebant impunè.vt ſupra de conſtit.c.nam concupiſcẽ-
22 tiam.Solu.dicit Ioan.And.†licèt lex Moſayca non eſſet data:erat tamen lex naturalis,quæ etiam volebat,ꝙ quilibet homo ſuæ,& non alienæ vxori adhæreret. & ſic ſecundùm ipſam eſſet adulterium. niſi diuina excuſaret reuelatio. ¶Venio ad queſtiones.in verſi.quia verò. formatur quæ-
23 ſtio † ſi quis habens plures fœminas , vt vxores ad fidem conuertatur:quam ex eis debeat retinere: & non ſoluitur illa quæſtio in tex,Sed dicit gloſſ.quæ incipit ad iſtam &c. ꝙ indirectè ad iſtam.q.reſpondet.nam dum dicit, quòd nunquam licuit habere plures vxores : datur intelligi, ꝙ omnes ſuperinductæ poſt primam non ſunt vxores.nec cũ eis matrimonium.prima igitur erit vxor, ſecundùm gloſſ. aliæ verò non.Aduerte tamen,quòd Eccleſia filios ſuperinductæ ad fidem cum illis conuerſæ legitimat, vt ſupra qui fi.ſint le. cap.ſi.ſicut eorum ritus excuſat ab adulterio, vt in caſu ſimili.infra in fi.c.Ita propter fauorem prolis legitimi reputãtur,vt ibi.& quod dixi,quòd prima erit vxor intellige , ſi viuit . Si verò mortua ſit: qua tamen viuente cum pluribus alijs contraxerat: quæ illarum remaneat vxor,meritò dubitatur:& videtur,quòd neutra ſit vxor.ſupra de eo,qui duxit.c.ſi.Sed contra.eodem titu.c. 1. & infra §.ſi.ex his enim iuribus videtur , quòd ſi ſequens poſt primam vult in eum conſentire, cogitur illam recipere. Non ob.cap.fin.nam cum talis damnatio ſit de iure canonico : non ſubſunt pagani.& hoc potiſsimè in fauorem fidei eſt dicendum.argu.ſupra eodem titu.in prin.ad hoc l.q ſoluendo non erat,duos Apollonios. de hære. inſtituen. & iſta habent locum,cum conſtat de prioritate,vel poſteriori-tate:vt cum priore in tempore à principio: vel ſubſequẽ-
24 ter matrimonium eſſe intelligitur.†quid ergo dices,ſi Chriſtianus contrahat cum pluribus mulieribus vno & eodem momento,dicens [ego conſentio in vos omnes.] & mulieres vno orè,vel per procuratorem reſpondent. [ & nos in te.]videtur vxor illa,quam primò cognouit. argu.de condi.appo.c.de illis.& mutuò ſe impediunt. ff. de vſufruct.l. quoties.& idem ſi ſponſalia ſic ſint contracta: quia vbicunque matrimonium prohibetur,& ſponſalia.vt ff.de ſpon.l. oratio . & ideò carnalis copula non poteſt ratificare id, quod illicitum eſt.27.quæſtio.2.cap.nuptias. & hoc eſt verum ſecundùm Ioan.etiam ſi vna ſola ex illis ſit apta. cui concor.Vin.Hoſtien.& Phi. quia illi ſoli non intendebant ſe obligare inſolidum:imò æquè alijs ſe obligare volens agit contra ius vitæ indiuiduæ.32.quæſtio.2.cap.ſolet.vnde nõ eſt matrimonium.ff.de ſer.expor.l.ſi venditor. de con-
25 trah.emp.l.ſi in vendi. †ſimiliter in compromiſſo facto in liberũ,& in ſeruum:ratione enim mixturæ ſerui eſt omninò nullum.vt l.Pedius.de arbi.In contrarium allegat Ioan. And. C. de teſtamentis . l. hac conſultiſsi. §. ex imperfecto.& C.de don.l.ſancimus.& optimè dicta.l.qui duos.quæ probat , ꝙ altero mortuo matrimonium confirmatur cum reliqua:& directè loquitur in actu , cuius diſpoſitio cũ vno ſolo erat præmiſſa,& contracta cum duobus tenet, ſi alter
26 ex eis de medio ſubducatur.¶Secundò quæro.†vtrùm contumelia creatoris ſoluat matrimonium ipſo iure.glo.penul. ponit duas opin. prima eſt opin.Ioan. quòd ſic. compellitur tamen,ſi ille conuertitur,qui remanſit in infidelitate,ad matrimonium integrandum iure quaſi poſtliminij: & quodammodo cenſetur nouum matrimonium , vt no.s̃. eod.c. quantò.in glo.quæ incipit.ſcilicet qui conuertitur.in fin.ſecunda eſt opin. quòd matrimonium ipſo iure non ſoluitur: ſed effectus ſcilicet ius petendi debitum.pro hoc facit illud c. verſi.quòd ſi conuerſus.vbi dicitur , quòd ſi conuerſa ſequatur conuerſum:eam recipere compellitur . quod non eſſet,ſi matrimonium fuiſſet prorſus ſolutum. pro hoc etiam facit tex.in fi.c.vbi dicit, quòd poteſt ei obijcere præcedentem fornicationem.quod non poſſet,ſi matrimonium fuiſſet ſolutum,vt cap.quemadmodum.de iureiuran.Ioan. An. diſtinguit,cum quæritur vtrum contumelia creatoris ſoluat coniugium:ſic diſtingue. Aut loqueris inter fideles : & non extinguitur,vt ſupra eo.c.quantò.Aut inter infideles,quorũ alter eſt ad fidem conuerſus:& tunc aut infideli fuit dies aſſignata per iudicem eccleſiaſticum ad conuertendum : vel habitandum cum conuerſo ſine cotumelia creatoris:& tũc lapſo termino,ſolutum eſt vinculum matrimonij. ante verò quàm tranſeat ad alias nuptias: ſi ille, cui præfixus fuit terminus,conuertatur:cogitur eam recipere,lapſu termini nõ obſtante,argum.ff.de ceſ. bo. c.is qui.& c.ſi tibi abſenti.de præben. lib. 6. Si verò pendente compulſione contrahit cũ alia:tenet matrimonium ſecundo loco contractum:cum iã ſolutum eſſet primum vinculum,vt not.Cyn.de deſpon.impu.c.de illis.& ſ̃.de eo,qui duxit.c. 1.&c.veniens. aut auctoritate Eccleſiæ nullus terminus eſt præfixus: & tunc ſola vnius conuerſio non extinguit : nec diſſoluit matrimonium in infidelitate,& cum infideli contractum : & habet locum ſecunda opin.huius glo. ¶Tertiò quero. text. iſte loquitur in matrimonio infidelium,quod non ſtatim ſoluitur,altero ad fidem catholicam conuerſo: & vtroque conuerſo matrimonium inter eos durat : etiam ſi contractum erat in gra-
27 du prohibito lege canonica,vt ſupra in prin.† quid ergo dices de dote,an circa dotem habebunt priuilegia,de quibus dixi s̃.de pigno.c.ex literis.videtur , quòd non , vt l. 1.C.de hæred.& Auth.ibi poſita.& in Authẽ. de priuile. do.hered. mulieri.non præ. col. 8. ¶ In contrarium facit fauor fidei: propter quam aliquando aliquid contra ius commune ſtatuitur.s̃.de conuer.infide. ca.fin. & hanc ſecundam partem tenet Ioan.And.Non obſtant præal. l. 1.& Auth. ibi poſita. quæ videtur perſequi omnes non baptizatos : nam & ſi ita verba ſe habeant:reſtringenda tamen ſunt ad illos tantùm, qui ſemel fidem catholicam aſſumptam prævaricati ſunt: qui deteriores ſunt,quàm alij infideles,vt s̃.c.quãtò.§. ſi vero.& etiam in excommunicatis intelligitur.aliud autem eſt dicẽdum de Iudæis,qui ab Eccleſia tolerantur: & de paganis,qui baptizantur:ne per contrariam interpretationem à conuerſione retrahantur,arg.huius cap.poſt prin.ad hoc.s̃. de apoſta.cap.quidam.in fi.de leg. 3.non aliter. & de leg. l. ſcire.hoc probatur in præal.Authen.de priuile.do. §. pe.ibi [ ſed ſint eis inaggreſsibilia.] &c.& hoc eſt, quod dicit lex antiqua [ lapſis enim errantibus ſubueniri. ] id eſt Iudæis, & paganis. perditis verò hoc eſt baptiſma ſacrum profanãtibus nunquam.C.de apoſta.l.hi qui.in fi.Ita dicit Ioan.An.
28 ex cuius dictis habetis, † quòd mulier hæretica per reuerſionem ad fidem non recuperat priuilegia dotis amiſſa propter hæreſim:pagani verò,& Iudæi in ipſa conuerſione talia



lia priuilegia nanciſcuntur. de hoc etiam not. gloſſ. in dicta Authen.de priuile.do.ante fi. ſoluendo contrarium de dicta l.hi qui.

### SVMMAE.

1 *Papa mouetur ad diſpenſandum ex cauſa.*
2 *Conuerſi ad fidem ſicut tolerantur in matrimonio cõtracto in gradu conſanguinitatis prohibito lege canonica:ita etiam in gradu affinitatis.*
3 *Tolerantia,qua tolerantur conuerſi ad fidem,intelligenda eſt,ſi contraxerint ſecundùm legem.*

DEus. Ponit diſpenſationem Eccleſiæ cũ nouiter conuerſis : vt vtantur matrimonio cum relictis fratribus ſecundùm legẽ Moſaycam.de qua l.habetur Deute.c.25. ¶No.†ꝙ ex cau-
1 ſa Papa mouetur ad diſpenſandum . & eſt iuſta cauſa gentis infirmitas.illi enim, qui de nouo ad fidem conuertũtur, leuius ſunt tractandi.vnde Apoſtolus.i.ad Cor.3.[Tanquã paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi,non eſcã.]& Imperator oſtendens à leuioribus inchoandum,dicit: [vt rudis animus ſtudioſi ſimplicibus enutritus facilius ad altioris prudentiæ redigatur ſcientiam.]in l.j.an fi. C.de ve.iure
2 enu.¶Secundò no. †ꝙ ſicut conuerſi ad fidem tolerantur in matrimonio contracto in gradu conſanguinitatis prohibito lege canonica,vt ſupra cap.proxim.ita etiam toleran-
3 tur in gradu affinitatis.¶Tertiò no.†quòd ita demum iſta tolerantia eſt ſeruanda,ſi ſecundùm legem veterem cõtraxerint.aliàs contra,vt ſupra cap.proxi. de pluralitate vxorum omni iure reprobata : ideò non tolerantur : vt ibi. ¶Quartò no.quòd iſta tolerantia habet locum in actibus præcedentibus baptiſmum.non in ſequentibus. dixi s̃.cap. proxi.& concor.s̃.de conſe.ec.vel alta.c.aqua. de iureiurã. cap.quemadmodum.

# De dona.inter virum & vxorem.

### SVMMAE.

1 *Dos quid ſit ſecundùm Azonem. Alia dotis diffinitio Bar.nu.2.*
3 *Sententia,quæ fertur in iudicio,vniuerſaliter debet continere certum,reſpectu vniuerſi.*
4 *Dos quòd ſit de iure gentium.*

DIctum eſt ſupra de diuortijs: verùm quia poſt diuortiũ debet dos mulieri reſtitui : & donatio ꝓpter nuptias viro. Ideo ſubijcit hanc rubricam , de cuius materia habetur de conſue.c.pe.de iureiuran. c.cum contingat.de emp.& vend.c. peruenit. de pigno.c.ex literis.de conuer.coniu.c.ex publico . de coniu. ſeruo.c.2.de iureiuran. c. licèt.lib.6. ¶Super iſta rubrica
1 quæro,†quid eſt dos.reſpondetur,quòd Azo in ſumma.de iure do.ſic diffinit. dos eſt,quod à muliere,vel eius patre, marito, vel eius patri propter onera matrimonij datur : vt perpetuò ſit penes eum.Bar.aliter dicit in rubrica.ff.ſoluto matrimon.dicit enim,quòd dos eſt ius quoddam in ſe continens quod à muliere,vel eius patre:marito, vel eius patri traditum eſt propter onera matrimonij ſuſtinenda.ex qua
2 diffinitione infert,quòd † dos eſt quoddam ius vniuerſale & incorporale;ſicut hæreditas:patrimonium:& peculium. ff.de impenſis.l.quod dicitur.& ibi textus. & glo.& probatur:quia fructus augent dotem : ſicut petitionem hereditatis,vt l.ſi marito.§.fin.ſolu.matrimon.coniuncta l.item veniunt.§.fructus.de peti.hæred. & l.peculium naſcitur. ff.de pecu.præterea in vniuerſalibus pretium ſuccedit loco rei: ſecus in ſingularibus iudicijs:vt l.ſi & rem & pretium.ff.de petitio.heredita.& l.Imperator.in fin. de leg. 2. ſed in dote pretium ſuccedit loco rei.ff.de verbor.ſignifica. l.labeo.& Sabinus.§.idem ſi dominus.in prima charta. ¶Sed contra iſtam opin.videtur l.ſi.C.de ſen.quæ ſine cer.quantit. ſolu.
3 †ſententia,quæ fertur in iudicio vniuerſaliter debet continere certum reſpectu vniuerſi:ſed incertitudo, quæ eſt reſpectu particularium,quæ continentur ſub vniuerſo, nõ vitiat,vt l.i.in glo.magna.ff.de eden.& ſupra de offi.ord.cap. conquerente.per Innocen.Sed in dicta l.fina. fuit ſententia incerta reſpectu ipſius vniuerſi:non enim declarauit ibi iudex dotem datam eſſe,nec quantitatem dotis: ſed ſi declaraſſet dotem datam eſſe,licèt non quantitatem,valet.& probatur hoc in l.fin. eodem titu. ibi [ libellus admittitur, in quo dos petitur:licèt quantitas non exprimatur.] Item dicta determinatio videtur contra l.ſi peculium. in princi. de pecu.lega.vbi dicit corpora vendicanda. cui Bar.ſic reſpondet.quòd quædam eſt vniuerſitas corporum,vt grex: & illa vniuerſaliter poteſt vendicari,& perſonali actione peti , vt l.j.in fi.& l.ſe.de rei ven. quædam eſt vniuerſitas corporum iurium,vt peculium:hæreditas:dos:& ſimilia.tunc ſi perſonali,vel mixta agatur:poteſt vniuerſaliter peti.aut agitur in re reali:& tunc ſunt corpora deſignanda,vt dicta l.ſi peculium.ratio quia ipſa iura perſonalia non poſſunt vendicari,vt l.ſi ager.de rei vend.& ff.quorum bono.l.fina.ita dicit
4 Bar.ſuper dicta rub.ibi vltimò quærit. † an dos,ſiue contractus dotium ſit de iure gentium , vel ciuili . dicit , quòd de iure gentium. allegat caſum l. eas . de cap. dim. ad hoc facit quia non eſt de exceptis,qui ponuntur in l. ex hoc iure.de iuſti.& iure.

### SVMMAE.

1 *Dos debet reſtitui vxori , quæ ſeparatur à viro iuſta de cauſa.*
2 *Res empta de pecunia dotis putatiuæ efficitur quaſi dotalis .*
3 *Maritus ſi recipit magnam dotem, cuius obtentu implicuit ſe in multis mercantijs,& aduerſa fortuna omnia perdidit : an ſeparato matrimonio propter impedimentum poſſit conueniri , vltra quàm poſſit facere .*
4 *Maritus in vera dote, & in alijs contractibus initis cũ vxore an conueniatur inſolidum: vel quatenus facere poteſt.*
*Et quid ſi maritus non habet vltra quàm egeat:& uxor ſit pauperrima.nu.5.*
6 *Maritus ſi perdidit bona propter culpam ſuam : an perdet illud beneficium,vt non poſſit conueniri, niſi quatenus facere poſſit,*
7 *Maritus conuentus ſi negat matrimonium,vel dotem,et conuincitur:an perdat beneficium , ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt.*
*Et quid ſi poteſt ſibi quærere victum ex opera ſua. numero 8.*
9 *Maritus per pactum an poſſit renunciare beneficio: vt conueniatur vltra quàm facere poſſit.*
10 *Maritus ſoluto matrimonio ſi paciſcatur reddere inte-*

 gram

*gram dotem: an tunc perdet beneficium, ne conueniatur, &c. per tale pactum.*

11 *Tutus beneficio, vt non conueniatur, niſi inquantũ facere poteſt. ſi ſoluerit totum: an poſſit repetere.*

12 *Fructus percepti de rebus dotalibus, an veniant in reſtitutione dotis.*

13 *Vendidit aliquis prædium poſt fructus perceptos: ante tamen penſionem ſolutam: an tota penſio debeatur emptori.*

14 *Matrimonium contractũ fuit, & prædium promiſſum traditum viro dudum poſtea. vel traditio prædij, & receptio fructuum præceſſit matrimonium: an computabitur annus à die traditionis: vel à die nuptiarum quò ad diuiſionem fructuum.*

15 *Fructus an lucrabitur interim, qui duxit puellam minorem 12. an. cum qua non poteſt eſſe matrimonium de iure: & ſubit onera eius.*

16 *Mulier dedit caſtrum in dotem cum iuriſdictione. durãte matrimonio contingit, quòd ſunt commiſſa per ſubditos delicta: ex quibus ſunt bona publicata: & aliæ condemnationes, & mulctæ impoſitæ: an iſta deberent reſtitui mulieri.*

17 *Grex ouium ſi datus eſt marito in dotem: omnia, quæ naſcentur, pertinebunt ad eum, grege ſemper ſaluo.*

18 *Notarius reliquit vxori vſumfructum omnium bonorũ ſuorum: an habebit lucrum proueniens ex exemplatione protocollorum.*

19 *Matrimonium ſoluitur de menſe Iunij, vel Aprilis: hæredes viri volunt colligere meſſes, & vindemiam futuram, antequam prædia reſtituant vxori: illa dicit, ꝙ vult eos percipere, & tradere eis pro rata huius vltimi anni: cuius erit electio.*

20 *Expenſas factas in rebus dotalibus an ſoluto matrimonio poſſit vir, vel eius hæredes imputare vxori: vel eius hæredibus. & nu. 21.*

*Et quid ſi vno anno pro cultura plus impendit, quã percipiat: an illas expenſas poſſit deducere de fructibus vltimi anni. & nu. 22.*

23 *Expenſæ factæ pro cuſtodia caſtri in dotem, an compenſentur cum fructibus inde perceptis.*

24 *Mulier dedit viro in dotem nomen debitoris, in cuius exactione vir expendit. 10. in iudicio: an illa decem ſoluta poſſint compenſari.*

MVlieres. Nota tria dicta. primum, ꝙ dos debet reddi. ſecũdum, quòd mulieri. tertium, quòd ſoluto matrimonio. Ad primum opp. & videtur, quòd dos non debeat reddi. vt l. Lucius. ff. ſolu. mat. ſolu. glo. j. l. 2. ff. ſolu. matri. dicit, quòd fallit, ſi culpa mulieris matrimonium ſit ſolutum: & procedit illud contrarium, ſecundùm iura Digeſto. quæ pertinebant ad diuortia. idem hodie, ſi mulier ſciret propter aliquod impedimentum matrimonium non tenere, & contraxiſſet: perderet enim dotem datam, vt infra eod. cap. & ſi neceſſe. vbi de hoc. fallit etiam ſi pactum fuerit appoſitum de dote lucranda. in Authen. de ſan. epi. §. ſi verò conſtante. niſi & hoc caſu vir deliquerit, negligendo fortè vxorem infirmam: vel eam occidendo, vt ff. ſoluto matrimon. l. ſi ab hoſtibus. §. fina. & niſi matrimonium ſit ſolutum, ſuperuiuente muliere: quo caſu pactum non operatur, vt l. 2. de pact. do. fallit etiam in l. pollicitatione. C. de don. ante nupt. ¶ Ad ſecundum, ſcilicet quòd debet fieri reſtitutio mulieri. oppo. de l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. act. ſolu. regulariter verũ eſt, quod hic dicitur: fallit, cum extraneus ſtipulatus eſt dotem ſibi reddi. Item fallit in dote profectitia: in qua quid iuris ſit. infra ſubdam. ¶ Ad tertium ſcilicet, quòd fieri debeat reſtitutio ſolut. matrimon. oppo. & videtur, quòd quandoque ante, vt l. ſi conſtante. ff. ſolu. matrimon. fallit ibi, & in aliis caſibus no. in dicta l. 2. ff. ſoluto matrimon. ¶ Vlterius aduertendum, quòd glo. magna tractat tres materias. prima eſt de illo beneficio, quòd maritus conueniatur, quatenus facere poteſt. ſecunda eſt, an ad reſtitutionem fructuum teneatur. tertia, an ſit habenda ratio expenſarum factarum à marito. expediam ipſam ꝑ tres principales quæſtiones, & multas acceſſorias. quartò & vltimò examinabo, cui fieri debeat dotis reſtitutio, ſolu. matrimon. & hoc etiam per plures quæſtiones: expediam ta-
1 men primò vnam oppoſitionem. ¶ Op. dicitur hic, † quòd ſeparata vxore à viro iuſta de cauſa, tota dos debet reſtitui mulieri. Sed contra, imò videtur, quòd non tota: ſed quatenus maritus facere poteſt, deducto ne egeat, vt l. vna. §. cũ autem. de rei vxor. action. & l. non tantùm. de re iudi. ſolu. glo. dicit, quòd tota debet reſtitui, ſi totum poteſt. & ſic intelligitur iſte tex. aliàs inquantum poteſt, vt in contrario. Ioann. And. reprobat iſtã gloſſ. & dicit pro & contra. & dicit, quòd eſt contra tex. qui dicit [totam.] &c. reſpondet ergo aliter & ſic. quia hic loquitur in alio, qui non eſt verus maritus: ſed putatiuus, qui ſeparato matrimonio propter conſanguinitatem: vel aliud impedimentum, non habet hoc beneficium: nam ponendo mulierem fuiſſe ignarã: iura plus fauent mulieri, quàm viro: & meritò quia rem dedit, & pretium numerauit, & tractat de damno vitando. j. eo. cap. nup. & de priuile. credi. l. 2. §. fi. & l. ſeq. Item non ſupereſt aliqua cauſa beneficii: quia ſi non eſt matrimonium, ille non eſt maritus, nec illa vxor. Item ſi non eſt dos: nec actio de dote locum habet: ſed condictio ob cauſam, vel ſine cauſa, vt no. infra eod. c. de prudentia. ceſſat ergo maritalis reuerentia: de qua loquitur. §. cum autem. præallega. ceſſet ergo beneficium. de app. cap. cum ceſſante. iſta ſunt verba nouellæ: contra cuius opi. fortiter facit l. ſi cum doté. §. ſi mulier. ff. ſolu. matrim. & l. 2. §. fina. cum l. ſeq. ff. de priuile. cred. vbi tex. dat priuilegium mulieri in iſta quaſi dote recuperanda: habet enim iſta dos putatiua priuilegium in
2 perſonali, vt ibi. † Item res empta de pecunia dotis putatiuæ efficitur quaſi dotalis, ſicut empta de pecunia dotis veræ, vt l. ita conſtante. de iure do. Item habet priuilegium de tacita hypotheca, & priuilegiata, vt ibi per Bar. & per Cyn. in l. aſſiduis. in 6 queſt. qui po. in pign. hab. Si ergo mulieri iſta priuilegia reſeruantur ad recuperandam iſtam dotem putatiuam: non occurrit ratio, quare vir non habeat priuilegium ex parte ſua, vt conueniatur inquantum facere poteſt: cum vir & vxor non ad imparia iudicentur. s. tit. j. c. gaudemus. facit quod not. j. eod. cap. plerique. in gloſſ. magna. vbi tenet glo. quòd mulier perdat iſtam quaſi do-
3 tem, ſi durante hoc matrimonio putatiuo fornicatur. † qd enim ſi maritus recepit magnam dotem: cuius obtentu implicuit ſe in multis mercantijs: & aduerſa fortuna omnia ꝑdidit: an ſeparato matrimonio propter impedimentum, dicemus æquum, hunc conueniri vltra quàm facere poſſit? certè non videtur: & eſt vtilis iſta inueſtigatio propter fructus, quos maritus, & iſte putatiuus ex rebus in dotem traditis percepit: an omnes lucrabitur iure mariti, vel ſolùm vſque ad concurrentem quantitatem expenſarum. & quòd non lucretur vt maritus: ſed iure bonæfidei poſſeſſoris, eſt tex. in l. inſulam. §. fructus. §. ſolu. matrim. de iſtis fructibus dicam. j. ¶ Sed redeundo ad propoſitum, ex prædictis patet, quid iuris de reſtitutione iſtius quaſi dotis, an maritus putatiuus conueniatur inſolidum, vel quatenus facere põt.
4 ¶ Sed quæro primò principaliter † quid iuris in vera dote: & quid in alijs contractibus initis cum vxore, an maritus conueniatur inſolidum: vel quatenus &c. gl. hic tãgit. Sed pro declaratione materiæ plenius ſic diſtingue: aut maritus conuenitur actione in rem. & nõ habet beneficiũ; quia conuenitur vt quilibet poſſeſſor, non vt maritus, vt. ff. de re iudi. l. Neſennius. §. fundum. aut conuenitur actione perſonali: & tunc, aut deſcendit ex maleficio: & non habet beneficium. vt l. ſi rerum. de re iudi. aut deſcendit ex contractu, vel quaſi. & tunc aut ex contractu dotis: & habet beneficium, vt l. maritum. ff. ſoluto matrimonio. & Inſti. de ac. §. item ſi de dote. niſi illud beneficium perdiderit, vt l. etiam §. licèt. ſoluto matrimonio. Aut conuenitur alia actione: & tunc ſiquidem ſuccedit in locum actionis de dote: & ſubdiſtingue; quia ſuccedit propter negligentiam, vel culpam viri: & perdit beneficium, vt l. diuortio. de nego. geſt. ſi verò ſine culpa ſua: & non perdit illud beneficium. de conſtitu. pe. l. 3. Si verò conuenitur alia actione prorſus extranea ab actione de dote: tunc glo. ſunt contrariæ. nam in l. maritũ. diſtinguit. aut conuenitur conſtante matrimonio: aut poſt. idem no. in l. non tantum. de re iudi. alibi glo. non curat de hoc, quando conueniatur: ſed quando fuerit celebratus contractus, ſcilicet an conſtante matrimonio: aut poſt. ita no. in dicta l. diuortio. de nego. ge. & ita tenet Dy. Inſti. de ac. §. præterea. & Bar. in dicta l. maritum. ¶ Sed incidenter quæritur. ego dixi, quòd verbum [quatenus facere poteſt.] intelligitur deducto ne egeat. vt l. in condemnatione. ff. de
5 regu. iuris. † quid ergo ſi maritus vltra quàm egeat, non habet: & mulier eſt pauperrima. Iaco. de Are. dicit mulierem præferendam; quia omnis charitas incipit à ſeipſo, vt l. præſes. de ſerui. præterea in cauſa pari mulier præfertur, vt l. aſſiduis. C. qui po. in pig. ha. facit l. ſi quis à liberis. §. de alimentis. de li. agno. Item in pari cauſa præfertur ille, qui certat de damno vitando: vnde cum hoc caſu vterque non habeat vnde viuat: æquius eſt mulierem præferri, quæ ſuum
6 repetit, arg. l. fi. C. de codi. Quid dices ſi † maritus perdidit bona propter culpam ſuam: an perdet illud beneficium? gloſſ. quòd ſic in l. verum. §. tempus. ff. pro ſocio. contrarium not. C. de rei vxo. act. §. cum aũt. & illa vera probatur per text. in l. licèt. vbi dicit, quòd tenetur de culpa: non
7 tamen propter eam beneficium perdit. † Sed pone, quòd maritus conuentus negauit matrimonium, vel dotem, & conuincitur: an perdat dictum beneficium. dicit Barto. quòd quandoque negat quis illud, quod eſt cauſa beneficij. & ſi neget matrimonium: & tunc perdit beneficium: ſicut ſocius, qui negat ſocietatem. ff. pro ſocio. l. ſi vnius. §. fi. ff. de re iudi. l. ſed ſi ita. in fi. & l. ſi dubitetur. de fideiuſſo. ſimile in liberto, qui impetrauit ius annulorum aureorum: nam perdit illud, ſi negat ſe libertum. C. de iure annu. au. l. fina. & facit quod no. in l. quod fauore. de legi. Si verò non negat matrimonium, ſed negat dotem datam: vel aliàs contractum celebratum: tunc beneficium non perdit, vt l. penul. cum ſua gloſſ. qui bon. ce. poſſ. ita dicit in dicto. §. licèt. circa illud beneficium etiam hoc not.
8 † quòd ſi perſona mariti ſit talis: vt ex opera ſua poſſit ſibi quærere victum. conuenietur, non habita ratione, nec deducto ne egeat. Ita dicit gloſſ. in l. ſi maritus. ff. ſoluto matrimo. quod not. pro omnibus, qui habent dictum beneficium, qui ſunt multi, vt l. ſunt qui dã. ff. de re iudicata.
9 ¶ † Quærit etiam circa hoc glo. vtrùm poſſit huic bene-
a ficio renunciari: vt maritus conueniatur per pactum, vltra quàm facere poſſit. dicit gl. quòd non, per l. alia. §. eleganter. ff. ſol. matri. Sed cõtra. quilibet põt renunciare fauori pro ſe introducto, vt C. de pac. l. ſi quis in conſcribendo. & l. ſi conuenerit. de re iudi. ſo. dicit Bar. in dicto §. eleganter. quandoque quis habet illud beneficium propter reuerentiam debitam perſonæ: & huic non poteſt renunciari; quia eſſet contra bonos mores. & ita loquitur §. eleganter. ſimile in clerico, qui conuenitur inquantum facere poteſt ad inſtar militis terreſtris, vt dixi. s. de ſolu. c. Odoardus. quia enim propter reuerentiam perſonæ ſibi conceditur: renunciare non poſſet. quandoque habet quis iſtud priuilegium ex natura cõtractus, vt in contractu ſocietatis: & tũc poteſt renunciari, vt dicta l. ſi conuenerit. quia non eſt contra bonos mores, vt faciamus contractum, vt nobis placet. & hæc vera, quando pactum illud ſit conſtante matrimonio, vel ante: & confertur in tempus matrimonij, vel poſt
10 eum ſolutum. ¶ Quid ergo, † ſi ſoluto matrimonio, maritus paciſcatur reddere integram dotem. an tũc perdat dictum beneficium propter tale pactum. gloſſ. in præalleg. §. dicit, quòd nec etiam tunc valet, arg. ff. de reli. & ſump. fu. l. quod ſi nulla. & hoc tenet Dy. propter reliquias præcedentis reuerentiæ: quæ durauit, ſolu. matrimo, vt l. prima. & ſecunda. ff. rerum amo. & l. vnius. §. ſeruus. de quæſti. Item quia ſi pactum ſit conſtante matrimonio, confertur in tempus ſoluti matrimonij: & tamen non valet, vt in præalleg. ll. ergo ſimiliter nec ſi fiat ſolu. matrimo. quia paria ſunt fieri tempore permiſſo, & conferri in tempus prohibitũ: & fieri ipſo tempore prohibito, vt l. quod ſponſæ. ff. de dona. inter vi. & vxo. Guli. de Cug. tenet contrarium in l. diuortio. de neg. geſt. & dicit, quòd eſt caſus ibi, vbi actio de dote transfertur in aliam actionem, ſoluto matrimonio: abſque hoc beneficio, quòd non fieret, ſi eſſet cõtra bonos mores. pro hoc de pac. do. l. licèt. & l. ſeq. & iſtam opin. tenet Barto. in dicto. §. eleganter. Non obſt. ratio Dyn. Nam reliquiæ reuerentiæ non durant in negotio geſto ante: nec in eo, quod poſtea fit. Nõ obſt. quod dicit, quòd paria ſunt aliquid fieri certo tempore: vel fieri alio, & conferri in illud. nam illud eſt verum, niſi tempore, quo fit, certa habilitas requiratur, vt l. ſi ſeruũ: §. in extraneis. de hæred. inſtitu. & l. ſi minor. de ſer. expor. Ita hic requiritur, quòd tempore, quo fit, nulla ſit debita reuerentia. Ex prædictis apparet, quòd illud pactum, quòd maritus conueniatur inſolidum, non firmatur iuramento. quia eſt contra bonos mores. ergo, &cæ. vt in regu. non eſt obligatorium. de regu. iuris. lib. ſexto. & ita tenet Bart. poſt glo. in dicto §. eleganter. ¶ Vltimò circa illud beneficium,
11 tangit glo. † vtrùm tutus illo beneficio, ſi ſoluit totum, poſſit repetere. gloſſ. dicit, quòd non. Sed gloſſ. in l. rei iudi. §. ſi in iudicio. diſtinguit; quia aut ſoluit ante ſententiam: & poteſt repetere. aut poſt: & tunc ſecus; quia eſt tutus exceptione doli odioſa. Contra iſtam diſtinctionem facit. quia illa exceptio eſt dubia. nam fortè maritus peruenerit ad pinguiorem fortunam: & fortè non. ergo interim ſoluens poteſt repetere, vt l. ſufficit. de condi. inde. In contrarium facit l. nam & ſi maritus. eodem titu. vnde dicit Dyn. quòd quædam eſt exceptio dubia: quæ tollit naturalem obligationem, vt exceptio pacti. & tunc quocunque errore ſoluatur, repetitur, vt dicta l. ſufficit. quædam eſt exceptio dubia: quæ non tollit naturalem obligationem, vt eſt illa exceptio, quatenus facere poteſt. &c. vt no. in l. vbicunque. de fideiuſſo. & tunc ſi ſoluitur errore facti: repetitur, vt gloſſ. in dicto. §. ſi in iudicio. ſecus ſi errore iuris, vt l. cum quis. de iuris, & fac. ignoran. Ita dicit Dyn. Barto. in dicto. §. ſi in iudicio. indiſtinctè tenet, quòd tutus iſta exceptione ſoluens non repetat; quia iſta eſt exceptio temporalis, non dubia: quia ius præſumit quem deuenire ad pinguiorem fortunam, vt l. cura. §. deficientium. de mu. & hono. & l. ſi defunctus. C. arbi. tut. & hoc tenet Cyn. in dicta l. cum quis. & Guil. & Iacob. Butrig. in l. nam ſi maritus. de condi. inde. nam & alio reſpectu eſt temporalis: quia talis exceptio non tranſit ad hæredes extraneos: nec ad filios alte-

alterius matrimonij: ſed eiuſdem matrimonij tantùm, vt
not.in l.ſi cum procura.& l.ſciendum.de re iudi.& Inſti. de
ac.§,item ſi de dote.licèt glo.teneat contrarium l.etiam. ff.
ſolu.matr.& Cyn.no.in l.aſsiduis.§.exceptio. C. qui pot. in
pig.ha.& per illa ſit expedita prima pars huius glo.magnæ
Ber. quæ tractat de illo beneficio non plenè: vt vidiſtis.
12 ¶ † Secundò principaliter quæro de fructibus perceptis de
rebus dotalibus,an veniant in reſtitutione dotis. glo.tangit
nimis breuiter: ideò ſic diſtingue.aut fructus percipiuntur
ante matrimonium contractum: & tunc ſi percipiuntur à
muliere,remanent apud eam,vt l.diuortio.in princip. ff.ſol.
matrimo. verſi. apparet.aut à marito :& cõuertũtur in do-
tem,vt l.ſi ante.in fin.eodem tit.& l. dotis fructus.§.primo.
ſecundo reſpon.& l.ſi ſeruo.in fin.de iure do.& l.videamus,
§.interdum.de vſur.aut matrimonio conſtante,& ante vlti-
mum annum matrimonij inchoatum. & in reſtitutionem
non veniunt:ſed remanent apud maritum pro onerib. ma-
trimonij,vt dicta l.dotis fructus. in princip. & l. pro oneri-
bus.C.de iure dot.aut percipiuntur vltimo anno matrimo-
nij,& eo conſtante:& iſti diuiduntur pro rata,vt dicta l. di
uortio. in princip. & §. interdum.Aut vltimo anno matri-
monij,& eo iam ſoluto:& iſti ſimiliter diuiduntur, vt præal
leg.prox.iuribus: aut percipiũtur poſt matrimonium diſ-
ſolutum,& finito vltimo anno matrimonij:& iſti non diui-
duntur, imò mulieri reſtituuntur. ff. ſoluto matrimo. l. ſi
mora.& C.de rei vx.act.§. fructus.iſta eſt diſtinctio Dy. in
dicta l.diuortio.§.item ſi meſſes.contra quam opinio.in eo,
quòd dixi diuiſionem fructuum faciendam inter maritum,
& hæredes mulieris,vel econuerſo.nam videtur,quòd ſolu-
to matrimonio, cõſiderandum ſit tantummodo,an ſint fru
ctus tunc recollecti: & pertineant ad maritum. an non: &
pertineant ad vxorem, vel hæredes eius. ſic enim dicimus
decedente fructuario:vt fructus exacti ſequantur eum: pen
dentes verò proprietarium,vt l.defuncta.ff.de vſufruct. ſo-
lu.dicit gloſſ.in dicta l.diuortio.aliud in vſufructuario:aliud
in viro.ratio differentiæ eſt: quia vir percipit fructus re-
ſpectu onerum matrimonij, vt dicta l. pro oneribus. vnde
pro parte illius anni,quo onera ſuſtinuit: lucratur fructus.
ſed fructuarius percipit fructus propter ius: quod habet,
non per reſpectum ad aliquod aliud onus. vnde eo ipſo,
quòd percipit, facit eos ſuos irreuocabiliter. & ſi decedit,
antequam percipiat: perdit ius percipiendi totaliter, vt di-
cta l.defuncta.& his applicatur quæſtio,in qua Dynus con
13 ſuluit. † Videlicet, quòd ſi aliquis vendidit prædium poſt
fructus perceptos (tamen ante penſionem ſolutam) quòd
tota penſio debeatur emptori. Sed contra hoc facit de act.
empt.l.Iul.§.ſi fructibus.ſolu.dicit Dyn.fateor,quòd perci
pit venditor penſionem: tamen emptori reſtituere tenetur.
quod non placet Bar.in l.fin.§.fin.ff.de iure fi. vbi ita dicit.
quandoque ſunt fructus naturales: tunc (quia ſunt pars
rei) ſine dubio cedunt rei venditæ,vt l.fin.§.vt fructus.ff.de
his,quæ in frau.cred.& dicto.§ ſi fructibus.fallit in fiſco,cu
ius emptor tenetur ſtare colono, quando ex re ſunt perci-
piendi fructus induſtriales:qa fortè naturales nulli ibi ſunt.
vt in ſeruo:naue:domo.& ſi.vt l.ſi nauis.ff.de rei vend.tunc
pro præterito ante venditionem dicit eſſe venditoris. pro
futuro debent eſſe emptoris, vt dicto. §. fructibus. & quod
ibi not.quandoque in re ſunt fructus naturales:ſed eius oc-
caſione pretium, vel penſio debetur. vt in fundo locato.
& iſto caſu dic, quòd quandoque ad emptorẽ ius coloni
tranſit de neceſsitate(vt in eo,qui emit à fiſco:)& tunc tran
ſit ad eum ius coloni,inſpecto tempore, quo penſio debet
ſolui,vt dicta l.fi.de iure fiſci.quandoque ad eum non tran-
ſit ius coloni de neceſsitate,vt in emptore priuati: tunc pu
tat Barto. quòd debeat inſpici tempus, quo fructus perci-
piuntur.quandoque reſpectu fructuum debetur penſio, vt
dicta l.Iul.§.ſi fructibus in prædio ſtantibus. videtur enim,
quòd diuidantur: nam ſicut ceſſat quæſtio lucri percipien-
di poſt matrimonij diſſolutionem (& ideò diuiduntur fru-
ctus pro rata)ita & hic:& eſt expreſſum.decima coll.hic fi-
nitur lex.deinde incipit regia conſtitutio.§.penul. ¶ Iuxta
14 prædicta quæritur. † pone, quòd contractum fuit matri-
nonium: prædium tamen promiſſum traditum fuit viro du
dum poſtea.vel quòd traditio prædij, & receptio fructuum
præceſsit matrimonium:an computabitur annus à die tra-
ditionis:vel à die nuptiarum quò ad diuiſionem fructuum?
gloſſ.tangit illa dubia in l.de diuiſione.ff.ſolu.matrimo. vbi
Barto.ſic diſtinguit.aut traditio præceſsit nuptias:& inſpi-
citur tempus nuptiarum,vt l.ſi ante.ſolu. matrimo. aut nu-
ptiæ præceſſerunt,& traditio eſt ſequuta: & tunc,aut dota-
uit mulierem extraneus: aut ipſa ſeipſam. primo caſu an-
nus computabitur à die traditionis: niſi mora præceſſerit
per interpellationem,vel curſum biennii,vt l.fin.§.fin.de iu
re dot.tunc enim quò ad extraneum incipit mora. Aut mu
lier dotauit ſeipſam:& tunc aut vir non ſuſtinuit onera ma-
trimonij poſt nuptias:& ab illo tempore non connumera-
tur annus,argum.l.ſi inſulam.§.ſi vſu.ff.ſolut. matrimonio.
& l.fi.de li.exhib.aut ſuſtinuit onera:& tunc aut per eum ſte
tit,quominus fundum recuperet,niſi fuerit interpellatus: &
connumeratur annus à tempore ſolutionis,vt dicta l. de di
uiſi.ſecundùm vnam lecturam. Aut per eum non ſtetit: &
tunc aut mulier fructus non percepit:& idem,vt ibi, ſecun-
dùm aliam ſolu. Aut mulier fructus percepit: & connume-
ratur annus à tempore ſuo: quo vir incepit onera matri-
monij ſuſtinere; quia mulier eſt in mora re ipſa, poſtquam
vir ex parte ſua implet contractum, onera ſcilicet matri-
monij ſuſtinendo. In contractibus enim reciprocis imple-
mentum ex parte vnius inducit moram ex parte alterius,vt
l.Iul.§.ſi fructibus.de actio. empti. Circa iſtud lucrum fru-
ctuum,quos maritus percepit à prædijs datis in dotem.quę
15 ro de tali queſtione. † aliquis duxit puellam minorem 12.
annis,cum qua non poteſt eſſe matrimonium de iure:& ſu-
bit onera eius: an interim lucretur fructus. dominus Ioan.
And. tangit hic, remittẽs ad Spec. eodem titu. §. ſecundo.
verſi.quid ſi mulier.gloſſ.Ac.in l.ſi ante,ff.ſolu.matrimo. te
net,quòd non lucratur: quia ad hoc, vt lucretur, debet in-
ſpici tempus nuptiarum: quod hic eſſe non poſſet, vt l.hęc
conditio filiæ.ff.de conditio. & demonſt. & hoc de rigore.
ſed Azo,de æquitate,dicit,quòd lucratur:quia eadem eſt ra
tio in viro: quia ſubijt onera.& ita dicit, quòd ſeruatur Bo
noniæ.& iſtam æquitatem firmat glo. in l. dotis fructus. de
iure do.& eam remittit Specu.vbi ſupra.& Hoſtien.in ſum-
ma.de dona.inter vi.& vxo.dominus Dyn. diſtinguit: quia
aut vir credebat matrimonium tenere:& lucratur fructus.
aut non:& tunc ſecus, vt l.inſulam.§.primo.ſolu.matrimo.
niſi fuerit peccatum,vt dicta l.dotis fructus.hanc opin. Dy.
ſequitur Cyn. C. de dotis promi. l. ſi pro ea. hoc addito,
quòd ſi tradidit dotem: videtur donare fructus ex præſum
ptio.quia benefacienti bene facere debemus. Barto. in d.
l.ſi ante. dicit, quòd omnes iſti malè dicunt. nam puella,
etiam ſi expreſsè vellet, non poſſet donare,etiam cum de-
creto:nec poteſt etiam dotem conſtituere, vt l.ſiue genera-
li.& l.ſeq.de iure do.& C.de admini.tut.l.lex quæ tutorem.
& de prædijs mi.l.prædia.vnde dicere, quòd interueniat pa
ctum de lucrandis fructibus,vt dicit Dyn.vel quòd traden-
do videatur donare,vt dicit Cyn.non eſt bene dictum:quia
ſi expreſsè vellet:non poſſet, vt dictum eſt. pro hoc, quòd
ſponſus non lucretur,eſt caſus.ff.quod fal.tu.au. l. penul. &
hoc verum in pupilla. ſed ſi poneres ſponſam maiorem eſ-
ſe:tunc procederet, quod dicunt Docto. & ita loquitur
gloſſa l.ſi pro ea. C. de dotis promi. ¶ Vlterius quæro
16 † mulier dedit caſtrum in dotem cum iuriſdi. durante ma
trimo-



trimonio contingit,quòd ſunt commiſſa per ſubditos deli-
cta:ex quibus ſunt bona publicata: & aliæ condemnatio-
nes:& mulctæ impoſitæ.quęro an iſta debeant reſtitui mu-
lieri.videtur, quòd ſic,vt l.4.& l.cum in fundo. de iure do.
& l.diuortio.§.ſi vir in fundo.ſolu.ma.vbi ea, quæ renaſcun
tur,reſtitui debent.in contrarium videtur l.fi.ſolu.matrim.
quia quando aliquid vniuerſaliter datur in dotem(vt pecu-
lium)fructus illius pertinent ad maritum. dicunt quidam,
ꝙ quando res mobiles,& pecuniæ exactæ de condemna-
tionibus pertinent ad maritum: immobilia debent reſtitui
vxori. Alii dicunt,quòd etiam debent eſſe mariti,tanquam
fructus illius iuriſdictio.& hoc verum putat Barto. per l. ſi
fundi.§.2.& §.aucupationibus.de vſufruct.& l.vſufruct.le-
gato.omnia enim iſta ſunt fructus iuriſdictionis,vt 10.col.
quæ ſunt rega.c.1. & C. de mo.mul. l. mulctarum. ad con-
trarium reſpondet,quòd illud,quod accreſcit, debet reſti-
tui mulieri:ſi tamen non eſt in fructu, vt l.fina. Non obſt.
quod dicitur,quòd ea, quæ non renaſcuntur, non ſunt in
fructu:quia nũquam illud idem in aliqua re numero, quod
ſemel naſcitur, poſtea renaſcitur:ſed aliud eiuſdem gene
ris.Et in iuriſdictione ſæpe, & ſæpius cõtingit committi de
licta,propter quæ condemnatio,& mulctę, & publicatio-
nes dicuntur renaſci:licèt non eorundem bonorum nume-
17 ro. † Quid dices in grege ouium dato in dotem. dicit ipſe
ibi,quòd omnia,quæ naſcuntur,pertinebunt ad virum.ſed
ex renatis debet in grege reponere in locũ demortuarum:
& gregem ſupplere.vt l.vetus.de vſufruct.facit l. diuortio.
§. non ſolum ſolu. matrimon.& per illud,quod dixi ſupra,
quòd illud,quod non renaſcitur,non dicitur eſſe in fructu.
18 determinauit Bar. † quòd ſi notarius reliquit vxori vſum-
fructum omnium bonorum ſuorum:& tamen haberet pro
tocolla:quæ contingit exemplari,iuxta formam capit.cum
P.tabellio. de fide inſtru.dicit enim, quòd lucrum proue-
niens ex tali exemplatione non dicitur eſſe in fructu; quia
non renaſcitur.nec eſt veroſimile, quòd ille perdat exem-
platum. Ita not.in l.diuortio. §.ſi vir. ſolut.matrimon.ſed
cum ſemper protocolla remaneant penes eum, vt cap.quo
niam contra falſam. de probationib. non eſt rationabile,
quare illud,quod ex exemplatione percipitur, non dicatur
eſſe in fructu.nã & illud,quod raro percipitur, fructus eſt.
vt l.diuortio.§.quod in anno.ſoluto matrimon. nam ut ſu-
pra dictum eſt. aucupationes,mulctæ,& condemnationes,
quæ cum alterius detrimento,& à caſu proueniunt, nume-
rantur in fructu: quare ergo non ita quod prouenit ex exẽ
plationibus,ſalua ſubſtantia protocolli, non videtur mihi
æquum dicere. ¶ Vltimò circa iſtam partem quæro.ego
dixi ſupra,quòd fructus percepti vltimo anno matrimonii
debent diuidi inter virum,& vxorem,ſiue hæredes: vt pro
quota parte anni vltimi per reſpectum ad principium ma-
trimonii:& ad prædium datum durauit matrimonium, vir
lucretur fructus:pro reſiduo verò anni ſpectent ad hęredes
19 mulieris. † quid ergo ſi ſoluitur matrimonium de menſe Iu
nij,vel Aprilis:& hæredes viri dicunt vxori [nos volumus
recolligere meſſes, & vindemiam futuram, antequam tibi
prædia reſtituamus:] illa econtra dicit,quòd ipſa vult per-
cipere,& tradere eis pro rata huius vltimi anni: cuius erit
electio?text.dicit,quòd mulieris:quæ poteſt dimittere præ
dia fructibus plena:vel recipere, & cauere de reſtituendo
hæredibus mariti portionem pro rata,vt l. diuor.§.interdũ
ff.ſolu.matrimonio.ſimiliter econtrario, ſi penes maritum
remaneant prædia ſic plena, cauere debet.vt eodem ti.l. ſi
filio.§.fina.ſubdit tamen gloſſ.in dicto §.interdum. quid iu
ris ſi fructus ſint de proximo recolligendi.dicit, quòd non
debent reſtitui,nec caueri:quia cum de proximo recolligẽ-
di ſunt:habentur tanquam recollecti:ideò vir retinet, do-
nec percipiat,argumen. ff. vt in poſſeſsio. leg. l.ſi is à quo.
Et iſta dixiſſe ſufficiat de ſecunda principali quæſtio.circa
20 iſtos fructus. ¶ † Tertiò quæro principaliter de expenſis fa
ctis in rebus dotalibus: b an ſoluto matrimonio poſsit vir,
vel hæredes eius imputare vxori: vel eius hæredibus illas
expenſas.gloſſ.tangit hic tria genera expenſarum:nam quę
dam ſunt voluntariæ.quædam vtiles: quædam neceſſarię:
de quibus ſingulis tractatur plenè in titul. de impenſis in
rebus do.fac.& iſta diuiſio concernit impenſas: quæ fiunt
in rebus dotalibus,& concernunt ipſas res:& gratia ipſa-
rum rerum principaliter miniſtrantur.ſed ſunt aliæ expen-
ſę,quæ fiunt gratia fructuum colligendorum.de quibus di
xi in materia decimarum.ſupra de dec.c.paſtoralis. & iſta-
rum vtrùm habeatur ratio,ſoluto matrimonio. dic ꝙ non,
regulariter:quia cum fructibus compenſantur: qui in hac
materia intelliguntur fructus, deductis expenſis, vt l.fru-
ctus.ff.ſolu.matrimon.& l.diuortio.§.impendia.eodem ti-
tu.hoc fallit,cum fructus vltimi anni matrimonii diuidũ-
tur inter virum, & hæredes mulieris: vel econuerſo inter
hæredes viri,& mulieris.expenſæ enim factæ à viro primò,
& ante omnia deducuntur:& reſiduum diuiditur inter eos
pro rata temporis:quo durauit matrimonium illo anno. &
idem ex parte mulieris:vt ſi fundum cum vindemia,& meſ-
ſibus in dotem dedit:ſi diuidi contingat fructus,propter ſo
lutionem matrimonii: illarum expenſarum ratio habeatur,
vt l.fructus.& l.diuortio.præallega. Sed circa iſtam detra-
ctionem expenſarum de fructibus diuidendis occurrit quę
21 ſtio † ſi vno anno pro cultura plus impẽdit,quàm percipiat:
an illas expenſas poſsit deducere de fructibus vltimi anni?
gloſſ.in dicto §.impendia.arguit pro,& contra.& primò,
quòd ſic,per l.fructus.eodem titulo,vbi expenſæ primi an
ni deducuntur de fructibus vltimi. ad hoc ſupra de petiti.
hæredit.l.quòd ſi fundus.& l.Pedius. C.loca. vbi numerus
vnius anni compenſatur cum ſterilitate alterius. & l.ſi mer
ces.§.vis maior.eodem titulo. In contrarium facit. l. fina.
ff.de impen.quæ ſic inducitur.impenſa facta gratia fructuũ
non debet deduci de dote,vt dicta l.fina.ſed fructus ultimi
anni ſunt dotis,vt l.ſi maritus.in fin.ſoluto matrimon.ergo
de his non deducitur.& iſtam partem tenet Bar.in l.diuor
tio.§.impendia.ff.ſoluto matrimonio. primò per illum te-
xtum:quia debet deduci de fructibus eiuſdem anni. Non
obſt.l.fructus.eo.titulo.quia bene computantur fructus lo-
co primi anni,qui omnes ad virum non pertinebant,vt ibi.
ſed fructus vltimi anni non debent computari loco fructuũ
annorum præcedentium, in quibus integris matrimonium
durauit:cum illorum annorum commodum debeat eſſe vi-
ri.Non obſt.l.quòd ſi fundus.de peti.hæred.quia ibi in bo-
næ fid.poſſeſſore:qui non debet habere damnum: & ab eo
extorquetur lucrum.hic in marito,ad quem interim perti-
net commodum,& incommodum. Non obſt.l.ſi vno.loca.
eod.tit.l.omne. quia à colono exigeretur maior merces,ſi
vbertas nimium excederet.& eodem modo ſibi fit remiſsio
propter ſterilitatem.vnde commodum,& incommodũ ſim
pliciter non eſt ſuum.vt dicto c.vis maior.ſed in matrimo-
nio ſi in illo anno ſterili percepiſſet fructus multũ vberes,
totum ſibi lucraretur:vnde ſi eſt ſterilitas,damnum patia-
tur.omnia iſta ſunt verba Barto. in dicto §. impendia. &
22 hoc de expen.factis gratia fructuum quærendorum. † de
aliis verò expenſis, quæ fiunt ad vtilitatem rerum dota-
lium:an maritus, vel eius hæredes poſsint eas repetere ab
vxore,vel eius hæredibus: ita diſtingue. nam aut impen-
ſa facta per maritum eſt modica.aut magna.primo caſu nõ
repetitur, vt l.omnino. & l. etiam. ff. de impenſis. ſecundo
caſu.aut impenſa eſt neceſſaria: aut vtilis: aut voluntaria.
ſi neceſſaria, & tunc aut certum eſt eum voluiſſe donare:
& ſubdiſtingue: nam aut ædificando de nouo: & non te-
net donatio,vt l.ſed ſi mors.§.fin.ff.de dona.inter vi.& vxo.

aut ad reficiendum:& valet.eo.ti.l.ſi vir.aut certum eſt eum
non voluiſſe donare:& tunc:aut impēdit ad perpetuam vti-
litatem: aut longi temporis:aut præſentis anni. ſi ad perpe-
tuā vtilitatem:& tunc aut eſt in dotē data ſpecies inæſtima-
ta tantùm:aut ſpecies inæſtimata cum æſtimata: aut ſpecies
inæſtimata cum quantitate. Primo caſu ſi mulier reſtituat
impenſas intra annum,remanet fundus in cauſa dotis.ſi nō
reſtituit,deſinit fundus eſſe in dotem inſolidum, ſi impenſę
æquiualeant æſtimationi totius fundi:vel pro parte,ſi æqui-
ualeant parti.ff.de iure do. l. ſi is qui. §. quod dicitur. & §.
proinde.Secundo caſu quando datur fundus inæſtimatus,&
æſtimatus.dic,vt ibi. Tertio caſu quando datur res inæſti-
mata cum quantitate: tunc diminuitur ipſo iure vſque ad
quantitatem impenſarum, vt dicto §. quod dicitur. Eſt &
quartus caſus,quando res æſtimata datur in dotem, in qua
impenditur per maritum:& tunc nulli dubium,quòd repe-
tere non poſsit: tanquam impenderit in re propria:cum ſit
loco emptoris,vt l.plerunque.§.ſi ante.de iure do.Secundo
caſu. quando impendit in vtilitatem temporis longeui: &
idem per omnia, quod dictum eſt ſupra,vt no.in l. 3. §. &
generaliter.de impen.Tertio caſu, quando præſentis anni:
& non diminuunt dotem: ſed deducuntur ex fructibus, vt
dicto.§.impendia.& prædicta diſtinctio locum habet, cum
impenditur in rem dotalem: ſed ſi impenditur in re pro-
pria mulieris: conceditur repetitio, non diminutio, vt di-
cta l.quod dicitur. §. hic de his. ſi dubium ſit,voluerit do-
nare, vel non: ex quantitate impenſæ præſumitur, vt l.
vtrùm.ff.eod. titu. & hoc de primo membro. quid iuris ſit
de impenſa neceſſaria ſecundo caſu principali, quando ma
ritus impendit vtiliter in re dotali:& tunc aut impendit de
mandato mulieris:& repetit totum per actionem mandati,
vt l.prima.§.nec.C.de rei vxor.act.& l.vtilem. ff. de impen-
ſis.aut impendit ſine mandato: & tunc ſi mulier eſt ſoluen-
do tempore impenſæ factæ,& tempore, quo repetitur. &
idem,argum.ff.de nego.geſt.l. in totum.aut non eſt ſoluen-
do mulier tempore impenſæ factæ, nec tempore repetitio
nis. & tunc ita demum tenetur,ſi poteſt ſoluere aliunde, vt
l.vtilium.de impenſis. Tertio caſu quando voluntariè im-
pendit maritus: & tunc aut mulier vult habere ornatum:
aut non.ſi mulier vult habere ornatum, & ornatus æſtima-
tio excedit impenſas: & ſufficit, quòd ipſas reſtituat. ſed ſi
impenſę excedant ornatum: & ſufficit,ſi reddat æſtimatio
nem ornatus.ff.de impenſis.l.pro voluntarijs.& ibi not.ſi ve
rò mulier non vult habere ornatum: tunc ſi quidem res
erat venalis:& reſtituuntur volūtariæ, ſicut vtiles,vt l.quòd
ſi hoc.eodem titu.de impen.& ff.de rei ven.l.quod niſi.ſi nō
erat venalis: & tunc ſi non eſt habiturus vtilitatem: & non
permittitur, vt l.pro voluntarijs. de impen. & §. ſed nec.
C.de rei vxo.act.& de rei ven.l.in fundo. & illa pro maiori
parte diſtinctio eſt Dyn.in dicto tit. de impenſis. ¶ Iuxta
23 prædicta quæro de tali.q.† vxor dedit caſtrū in dotem. an
expenſæ factæ pro cuſtodia ipſius caſtri compenſentur cū
fructibus inde perceptis.dicit Bar.ꝙ ſic in l.vltima.ff.de im
penſis.& quæ dicantur cauſa fructuum:vel ad perpetuā vti-
litatem agri,no.in l.3.de impenſis.vbi gloſ.dicit,quòd ſi im
penſæ fiant ad vtilitatem. 10. annorum: diceretur impenſa
neceſſaria: & poterit eam vir deducere. quod eſt verum, ſi
poſt factam impenſam matrimonium ſtatim ſoluatur: ſed
ſi matrimonium duraſſet per totum illud decennium, com
penſaretur cum fructibus,argu. dictæ l. diuortio.§.quod in
anno. ſol. matrimo. Item ſi durauit matrimonium per me-
diam partem tēporis:pro medietate anni, quæ reſpicit vti-
litatem futuri temporis,veniet repetenda, ar.dicti. §. quod
in anno.& quæ dicantur impenſę gratia fructuum, vel per-
petuæ vtilitatis ipſius rei.dicit Iuriſconſultus, quòd non eſt
tam facile in vniuerſum diffinire, quàm per ſingula ex ge-
nere,vt dicta l. quod dicitur. ¶ Quæro etiam de alia quæ-
24 ſtione.† pone,quòd mulier dedit viro in dotem nomen de-
bitoris:in cuius exactione vir expēdit. 10.in iudicio.an ſolu
ta poſsint illa. 10. compenſari,vt ſic impenſa deducta, de-
beat reſtitui reſiduum, quod exegit vir. Barto. ponit iſtam
q.in l. 1.ff.de impenſis.& ibi gloſſ.& tenet,quòd non poſsit:
quia non eſt impenſum in re mulieris. & ita dicit ibi eſſe
caſum in ver.& neceſſarijs. & pro illa gloſſ. facit. C. de bo.
quæ.lib.l. fi.§. quæ autem. vbi videtur caſus in contrarium.
Spe.tangit iſtam.q.hoc eo.titu.§.fi. & ibi tenet,quòd poſsit
deducere.& idem ibi Bart.in dicta l. 1. quādoque datur no
men inæſtimatum.pro hoc allegat glo. C. man.l.per diuer-
ſas.in glo.magna.vbi dicitur, quòd quando nomen datur:
videtur dari tantum:quantum poteſt conſequi,deducta im
penſa.ſi autem datur nomen æſtimatum:& tunc, quia peri
culum eſt mariti,expenſas non repetit,vt C.de hære.vel ac.
ven.l.ſi nomen.hic tamen an periculum nominis dati in do
tem ſit mariti,vel vxoris,ſi non poteſt exigi. diſtingue bre-
uiter,quòd aut nomen datur in dotem ſimpliciter:& pericu
lum eſt vxoris.Aut datur æſtimatum:& periculum eſt viri.
aut nomen non datur in dotem, ſed delegat viro: & tunc
aut loqueris de periculo ſubſiſtentis inopiæ tempore dele-
gationis. aut de periculo poſt delegationem ſubſequentis
inopiæ.primo caſu diſtingue: aut vir fuit ſciens: aut igno-
rans,&c.vt no.in l.promittendo.§.ſi debitorem.de iure do.
ſecundo caſu cum quæritur de periculo inopiæ ſubſequen-
tis:& periculum eſt ſimpliciter viri, vt l.pupilli.§.ſecundo.
de ſolu.& ita diſtinguit Bartol.in l.Mæuia.ff.ſolu. matrimo.
¶ Quartò principaliter quæro.cui debeat fieri dotis reſti-
tutio ſoluto matrimo.& quia in dote profectitia, & aduen-
titia materia eſt longa, non explico eam hic: ſed infra eo.
c.& ſi neceſſe.

ADDITIONES.

a ¶ Maritus.Vergens ad inopiam, ſi habet vxorem ſuſpe
ctam,poteſt dotem ponere in bancho ad lucrum: & nō
tenetur reſtituere vxori. Bald. in l. vbi adhuc. C. de iu-
re dot.

b ¶ In rebus dotalibus. Vide Doct.in l. neque ſtipendiū.
C.de impen.in reb.dot.fac.Ioan. de Por. in l. domos. de
leg. primo.Bald.in addi. Spec. de expen. ver. ceſsiona-
rius.idem in l.prima.C.de bo.mat. & in l. diuerſas. 6. q.
C.mandati.

*SVMMAE.*

1 *Tale aliquid eſſe aliud eſt:& aliud haberi loco talis.*
2 *Diuortium debet ſolemniter celebrari, ſicut matrimonium.*
3 *Res,quæ conſtante matrimonio viro, & vxori obuenerunt,apud quem debeant eſſe.*
4 *Maritus ita debet lucrari de dote putatiua, ſicut de vera.*
5 *Eccleſia cognoſcit nedum de dote, ſed & de dotis acceſſorijs.*
6 *Veſtimenta,quæ vir dat vxori:eo mortuo,an debeant eſſe vxoris,an hæredum mariti.*
7 *Veſtimenta continentur appellatione victus.*

SIgnificauit. Soluto matrimonio,cogi-
tur vir dotem reſtituere:
& bona diuidere,quæ communiter obuenerunt.ſunt
duæ partes.primò ponit duplicem mulieris querelam.ſecū
dò cauſæ commiſsionem.ibi[ideoque.] ¶ Nota primò, ꝙ
quandoque aliqua retinetur loco vxoris,& bona fide.quæ
tamen non eſt vxor:prodeſt tamen illa opinio quò ad mul
ta:præcipuè quò ad prolem in caſu, quo contraxerint in
facie Eccleſiæ.quod dic,vt ſupra de clan.deſpon.cap.fin.&
cap.2.s̃.qui fi.ſint leg.In alijs diſpoſitionibus hoc contin-
git.ſ.ꝙ qñq; opinio à veritate diſcordat:& tunc an ſit ſe-
quenda veritas,vel opinio.tetigi.s̃.de biga. c. nuper.& col
1 lige, † ꝙ aliud eſt, aliqd eſſe tale.aliud haberi loco talis.
& ſic aliud eſt,quem eſſe ciuem:aliud haberi pro ciue. qđ
dic vt no.Bart.in l.ſi maritus.§.1.ff.de adul.¶ Secundò no.
2 †quòd diuortium a debet ſolemniter celebrari. ſicut enim
matrimonium eſt ſolemniter in facie Eccleſiæ contrahen-
dum,vt pręall.c.fi.ita & ſolemniter diſtrahendum,arg.l.ni
hil tam naturale.de regulis iuris.& Auth.contra.C. de di-
3 uor.¶ Tertiò no.†quid iuris de rebus, quæ viro, & vxori
conſtante matrimonio obuenerunt.hic enim innuit,quòd
debeant eſſe interim penes virum,ſi vxor conſentit:ſed nō
cogitur vltra dotem de proprio aliquid committere in cu
ſtodiam mariti,ſiue gubernationem.ſed ſi hoc potuit, &
patitur:dicentur res paraphernales.de quibus an vir lucre
tur fructus.dic,vt no.in l.fi.C.de pac.conuen. & l. ſi ego.§.
fi.ff.de iure do.¶ Quartò no.ꝙ Papa mandauit reſtitui il-
lam quaſi dotem:niſi aliquid obſtet,vt dicit text.quid autē
4 poſsit obſtare.dicit gloſſ.pactum.ex quo argue,†quòd de
dote putatiua ita maritus debet lucrari,ſicut de dote vera.
Item mulier ipſam perdit propter adulteriū:ſicut perdit,
vbi matrimonium fuiſſet verum,vt not.j̃.c.proxi.ꝙ tamen
non lucretur, eſt tex.in l.an in patrem.ff.quod fal.tu.au.&
procedit iſtud dubium de lucrando ipſam ſubſtantiam do
tis,cum detegitur non fuiſſe verum matrimonium.quid in
lucro fructuū,dixi.s̃.c. proximo.circa prin. ¶ Quintò no.
5 †ꝙ Eccleſia cognoſcit nedum de dote: ſed de alijs poſſeſ-
ſionibus,quas mulier petit à viro.& de dote eſt minus du
bitabile;quia ita annexa eſt matrimonio: ꝙ ſine eo eſſe nō
poteſt,vt l.3.de iure do.ſed de alijs poſſeſsionibus, quas
mandat hic Papa reſtitui: eſt mirum: cum alibi Papa cau
ſam de re tēporali inter laicos ex certa ſciētia nō commit
tat.vt.s̃.de foro compe. c. licèt. dicit Vincen. quòd Papa
hic ſe intromittit de poſſeſsionibus per denunciationē: vel
omnia hęc ſunt neceſſaria matrimonijs,ſecūdùm eū.¶ Op
po.gloſſ.2. ꝙ mulier non poſsit has poſſeſsiones quæſitas
conſtante matrimonio vendicare. quia quicquid tunc quæ
rit mulier:præſumitur quæſiuiſſe de bonis viri, vt l.Quin-
tus.ff.eo.tit.ſol.dic,ꝙ hic conſtabat de iuſta acquiſitione,
forte legato:donatione: vel aliter eis quæſitis. Idem no.de
reſti.in inte.c.conſtitutus.ſimilis eſt præſumptio in præla-
to:& in filio quò ad patrem.quod dic,vt plenè dixi.s̃.de te
ſtamentis.c.cum in officijs.& l.cum non ſolum.C. de bon.
quæ li.& Inſti.per quas perſo.no.acqui.¶ Secundò op.& vi
detur,ꝙ Papa non debuerit ſe de iſta cauſa intromittere:
conſtitit enim ſibi,quòd hic non fuerat matrimonium.er-
go nec dos:nec alia,quæ obueuerunt,poſſunt vt acceſſoria
agitari coram iudice Eccleſiaſtico.qui deficiente matrimo
nio inter laicos,eſt prorſus incompetens,vt dicto c.licèt.&
c.ſi duobus.de app.ſo.dic,quòd ratione huius dubij,quod
imminebat,eſſet hic matrimonium:vel non cenſetur etiam
competens ſuper his,quæ ab illo dubio habent dependen
tiam,ar.c.1.in fi.de reſcrip.in cle.Idem enim error, à quo
cauſatur iuriſdictio in principali,facit ius in acceſſorio, vt
l.ex diuerſo.in fi.ff.de rei ven.¶ Extra glo.& Doc.quia hic
6 dicitur,quòd facto diuortio,omnia reſtituuntur,&c.†quę
ro quid de veſtimentis,quæ vir dat vxori, & poſtea mori-
tur:an debeant eſſe vxoris:an hæredum mariti.Bart.in iſta
q.refert tres opi.¶ Prima eſt, ꝙ mulier lucretur: quaſi vir
videatur donaſſe:& donatio ſit morte confirmata, l. cum
hic ſtatus. §. 1. de dona.inter vi.& vxor. & C. de do. inte
vi.& vxo.l.fi.& l.ſi filiæ.fami.erci.¶ Secūda fuit opi. Dyn.
qui dicit,quòd iſtæ veſtes non videtur donari: quia mar-
tus tenetur alere vxorem,vt l.ſi cum dotem.§. ſi autem in
7 ſæuiſsimo.ſolu.matri.& l.quòd ſi nulla.de religio.† ſed ap
pellatione victus continentur veſtimenta,vt l.verbo victus
de verbo.ſignifi.& l.legatis.de ali.& ci.lega.cum ergo ha-
beat neceſſe dare veſtimenta,non videtur donare: quia ne
mo in neceſsitatibus liberalis exiſtit,vt l. rem legatam. de
adi.le.pro hoc videtur caſus in l.mortis ſuæ cauſa.de dona.
inter.vi.& vxo.Ex hoc dicto Dy.ſequitur,quòd veſtes,quę
ſunt ad vſum quotidianum,non uideantur donatæ: & de-
bent eſſe hæredum uiri:ſed feſtiuæ veſtes, & pretioſæ vi-
deantur donatæ:quia eas maritus dedit ſponte: & ſic ſunt
mulieris.quæ opi.manifeſtam continet iniquitatem.¶ Ter
tia eſt opin.quòd veſtes quottidianæ,quas maritus tenetur
donare mulieri,ſtatim efficiantur mulieris,vt l.ex anno.in
prin.de dona.inter vi.& vxo.& ſic ſine dubio pertinent ad
mulierem: veſtes verò pretioſæ non efficiuntur mulieris:
nec vir videtur dare animo donandi:ſed propter ſeipſum
facit,vt mulier magis ornatè vadat,vt l. mortis ſuæ cauſa.
C.de do.inter vi.& vxo.& hoc dixit gloſſ.ff.ad leg.fal.l.ſed
vſufru.videtur etiam velle l.quòd talia ornamenta nō ſint
mulieris:niſi legentur expreſſè.de au.& ar.le.l.ornamento
rum.& de le.3.l.hoc legatum.& ſeq.& hæc opi. placet Bas
& refert pluries ſecundùm eam conſuluiſſe:ſcilicet, quòd
veſtes quottidianæ ſint mulieris.pretioſæ,& feſtinæ ſint hæ
redū viri. Non ob.l.cum hic ſtatus.§.1.quia ibi conſtat, ꝙ
dedit animo donandi:hic non.Non ob.l.filiæ.C.fa.erciſcū.
quia aliud in filia,quàm in vxore: quia in filia non eſt illa
ratio,de qua ſupra in vxore dixi.Non ob.l.ſi filii.C. de do.
inter vi.& vxo.reſponde enim,vt ibi no.ita no.Bar. ff. ſolu.
matrimo.l.in his.§.ſeruis.quid iuris in famulis, & pediſſe
quis recedentibus:an dominus poſsit ab eis accipere ve-
ſtes. de qua tangit gloſ. in l.id veſtimentum.ff.de peculio.

ADDITIO.

a ¶ Diuortium.Adde Bal.in l.rerum quidem.num.1.ff.re-
rum amo.idem in l.2.C.de ſecun.nup.Pau de Caſt. in l.
ſi ita ſtipulatus.de ver.obl.

*SVMMAE.*

1 *Iudex delegatus ſuper cauſa matrimonij videtur delegatus ſuper cauſa dotis.*
2 *Papa remittit cauſam ad iudices:licèt malè fecerint.*
3 *Acceſſoria quando peti poſsint:& quando non.*
4 *Pecunia,vel res mobiles tantūmodo ſi datæ ſunt in dotem:nec habet mulier vnde ſe alat infra annum,quo debet reſtitutio retardari:quid fiet.*
5 *Vxor mortuo viro,an debeat percipere alimenta in domo hæredum:vel ſtare ab eis ſeparata.*
6 *Dotis nomine datum,qua actione repetatur.*
7 *Mulier in dote putatiua an habeat priuilegium tacitæ hypothecæ.*

DE prudentia. Delegatus ad cau
ſam matrimonij ſi
ferat ſententiam diuortij:pronunciare debet do
tem reſtitui.& duo facit.primò ponit delegatorum factū.
ſecundò illud emendari præcipit.ibi[quia igitur.] ¶ Not.
primò,ꝙ Papa miratur,cū peritus in iure recuſat facere id,
qđ iuris eſt.alibi reputat iſtum talem non cōpotem mētis.
s̃.de te.or.c.vel non eſt cōpos.& Seruius Sulpitius à Quin-
to Mutio obiurgatus eſt:quia ignorabat iura,in quibus ver

ſabatur,vt l.2.§.Seruius.ff.de orig.iur. ſimiliter Celſus Làbonei in l.Domitius.de teſta.facit ad no.p Docto. in l.2.ff.
1 quod quiſque iuris. ¶Scdò no.†ꝙ iudex delegatus ſuper
cauſa matrimonij vr̃ delegatus ſuper cauſa dotis, vt potè
acceſſoria,ac connexa.j̃.de reg.iu. c.acceſſorium.rapit em̃
in acceſſorij locum matrimonium dotem datam, & ſequit̃
eum,ſine quo eſſe non pōt,vt l.3.ff.de iure dot.& l. nam qđ
liquidè.ff.de pen.leg.& facit ad quæſt. ꝙ procurator datus
ad cauſam matrimonij videatur ēt datus ſup dote. de quo
2 s̃.de off.deleg.c.cum olim.j.ſuper gl.2. ¶ Tertiò nota,†ꝙ
Papa remittit cauſam ad iudices,qui malè fecerunt. & hoc
fortè:quia ſine fraude omiſerunt errantes in ſua iuriſdictio
ne.quo caſu remittitur ad eoſdē iudices,vt no.Bar.in quodam
ſuo conſilio. & dixi. s̃.de exceptio. c. ſignificauerunt.
¶Oppo.& vr̃,ꝙ finita cauſa matrimonij (vt hic fuit) cauſa
dotis debeat dici principalis:& pro ſe agitari coram iudice
ſeculari:ſicut dicimus in petitorio,& poſſeſſorio: vt vno ter
minato, iudex delegatus non poſſit cognoſcere de aliquo
veniente in conſequentiam,non principaliter: licèt penden
te indicio potuiſſet.vt cap.ſignificauerunt. s̃. de iud.ad hoc
de reſcri.c.diſpendia.§.reus quoque. ſol.gloſſ.magna ſentit
illud contrarium:& fatetur,ꝙ iudicio agitato ſuper matrimonio
& deciſo,coram eodē ēt deducatur cauſa dotis: ſed
principaliter de per ſe non eſt ita:quia dotis cauſa principa
liter mota ſiue conſtante matrimonio,ſiue eo ſoluto, agitā
da eſt coram iudice ſeculari.Ita dicit glo.qđ eſt verum:niſi
aliud eſſet de conſuetudine Eccleſiæ: pp quam poſſet principaliter
de dote cognoſcere,ſecundùm Inno.s̃.de pig.c.ex
literis.dicit tñ Inn.ꝙ principaliter iudex eccleſiaſticus debet
de dote cognoſcere:cum ad Eccleſiam ſpecialiter ſpectet
materia dotium.j̃. c.nuper. non tñ retractaret ſententiam
iudicis ſecularis latam ſuper dote: nec ſententiam iudicis
eccleſiaſtici latam ſuper hæreditate:ſi conuentus coram
altero ex eis non opponat exceptionem fori.3. q. 6.c.
pulſatus.niſi aliud dicatur ratione feudi,vt not. de iud.cap.
cęterum.de foro competen.c.antepen. ¶Secundò extra gl.
& Docto.ad hoc opp.& vr̃, ꝙ cauſa matrimonij terminata,
non poſſit cognoſci vlterius de cauſa dotis acceſſoria: qa
acceſſoria peti non poſſunt,ſi non fuerunt deducta in ſententia,vt
l. terminato.C.de fruct.& lit.expen.& l.4.C.depo
ſi.& l.Paulus.ff.de re iud.& c.cum appellationibus. de app.
3 lib.6.ſolu.†qñque acceſſoria petuntur iudicis officio mercenario.
& illa non poſſunt vnquam peti,ſi non fuerunt deducta
in ſententia,vt in contrarijs. qñque acceſſoria deben
tur iure actionis:& illa poſſunt peti,ēt finita inſtantia ſuper
principali:& ita loquitur hic.& eſt glo.in l.ſi mulier.§.ſi rē.
ff.de leg.3.& dixi de appel.c.ſæpe.& no.Bar.in l.ſi marito.
§.fi.ff.ſol.mat.¶Tertiò oppo.ad fi.c.vbi dr̃ [reſtituere non
meretur.] &c.ex quo innuit,ꝙ ſtatim ſoluto matrimonio
debeat dos reſtitui. Sed contra imò vr̃, ꝙ poſt annum,vt
C.de rei vxo.act.l.j.§.cum aũt.ſolu.dicit gl.de iure antiquo
immobilia reſtituebantur poſt annum: hodie verò ſtatim.
tu dic,ꝙ hodie immobilia ſtatim : mobilia verò,iura, & actiones
poſt annum.vt C.de rei vxo.act.l.vnica. §. exactio.
Sed quę eſt ratio differentiæ.dicit Iacob. de Ra. ꝙ quilibet
immobilia ſtatim poteſt reſtituere, non expectato tempore:
mobilia non ſic.ſed certè iura,& mobilia,ſi extāt,poſ
ſunt ſtatim reſtitui.& ideò dicit Barto.ꝙ non eſt alia ratio,
niſi quia ſic placuit principi.¶Sed incidenter hic quæritur.
4 †pone,ꝙ pecunia, vel res mobiles tantummodo datæ ſunt
in dotem:nec habet mulier,vnde ſe alat infra annum, quo
debet reſtitutio retardari:quid fiet.glo. tangit iſtam quæſt.
in dicta l.vnica.§.illo proculdubio.in qua poſt gloſſ. ita diſtinguit
Iacob.But.Aut mulier habet aliunde, vnde ſe alat:
& tunc non exiget:nec interuſurium illius dotis in reb. mo
bilibus conſiſtentis petet:quia illa dilatio legalis cedit lucro
uiri.aut non habet aliunde. & tunc aut filij ſunt hæredes:
& alent eam tanquam filij:non ratione dotis. aut ſunt
hæredes extranei:& tunc videtur,quòd ex quantitate eam
alent,vt l.extraneo.de ventre in poſſ.mit.ſimiliter in mona
cho qui pendente quæſtione monachatus debet à monaſte
rio ali,vt l.ſi inſtituta.§.de inofficioſo.ff. de inofficio. teſta.
& aduerte ad id,quod dixi ex quantitate dotis alimenta p̃ſtari
ab hæredibus extraneis : ex hoc enim patet,quòd ſi
mulier pro alimentis indiget.20.& acceſſiones,ſiue fructus
q prouenirent ex illis mobilibus,eſſent.10.tm̃:non teneretur
hæres mariti ad integra alimenta: ſed ad 10. tantũmodo.
& dicit Iacob.But.quòd de conſuetudine dantur 8. pro
centenario.Bar.dicit,quòd mulier in primo anno viduitatis
videtur ſtare in matrimonio.& ideò ſicut vir, qui recepit
paruam dotem, tenetur ad alimenta vxori,vltra redditus
dotis:ita etiam tenebuntur hęredes ipſius. & ſimiliter
econuerſo, ſi fructus dotis excederent æſtimationem alimentorum:
debebunt hæredes illud vltra lucrari:ſicut maritus
ſi viueret,debuiſſet.Ita no.Bar.in l.diuortio. in princ.
5 ff.ſolu.matrim.vbi circa hoc quærit de duobus.primò † an
debeat mulier percipere alimenta in domo hæredis: vel ſtare
ab eis ſeparata.tex.in l.libertis.j.§.fina.de leg.j.non vide
tur imponere neceſſitatem habitandi cum hæredibus: ſed
debet alibi alimentari. Sed Specu.in titu. qui fil.ſint legiti.
diſtinguit.aut poteſt ibi honeſtè ſtare:aut non.Sed in caſu,
quo non velit ſtare,quid fiet de eius operis?nam illi,qui per
cipiunt alimenta,debent operari, quando percipiunt ex diſpoſitione
legis:licèt non ita,ſi ex diſpoſitione hominis, vt
l.ſicut.de ope.lib.In caſu ergo, quo debet operari, & velit
morari alibi:quid tunc fiet.dicit Bart. quòd quædam ſunt
perſonæ,de quibus nullæ ſunt operæ:vt magnæ dominæ. &
operari non tenentur:nec eſt habenda ratio operarum de
talibus,vt l.fin.de ope.ſer. ſi verò ſint dominæ, quæ operan
tur:tunc debet deduci de alimentis quantum intereſt hære
dis,ipſam in domo operari,vt l.ſi conſtante.§.quoties.ſolu.
ma.& ita no.Bar.in l.diuortio.ſo.ma. ¶ Quartò op.& vr̃,ꝙ
iudex eccleſiaſticus non poſſit cognoſcere de incidenti tēporali:
ſicut nec ſecularis cognoſcere poteſt de incidenti ſpirituali,
vt s̃.qui fil.ſint leg.c.lator.& c.tuam.de ord.cog.debet
enim in iudicijs ſeruari æqualitas,vt l.fin.C.de fruct. &
lit.expen.quod ergo eſt prohibitum ſeculari in eccleſiaſticis,
debet eſſe prohibitum eccleſiaſtico in temporalibus:nã
quod Eccleſia ſtatuit in perſona alterius, debet in perſonis
ſuis æquum reputare,vt c.cum omnes.s̃.de conſti.ſolu.dic,
ꝙ maior eſt inhabilitas iudicis ſecularis circa ſpiritualia : q̃
eccleſiaſtici circa temporalia.Ille enim eſt prorſus inhabilis,
vt c.decernimus.de iud.ſed non ita eccleſiaſticus reſpectu
temporalium: qui in ſuo genere eſt eorundem capax.
aduerte tñ,quia illud,quod dixi in dote,ꝙ eius cognitio p̃tineat
ad iudicem eccleſiaſticum:dicunt Doct. ꝙ nō eſt ita
de hæreditate,reſpectu legitimitatis: de qua legitimitate ſi
ſit quæſtio.non poterit iudex eccleſiaſticus incidenter cognoſcere
de hæreditate.qui fil.ſint legi.c.lator. & cap.cauſam.
2.maior eſt enim coniunctio inter matrimoniũ,& dotem,
ſine qua non conſiſtit,vt infra ca.proxim. quàm inter
filios,& hæreditatem,ſine qua filij eſſe poſſunt:vel quia exhæredantur:
vel quia hæreditatem adire nolunt. fatetur tamen
Innocenti. iudicem eccleſiaſticum poſſe compellere,
ne ratione illegitimitatis quem ſuper hęreditate moleſtet.
qui filii ſint leg.c.lator. Si ergo ratione illegitimitatis, de
hæreditate alicui quæſtio referatur: iudex eccleſiaſticus erit
iudex competens:ſecus ſi ex alia cauſa. ¶Quærit glo.
6 † qua actione repetatur, quod datum fuit nomine dotis:
ſi declaratum fuit matrimonium fore nullum. dicit
glo. quòd non actione de dote:ſed condictione ſine cauſa
ad hoc optimè.j̃.cap.& ſi neceſſe.ibi[non tam ob turpem:
quàm



quàm ob nullam cauſam.]&c.& ideò not.in l. ſi cum dotem.
§.ſi mulier.ff.ſoluto matrimonio.facit l. auunculo. de
7 condictio.ob cauſam.¶Sed incidenter hic quæritur. † an
mulier in illa dote putatiua habeat priuilegium tacitæ hypothecæ.
gloſ.in dicto.§.ſi mulier.dicit,ꝙ ſic:& habet eam
priuilegiatam,vt l.2.de priuile.cęredi.plus etiam dicit Bar.
in d.§.ſi mulier.videlicet quòd res ex pecunia illius dotis
putatiuę efficiatur quaſi dotalis:item habet priuilegium in
perſonali.¶Secundò quærit glo. vtrùm iudices hic proce
dant vigore primi mandati:an vigore ſecundi.& tenet, ꝙ
vigore ſecundi primum erat extinctum per ſententiam ſuper
principali,vt dicit gloſ.ſed per ea,quæ dixi s̃.in ſecun
da op.non videtur extinctum : cum illud acceſſorium habeat
ſpecialem actionem de per ſe, diuerſam à principali.
ergo licèt quò ad vnum ſit extinctum:non ſequitur, ergo
eſt extinctum quò ad reliquum. facit quod no. in l. ſi tibi.
§.de pignoribus.ff.de pactis.

## *SVMMAE.*

1 *Matrimonium ſeparatur quò ad thorum propter adulterium.*
2 *Mulier adultera timet virum: & propter hoc ab eo recedit: an poſſit ab eo repetente diſcedere, hac ratione, quia non confidit de viro, propter offenſam ſibi illatam.*
3 *Mulier propter adulterium perdit dotem, & dotalitium.*
4 *Vir ſciens mulierem conſuetam fornicari cum ea contraxit:vt ſic dotem lucraretur:an ſi illa poſtea fornicetur, lucretur vir illam dotem.*
5 *Reconciliatio tollit pœnam iuris, quam vir conſecuturus erat ex adulterio vxoris.*
6 *Dotalitium quid ſit.*
7 *Sententia ſeparationis lata eſt quò ad thorum,& amiſſionem dotis :poſtea probata conſanguinitate, inter eos pronũciatur matrimonium fuiſſe nullum.mulier vult dotem illam repetere,tanquam non commiſerit adulterium: an poſſit.*
8 *Dos eſt cõmunis patris,& filiæ,vel propria patris : quia ſtipulatus fuit incontinenti ſibi reddi: vel eſt extranei, qui ſimiliter ſibi ſtipulatus eſt propter adulterium mulieris,ad quem deueniet dos.*
9 *Maritus ſi ex pacto,vel forma ſtatuti,vxore præmoriente,debet lucrari dotem : maritus vxorem deprehenſam in adulterio occidit:an lucrabitur dictam dotē.*
10 *Hæredes viri an poſſint obijcere vxori adulterium commiſſum,conſtante matrimonio.*
11 *Vir vxore defuncta, an poſſit contra hæredes vxoris repetentes dotem ſe tueri exceptione adulterij.*

1 PLerunq; Not. primò † quòd propter
adulterium ſeparatur matri-
monium quò ad thorum.& quandoq; propria au
ctoritate:quandoque iudicio Eccleſiæ : propria autem au-
ctoritate diſcedere non licet,vt.ſupra titu. proxi. cap.por-
2 ro.¶†Quid ſi mulier adultera timet virum,& propter hoc
ab eo recedit:an poſſit ab eo repetente diſcedere hac ratione,
quia non confidit de viro, propter offenſam ſibi
illatam. videtur, quòd non:quia in hunc metum incidit
ſua culpa:ergo allegare metum illum non poteſt,vt l.ſi mu
lier.ff.quod met.cauſa.¶In contrarium facit; quia modis
omnibus licitum eſt redimere proprium ſanguinem,vt l.1.
3 ff.de bonis eorum,qui mor.ſibi con.¶Secundò no.†quòd
4 mulier propter adulterium perdit dotē,& dotalitium.†qđ
ergo dices,ſi vir ſciens vnam conſuetam fornicari, cum ea
contraxit,vt ſic dotem lucraretur:an ſi illa poſtea fornice
tur,lucretur vir illam dotem.Refert Vale.ꝙ fuit vir cõpulſus
reddere vxori repudiatæ dotem.lib.8.c.2. vt refert hic
Io.An.pro hoc facit,ꝙ viro poteſt imputari,quòd duxit ta
lem,vt l.fi.C.de ſpon.In cõtrarium facit: quia remiſſio cul
pæ præteritæ non extenditur ad culpam poſt contractum
matrimonium commiſſam.ducere enim mulierem, etiam
publicam meretricem,eſt actus meritorius, vt c. opera.s̃.
de ſponſ.abſurdum autem eſſet dicere,quòd ſi talis poſtea
fornicetur,non perdat dotem.iſtud cap.loquitur, cum mu
lier promiſit de cetero in matrimonio caſtè viuere,& pro
pter Deum fuit ducta.Sed ſi quis mulierem diuitem, & cũ
magna dote duxerit, ſciens eam incontinentem, & diſſimulet:
vt ſic poſtea lucretur dotem,habet locum,quod di
xit Valeri.facit.s̃.de iureiur.c.quemadmodum. in princ.&
circa fin.videtur etiam,quòd dictum Vale.non ſit iuri con
ſonum,inquantum ad petitionem mariti fuit conceſſum re
pudium, & non lucrum dotis : qua enim ratione vir audiri
non debuit ſuper lucro,audiri non debuit ſup repudio.co-
5 gita.¶Tertiò no.†ꝙ reconciliatio tollit pœnam iuris,quã
vir conſecuturus erat ex adulterio vxoris.Reconciliatio.n.
facit,vt dos in ſtatum priſtinum reuertatur: & etiam ſi ſuper
amiſſione dotis iudicium cœptum erat ante reconciliationem
extinguitur,vt l.ſi mulier diuerterit.ff. ſo. ma. &
de iure do.l.ſi poſt diuortium.& l.dotem.¶Quærit glo.di-
6 citur hic,ꝙ dotalitium mulier repetere non poteſt. † quid
eſt dotalitium,glo.exponit pluribus modis. ſed no. vltimã
expoſitionem:ꝙ dotalitium ſumatur pro rebus paraphernalibus,
ad quarum reſtitutionem tenetur maritus, vt l.vlti.
de pac.conuen.& l.dotis fructus.§.fin.de iu.do.Iſta autē
paraphernalia perdit vxor,ſicut dotem propter adulteriũ,
vt ſentit iſta glo.ſic dotalitium exponendo:quod no. & vide
in Aut.vt liceat matri,& auiæ.§.ſi de adulterio.& C. de
adulte.Aut.ſed hodie.¶Secundò quæro.pone,† ꝙ lata fuit
7 ſententia ſeparationis quò ad thorum, & amiſſionis dotis:
poſtea probata conſanguinitate inter eos, pronunciatur
matrimonium fuiſſe nullum:modò mulier vult dotem illã
repetere,tanquam non commiſerit adulterium: an poſſit.
glo.vlt.arguit ad partes.& primò pro muliere, quòd repetere
poſſit.arguit pluribus modis,& primò: quia ſi nõ fuit
matrimonium,non fuit adulterium.ſecundò, quia ſententia
prima tollitur veritate manifeſta.tertiò quia ſi non fuit
matrimonium:ergo nec dos.& per conſequens lucrum dotis
ceſſat:vbi enim non eſt habitus,non cadit priuatio,vt l.
10.de ver.obli.Item quartò quia ſecunda ſententia lata ſuper
fœdere matrimonij tollit primam ſuper ſeparatione
quò ad thorum. ergo omnem eius effectum, & per conſequens
lucrum dotis.Item quia non fuit hic matrimonium
violatum:nec iniuria habuit effectum.& ideò ceſſat pœna,
vt l.1.in fi.ff.quod quiſque iur.& iſtam opi.ſ.ꝙ repetere poſſit.
tenuit T.vt dicit glo.Alij dicunt,ꝙ non poteſt repetere.
Obſt.enim primo ſibi ſententia lata ſuper amiſſione dotis,
à qua non fuit appellatum.Secundò quia in pœnis delictorum
plus inſpicitur opinio,quàm veritas.vt c.nuper.de
biga.Tertiò nec fit melior conditio delinquentis, contra l.
3.de dona.inter vir.& vxo.Quartò quia mulieres ad repetendas
dotes conarentur per falſos teſtes probare impedimentum.
& talibus obuiandum eſt.s̃.c. 1.c. quanto. & iſtã
opi.ſ.ꝙ non poſſit repetere,tenent Goffre.Phil.Inn. & Hoſtien.
per l.ſi vxor.§.1.ff.de adul.bene facit,quod no. j̃. eo.
c.fi.in glo.1.& concordat cum iſtis Bar.Brix. in quæſtione
dominicali.Mulier quædam.Io.An.dicit, ꝙ T.non tenuit
ſic ſimpliciter,ꝙ poſſit repetere,vt prædixi,ſed dixit ſic,ſi
in

in priori iudicio ſuper matrimonio, & dote fuit ſententia-
tum:nec ſit per app.reuocata ſententia: tunc perdere de-
bet dotem.ſi uerò in priori iudicio nil actum fuit de dote:
ex quò per ſententiam conſtat matrimonium nullũ fuiſſe:
ergo nec fuit dos,nec adulteriũ:ergo non perditur,qđ tan-
quam dotem dedit:præcipuè quia pœnæ ſunt molliendæ.
de pœn.diſt.j.c.pœnæ. & melius ſic fauetur repetitioni, q̃
aduentitio lucro.ff.de reg.iur.l.non debet. dixit Vinc. poſt
Tanc.ego dico,ꝙ multum ſibi præiudicat vir, qui poſt ſepa
rationem,& lucrifactionem dotis contendit matrimonium
fuiſſe nullum:& refricat quæſtionem iam ſopitam de dote.
ex hac opi.Vin.dicit Io.An.ꝙ reſultat diſtinctio. aut poſt
diuortium thori vir prouocat ad diuortium vinculi:aut mu
lier:aut tertius.& remittit ad no.per eum.s̃.qui ma. ac.poſ.
ſuper rubrica.Et prædicta quæſtio loquitur,cum primò la-
ta eſt ſententia ad ſeparationem thori, & amiſſionem do-
tis: deinde ſuper impedimento matrimonij. ſi verò ecõuer
ſo:videlicet primò ſeparatum ſit matrimonium propter im
pedimentum conſanguinitatis,vel aliud:an mulieri repeten
ti dotem obſtet exceptio fornicationis commiſſæ, durante
illo matrimonio putatiuo.dicit glo.ꝙ non.in l.conſenſu.C.
de repu.per §.ſi non ab initio.in Authe. de nup.& ita dicit
hic Io.An.¶Tertiò quæro.tex.iſte loquitur, cum dos ſpe-
8 ctat ad mulierem,quæ commiſit adulterium. †Sed pone,ꝙ
dos eſt cõis patris,& filiæ,vel propria patris:quia ſtipula-
tus fuit incontinenti ſibi reddi:vel eſt extranei, qui ſimili-
ter ſtipulatus fuit ſibi,vt hæc probantur in l.2. & l.quoties.
ff.ſo.ma.& C.de rei vxo.actio.l.unica.§.accedit.nunquid er
go pater,vel extraneus in prędictis caſibus perdant ius ex-
actionis pp adulterium mulieris.gl.in d.l.conſenſu.§.ſi qua
etiam non firmat.Io.An.remittit de illa quæſtione ad Spe.
eo.ti.§.ſi.verſi.ſed nunquid.gl.in l.ſi dotem. C.de iure do.te
net,ꝙ vbi dos ſit cõis patris,& filiæ, pater perdat ius ſuum
pp delictum filiæ.& imputet ſibi pater, qui non fuit ſtipula
tus.Dy.diſtinguit:aut pater viuit,& filia eſt in poteſtate:aut
non,per l.2.§.quare ſi volunt.ff.ſo.ma. per quem §.dicit q.
determinari,ſecundùm Ioan.And.hic. mortuo ergo patre,
prius præiudicat filiæ:econuerſo verò patri nõ præiudicat,
ſi filia prædeceſſit.Idem tenet Cy.in d.l.ſi dotem.& Bar.re
citat.& ſic tranſit in l.2.§.ꝙ ſi in patris.ſolu.ma. & adducit
hoc ad aliam quæſtionem:ſi mulier conſentit viro alienan-
ti bona,ſecundùm formam l.iubemus.& l.etiam.C.ad Vel-
leian.an præiudicet patri.certè non:ſed præiudicat filio, ſi-
bi patre mortuo.vt ibi ſecundùm Dyn.& Spec.in ti.de do.
9 inter vi.& vxo.ver.quid ſi filia.¶Quartò quæro. †pone, ꝙ
ex pacto, vel ex forma ſtatuti maritus præmoriente vxo-
re,debet lucrari dotem.contingit poſtea, ꝙ maritus vxorẽ
deprehẽſam in adulterio occidit:quod poteſt,vt.ff.de adul.
l.ſi cum virum.vtrùm dotem lucrabitur.dic,ꝙ ſi homicidiũ
fuit illicitum:nihil lucratur vir,qui vxorem occidit:vel cau-
ſam mortis præbuit,vt l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir vxo. ff.ſolut.
ma.ſi autem homicidium fuit licitum.dicit ibi Cy.ꝙ vir nõ
habet beneficium pacti,ſiue ſtatuti:quia non videtur cogi-
tatum de hoc caſu.Bar.ibi contra,per l.quid ergo. §. ſi hæ-
res mentem.de leg.j.& l.ſi ſeruum.ff.de ver.obli. & hoc ve-
rum in præmio legali:ſed in præmio conuentionali, quate-
nus continet idem pactum,quod lex, eſt idẽ. ſed quatenus
continet aliquid diuerſum.tene opi. Cy. iſta ſunt verba dñi
Bal.in d.§.ſi vir vxorem.qui allegat in contrarium l. inter-
dum.§.qui furem.ff.de fur.vbi ille,qui dicit ius ſibiipſi,non
ſequitur pœnam legalem. vbi ergo iniuſtè maritus interfi-
cit,ſine dubio nil lucratur,vt dixi. quid ergo ſi maritus nõ
interficit: ſed mulier erat infirma:& maritus noluit adduce
re medicum:vel duxit talem, qui nihil ſciebat. dicit glo. in
d.§.ſi vir.ꝙ perinde eſt,ac ſi eã occidiſſet.quod no. ¶Quin
10 tò quæro.pone, †ꝙ ſolutum eſt matrimoniũ morte viri, à
cuius hæredibus mulier petit dotem.qui obijciunt ſibi adul
terium,conſtante matrimonio commiſſum: quæritur vtrũ
poſſit.Io.An.remittit ad Spe.eod.tit.§.ſi.ver.quid ſi mulier
agit.& de excep.§.d.ver.item quæritur ecce. & vr̃ dicẽdũ,
ꝙ non competat exceptio hæredi mariti: quia competit ad
vindictam:ideò non tranſit ad hæredem,vt l. cum emanci-
11 pati.§.emancipatus filius.de colla.bo.¶† Quid econuerſo,
vtrùm vxore defuncta,poſſit vir contra hæredes vxoris re
petentis ab eo dotem exceptione adulterij ſe tueri. argu.ꝙ
ſic in l.ſi.C.de adulte.& no.de hoc Bar.in l. rei iudicatæ. §.
moris.ff.ſolut.matrimon.¶Vltimò contra iſtum tex. opp.
& videtur, quòd maritus propter adulterium vxoris non
poſſit retinere dotem. niſi eam de adulterio accuſet: & ſe
inſcribat.vt in Auth.vt liceat mat.& auiæ.§.quia verò. coll.
7.hic verò denegat vxori repetitionẽ dotis ſtatim lata ſen
tẽtia diuortii quò ad thorum:ergo malè.præterea videtur,
quòd dos vxoris adulteræ debeat cedere lucro matrimo-
nij, in quo debet adultera detrudi. vt in Authen. ſi verò
criminis.C.de adulter.ſolu.iſta contraria, vt no.in l.conſen
ſu.C.de repud.

*S V M M AE.*

1 *Pactum refertur in dubio ad eum, qui venit contra de*
*facto:non ad illum,qui venit contra de iure.*
2 *Contractus à iure reprobatus non poteſt firmari promiſ-*
*ſione pœnali.*
3 *Matrimonia debent eſſe libera in diſſoluendo,ſicut in cõ*
*trahendo.*
4 *Datum nomine dotis debet reſtitui ſoluto matrimonio*
*propter impedimentum.*
5 *Præmium non debet quis habere,vnde pœnam meruit.*
6 *Iudicium ſuper dote poteſt fundari cum filioſa. nec exi-*
*gitur patris conſenſus.*
7 *Dos data nomine matrimonij illiciti,quod non fuit ſecu*
*tum,an poſſit repeti.*
*Et quid ſi ſecutum fuit.nu.8.*
9 *Ruſticus diues,vel plebeius accipit in vxorem nobilem*
*dominam pauperrimam: & fatetur ſe recepiſſe mille*
*nomine dotis: vel dat ſibi certas ſuas poſſeſſiones in*
*dotem: an ſoluto matrimonio, poſſit iſta mulier iſta*
*petere.*

ET ſi neceſſe Propter varias opi. nõ
ſummat Ioan.And.iſtã
Decre. ponit autem mandatum præmiſſa triplici
ipſius cauſa:quarum prima conſiſtit in facto.reliquæ in iu-
re.ſecunda ibi[cum caſtra]tertia ibi [ne autem.] ¶Not.
primò, ꝙ qñque caſtra traduntur in dotem:vel donationẽ
pp nuptias.an autem mulctæ,& condemnationes compu-
tentur in fructibus:& cuius ſumptibus debeat cuſtodiri. di
1 xi.s̃.c.j.¶Secundò no.ꝙ†pactum refertur in dubio ad eũ,
qui venit contra de facto.non ad illum,qui venit contra de
iure. in iſto eñ c. pactũ factum de vxore non relinquenda
intelligitur,ꝙ de facto non relinquet:non in caſu, quo ſibi
à iure præcipitur:vt relinquat.facit l.ſi. ff. qui ſatiſd.cog. &
de illa materia, vtrùm.ſ.verba in dubio referantur ad fa-
ctum,vel ad ius.dic vt l.ea quidem.C.ſi man.ita fu. ali. & l.
ſtipulatio iſta.& l.quidam cum filium.de ver.obli.¶Tertiò
2 no.†ꝙ contractus à iure reprobatus non põt firmari pro-
miſſione pœnali.ad hoc.ff.ad leg.fal.l.Seius.& Augerius. &
quod ibi per Bar.& ſi non valet, quod principaliter agitur:
a nõ valet pœnæ appoſitio. a vt l.ſi homo mortuus. ff.de ver.
obli.& quod not.in l.pacta quæ contra.C.de pact. & l.non
dubium.



3 dubium.C.de legi.¶Quartò no. † ꝙ ſicut matrimonia de-
bent eſſe libera in contrahendo,vt c.Gemma.de ſponſa.ita
& in diſſoluendo.ad hoc l.ſi ita ſtip.ff.de ver.ob. ¶Quintò
4 no.†ꝙ ſoluto matrimonio pp impedimentum, quod dotis
noĩe datum eſt,debet reſtitui.quod qũo procedat de iure.
5 glo.& Doct.diſſident inter ſe,vt j̃.dicam. ¶ Sextò no.†ꝙ
ſicut non debet quis habere præmium, vnde pœnam me-
ruit:ita econuerſo quis non debet reportare pœnam: vnde
meruit præmium.ſimiliter ex eodẽ facto non debet qs cõ-
ſequi præmium,& pœnam,vt l.relegatorum.§.ſi.ff.de inter
di.& re.& l.ſiue hæreditaria.de neg.geſt. ¶Septimò not.ꝙ
ſñĩa lata fuit hic contra puellam: & tñ erat in patris pote-
6 ſtate.†põt ergo fundari iudicium cum filiofam. ſuper do-
te:nec exigitur patris conſenſus:quia ceſſat in tali caſu ac-
quiſitio vſusfru.facit quod no.in l.non ſolùm. §.neceſſita-
tis.C.de bo.quæ libe.& c.ſi.in ſi.de iudi.& c.ex parte.de re-
ſtit.ſpo.¶Opp.& vr̃,ꝙ iſte rex Legionis non poſſit petere
res,quas dedit:quia ſcienter matrimonium contra canonũ
interdicta contraxit:ergo quicquid dedit, debet fiſco appli
cari.C.de ince.nup.l.qui contra. pręterea turpitudo verſa-
batur ex parte ſua,& parte mulieris:ergo in pari cauſa dẽt
eſſe melior conditio poſſidentis.vt ff.de condi.ob tur.cãm.
l.3.hic autem dr̃,ꝙ debet ſibi fieri reſtitutio: & puella dẽt
ad hoc compelli.ergo malè:nam aut debet fiſco applicari,
vt d.l.qui contra.aut penes puellam remanere,vtpote in pa
ri turpitudine potiorem.ſol.glo.mag. ſoluit illud contrariũ
quatuor modis.Primò,ꝙ iſti ignorabant factum. ſ.conſan-
guinitatis inter ſe:ideò habet locum repetitio.iſtam gl.non
approbat:quia erat in ſecundo gradu: & notorium erat in
Hiſpania:& Papa eos prohibuerat copulari, ſecundũ Vin.
Secundò glo.ſolu.t,ꝙ iſti ſciebant factum. ſ.ꝙ erant cõſan
guinei:ſed ignorabant ius.credebant eñ ſibi de iure. vtrũ
aũt iſta ſit bona ſolutio pacis:& hoc ſonat verbum [volu-
mus]quaſi ſit pro ratione voluntas. vt §.ſed quod principi.
hanc reprobat Hoſt.quia rex Legionis inſtabat, vt ſibi fie-
ret reſtitutio.rex Caſtellæ, ꝙ penes filiam remanerẽt:ne ſic
contemni,& deludi videantur. Quarta ſol.eſt, ꝙ iſti litiga-
tores non habebant fiſcum ſuperiorem,cui deberet iſta do
natio applicari.vnde ne vnus ex ſcelere ditaretur, & alius
remaneret in damno:ita Papa prouidit.Nã ſi aduerſus ex-
ceptionem doli datur replicatio doli,in omni caſu vnus ex
delinquentibus lucraretur.iuxta theoricam, de qua in cap.
dilecti.s̃.de excep.& no.ſingulariter iſtam glo. in omni lo-
co,in quo non eſt fiſcus,qui auferat illa lucra ab indignis.
quid de eis fieri debeat.Io.And. pro ſolutione contrarii re
citat opi.legiſtarum,qui diſcordant inter ſe in illo articulo.
vtrùm.ſ.poſſit repeti,quod datum fuit nomine dotis: ſi ma
trimonium fuit ſcienter contractum in gradu prohibito.
Azo,Hug.Iac.& Bal.dicunt,ꝙ non:ſed applicatur fiſco.Pla.
contra.dicit eñ,ꝙ ẽt ſi ſponſa ſciat hoc impedimentum, re
petit id,quod occaſione matrimonij datum fuit,per tres le
ges allegatas hic in prin.glo.magnæ.Hoſt.dicit,ꝙ Papa hic
ex certa ſcientia approbat ſñĩam Pla.& rñdet tacitæ obie-
ctioni,q̃ fieri poſſet de pari cauſa turpitudinis: dum dicit,
[non tam ob turpem:q̃ ob nullam cauſam ſint datæ.] &c.
Item ad perimendam diſtinctionẽ ſñĩæ,& ignorantiæ ſub-
iunxit:[ne ad commodum ei cedat,quod debet in pœnam
eius,]&c.ꝑ hoc eñ dat intelligere, ꝙ hic ſcienter in gradu
prohibito contraxerunt:& tñ repetitionem concedit. & ſic
approbat ſñĩam Plac.vt ẽt contrahens ſcienter repetat, qđ
dotis noĩe datum fuit.quam opin.approbat Hoſt.in gradi-
bus prohibitis lege canonica: ſed quò ad gradus iuriſgen-
tium naturali, ſiue diuina lege prohibitos,poſſet habere lo
cum ſñĩa:ſaluò,ꝙ ibi nulla poſſit ignorantia prætendi.ff.de
adul.l.ſi adulterium.§.ſtuprum.niſi forſan occaſione ritus.
de quo s̃.tit.j.c.gaudemus. hic tñ occurrit dubium in caſu,
quo debet cõfiſcari quod dotis nomine datum fuit: vtrùm
ille,qui contraxit illicitè,poterit opponere de iure fiſci: vt
ſic agentem repellat.Io.An.ſentit hic,ꝙ non poſſit:dicit.n.
ita.quamuis ſponſus non poſſit obijcere de iure fiſci,vt hic:
tñ poterit, qñ placuerit ius ſuum repetere: quia nec ei per
hanc ſñĩam præiudicium generatur,vt c.2. de capel.mona.
ita dicit ipſe.cuius dicti ratio eſt; quia illud,quod aufertur
ab iſto illicitè contrahente,aufertur tanquam ab indigno:
ſed iſta exceptio,ꝙ quis ſit indignus,non põt opponi ab a-
lio,q̃ à fiſco.ita vr̃ tex.in l.his conſequenter.§.j. ff.fam. erc.
ibi tñ loquitur in hæreditate, quæ põt eſſe damnoſa: ideò
requiritur agnitio fiſci:hic verò loquitur in dote, in qua nõ
põt eſſe damnum:& ſic fiſco fortè quæratur ipſo iure:& ſic
indignus agere non poſſit.ita dicit Bar. in l.auunculo. ff. de
cond.ſine cauſa.vbi latius ſupra dictam materiam proſeq-
tur,& eam diuidit in duas partes.Prima, qñ ſponſalia illici
ta fuerunt contracta:nec matrimonium fuit ſecutum.Secũ-
da qñ matrimonium fuit de facto contractum,& copulatũ.
7 ¶Circa primũ † cum datur dos nomine matrimonij illici-
ti,quod ſecutum non fuit:an poſſit repeti. ibi in glo. j. ſunt
tres opin.Prima,ꝙ poſſit indiſtinctè repeti,ſiue ſciens,ſiue
ignorans:& hæc fuit opi.Mar.& Pla. & probatur per illam
l.in eo,quod dicit turpitudinem vtriuſque verſari: ſi enim
fuiſſet ignorans,nulla fuiſſet turpitudo.Secunda eſt opin. ꝙ
ignorans ius,& factum contrahens repetat. ſciens verò nõ
repetat:ſed hæc non congruit illi l.vbi dicit[auunculo]&c.
& ſic coniunctio perſonarum præſupponit ſcientiam, vt l.
optaui.ff.vnde cogna.Tertia eſt opi.glo. iuris ciuilis diſtin-
guentium:quia aut ſciuit ius & factum: & indiſtinctè nõ re
petitur.vt d.l.auunculo.& l.j.de condi.ob cauſam.& l.ſi tu-
tor.de interdic.ma.qñ eñ vterq; ſciuit: non eſt æquum illi
repetitionem dari,cuius ſcelere matrimonium pronuncia-
tur nullum.vt l.j.de condic.ob cauſam.& iſtam opin.com-
muniter tenent Doct.in l.qui contra.de inceſt.nup.& d.l.1.
Bar.dicit,ꝙ tam iſta opin.Plac. poteſt ſaluari,diſtinguendo
ſic.qñque contrahuntur ſponſalia,& dos datur: nec mulier
nubit ſua ſponte;quia non vult:tunc repetitur condictio. ſi-
ne cauſa,ẽt ſi fuerit ſciens ius & factum:& hic eſt caſus in
d.l.auunculo.ſecundùm opin.Pla.& probat ratione. in con
dict.ob turpem cauſam debet inſpici proxima cauſa turpi
tudinis:non remota.vt l.3.§.ſed quod meretrici.de condic.
ob tur.cau.ſed hic ſi inſpicit cauſam proximam.ſ.dotis, nõ
eſt turpis:ſed magis eſt nulla:licèt matrimonium, ſi copula
ret,(quod eſt cauſa remota)eſſet turpe.& illa eſt ratio, quã
ibi aſſignat Iuriſconſultus:& ẽt hic Papa.præterea qñ deli-
ctum non perficitur (quia quis non vult:) ceſſat pœna,vt l.
qui falſam.de fal.& ſi tu dicas: imò delictum eſt perfectũ,
ſponſalia contrahendo.vt l.non ſolum.§. quamuis. de ritu
nup.dicas.fateor,ꝙ ſponſalia ſunt prohibita,ſicut matrimo
nium:non tñ imponitur illa pœna, ſi quis ſpontè à ſponſa-
libus recedat.& intelligit Barto.hoc verum: niſi contracta
fuiſſent ſponſalia de præſenti.& ſic procedat opin. gl. ratio
eſt;quia à talibus non poteſt quis propria auctoritate rece
dere.adducit l.cum hic ſtatus.§.ſi.de don.inter vir.& vxor.
ad hoc d.l.Papi.§.meminiſſe.& l.qui cum maior.§.accuſaſ-
8 ſe.de bo.li.¶Circa ſecundum articulum † qñ datur nomi-
ne matrimonij illiciti,quod ſecutum fuit: an poſſit repeti.
dicit ibi gl.ꝙ ſi ſciuit factum:licèt ignoraret ius:non poteſt
repetere:ſed applicatur fiſco,vt l.qui contra.de inceſt.nup.
contra hoc oppo.quia ad impediendam condictionem ob
cauſam non ſufficit de facto quid ſequi.vt l.3.§.liber hõ.de
condi.ob cauſam.ſol.dic ꝙ non impedit condictio. ſed illa
non datur mulieri:ſed applicatur fiſco: cum ipſa reputetur
indigna,vt d.l.qui contra. ¶Item oppo.de l.ſi adulteriũ cũ
inceſtu.de adul.ſol.ignorantia iuris excuſat, quantũ ad pœ
nam adulterij,& inceſtus,vt ibi no. non quantùm ad pœnã
amiſ-

amisſionis dotis,vt d.l.qui contra.& iſta eſt opi.gl.& Doct.
vt dixi. Bar. eſt in contraria opi. ad cuins euidentiam prę-
mittit,ꝙ qñque dans dotem errat in iure,& in facto: & tũc
ſine dubio põt repetere condi.ob cauſam. vel condict. ſine
cauſa.vt l.ſi cum dotem.§.fi.ff.ſol.ma. & l.ſi ſponſa.& l.do-
tem.de iu.do.qñque ſcit ius & factum,qui inceſtas nuptias
contraxit.tunc ſine dubio perdit dotem:& patitur alias pœ
nas,q̃ ponuntur in Auth.inceſtas. C.de inceſt. nupt. qñque
ſciuit factum,& errauit in iure:& hic eſt aduertendũ . qñq;
quæritur,an error iuris excuſet à pœna inceſtus:& tunc vr̃,
ꝙ ſic,cum diſtinctione tñ , quæ ponitur in l. ſi adulterium
cum inceſtu.de adul.qñque quæritur,an excuſet à pœna, q̃
imponitur contrahentibus inceſtas nuptias : & hic aduer-
te.quædam eſt pœna.ꝙ matrimonium ſit nullum: & in hoc
nulla eſt excuſatio,vt l.j.C.de interdic.ma. quædam eſt pœ
na,ꝙ filii ſint illegitimi : & in hoc põt eſſe excuſatio , vt ex
parte ignorantis dicantur legitimi, vt in l.qui in prouincia.
de ritu nup.& quod no.in l.qui contra.de inceſt.nupt.q̃dã
eſt pœna,quæ conſiſtit in amittendo lucrum : & hæc igno-
rantia iuris non excuſat:debet.n. eſſe iuſtisſima ignorãtia ,
quę excuſat,vt d.l.qui contra.ſecus ſi eſſet ignorantia iuſta,
vt l.fi.de le.j.Ita debet intelligi quod no. in l.vxori maritus.
de vſufru.le.& l.2.§.j.de his , quæ vt indig. quædam eſt pœ
na in amittẽdo propria: & iſtam pœnam patiuntur ſolum
ſcientes.vt d.Auth.inceſtas.C.de inceſt.nup. & in corpo.vñ
ſumitur.nunc in propoſito,ꝙ mulier perdat dotem,eſt amit
tere patrimonium:ideò iſtam pœnam non incurrit, niſi fue
rit ſciens.vt d.Auth.inceſtas.vt in corpo.expreſſe dr̃ . Non
obſt.l.qui contra.imò facit pro.ſi bene aduertatur:nam ibi
dr̃,ꝙ ei,qui contra legum interdicta contraxerit,nihil datũ
dotis noĩe acquiratur. & ſic loquitur de prohibita acquiſi-
tione lucri,non diminutione proprij patrimonij:illa eñ ſa-
tis diuerſa ſunt,vt l.fi.C.de codi.& in iſta opi. dicit ibi Bar.
ſumi pro modo.Ex his igitur latè dictis diſtingue poſt Io.
And.aut inter conſanguineos,vel affines cõtracta ſunt ſpõ
ſalia tantùm:aut ẽt nuptiæ. Primo caſu non cõfiſcatur dos,
vel donatio: ſed repetitur per condictionem ſine cauſa , vt
d.l.auunculo.facit quod no.in cle.j.de conſan.& affi.in glo.
non punit.Secundo caſu,aut contrahentes ſciebant : & eſt
locus confiſcationi,vt d.l.qui contra.aut ignorabãt : & tũc
ſi fuit ignorantia iuris: & locus eſt confiſcationi ẽt in fœmi
na:cum & fœminis iuris error noceat:niſi in caſibus exce-
ptis,vt C.de iur.& fact.ign.l.nec pasſim.In hoc tñ membro
Bar.contra,vt ſ̃.dixi. ſi verò fuit probabilis ignorantia , &
excuſat:hoc verum,niſi in errore iam cœpto : ſi poſtquam
apparuerit,perſeueratum fuit.34.q.2.c.nam per bellicam.
& quod no.Io.An.ſ̃.qui fi.ſint leg.c.per venerabilem.§.præ
terea.& de coniug.ſer.c.propoſuit.& c.fi.de præb. c.ſi bene
ficia.lib.6.¶Secundò principaliter oppo. dr̃ hic,ꝙ rex Le-
gionis dedit quædam caſtra vxori ſuæ in dotem. Sed con-
tra.vxor dr̃ dare dotem viro:non vir vxori,vt j̃.eo.c.fi.& in
toto ti.ff.ſo.ma.ſol.glo. exponit dotem.i.donationem pro-
pter nuptias:q̃ eſt illa,quæ traditur à marito vxori,vt d.ca.
fi.Vin.& Abb.dicunt, ꝙ iſtud c.loquitur ſcd̃m conſuetudi-
nem vigentem in Hiſpania,vbi viri dotant vxores: ſecundũ
expoſitionem glo.vr̃,ꝙ maritus dotando vxorem:illa dotis
conſtitutio habeat vim donationis pp nuptias: & ſic ſoluto
9 matrimonio,reuertitur ad virum,vt j̃.eod.c.fi.§.ſanè. †Sed
b qd dices.diues,ruſticus b, vel plebeius accipit in vxorẽ no-
bilem dñam pauperrimam:& fatetur ſe recepiſſe mille no-
mine dotis:vel dat ſibi certas ſuas poſſesſiones in dote . an
ſoluto matrimonio posſit mulier iſta petere : vr̃, ꝙ obſtent
ſibi duo.primò exceptio dotis cautæ non numeratæ.vt C.
de dote cau.non nume.l.j.ſecundò obſtet ſibi exceptio , ꝙ
iſta conſtitutio hẽt vim donationis, q̃ non tenet inter vir.&
vxo.vt l.j.2.& 3.ff.de do.inter vi.& vxo. Iac.Bu.notabiliter
ſic diſtinguit.Aliqñ fit confesſio ſpe numerationis de futu-
ro : & tunc hẽt locum exceptio non numeratæ dotis intra
tempora,q̃ habent de dote cau. non nu. aliqñ fit confesſio
non ſpe numerationis:ſed ex cauſa donationis.& tunc non
curo,fiat ante matrimonium:aut poſt.quia cũ fiat reſpectu
dotis:& dos non ſit ante matrimonium: non vr̃ ſemper col
lata in tempus,quo quid agitur:ſed in quod effectus dirigi
tur,vt l.in tempus.ff.de hæred.inſt.& l.pe. C.de adul.& põt
vir reuocare confesſionem qñcunque . quod ſi non faciat :
confirmatur,ſi ſoluatur matrimonium morte viri:nõ ſi di-
uortio . Aliqñ fit confesſio ex necesſitate:vt quia ruſticus
vult nobilem in vxorem:& eam dotat,cum hr̃e aliter nõ po
teſt : ex eo quòd ſi ipſe prædecederet,mulier non reperiret
q vellet ipſam in vxorem: cum fuerit vxor ruſtici:niſi habe
ret bonam dotem.& hoc puto valere , qñcunque fiat.& ita
no.ipſe in l.ſi voluntatem.C.de do.promiſ.quod no. ¶Vlti
mò quia tex.ille loquitur de eo,quod datum eſt noĩe dotis:
vt debeat reſtitui matrimonio declarato nullo.quæro quid
dicendum, ſi vir multa reliquit vxori : & poſt mortem viri
matrimonium declaratur nullum:vtrùm debeatur illi vxo-
ri tale legatum.dic vt l.vxori.ff.de vſufru.le.vbi glo.remit-
tit ad l.præfectus.de ritu nup.

A D D I T I O.

a ¶Pœnæ appoſitio. Vide Barto.in l. prætor.in princ.de
nou.oper.nunciation.Cy.Bar.& Doct.in l.non dubium.
C.de legib.

b ¶Diues ruſticus.Quando ruſticus ducit in vxorem no-
bilem mulierem,quam ideo dotat de ſuo:an ſolu.matri.
poterit mulier illa petere hæc ſibi in dotem datam . vide
poſt glo.Sal.in l.ſi voluntate.C.de do.promiſ. & in l.2.de
do.cau.non nu.

*S V M M AE.*

1 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionẽ.*
2 *Ius habens in re tempore limitatum poteſt illud ius ſuũ in alterum transferre.*
3 *Concesſio facta alicui,& alteri tanquam eius hæredi: ſi ille hæres non fuerit,extinguitur concesſio illi facta, & ad auctorem reuertitur poſt eius mortem .*
4 *Dono tibi fundum appoſito , quòd te mortuo in Titium transferatur:illo Titio non exiſtente in rerum natura tempore mortis tuæ fundus ille ad me concedentem reuertitur.*
5 *Hæredis appellatio, alio non expreſſo , debet intelligi de omnibus etiam extraneis.*
6 *Nemo plus iuris transferre poteſt,quàm habeat.*
7 *Dos quid dicatur.*
*Donatio propter nuptias quid dicatur.*
8 *Conſentiens alienationi rei ſibi pertinentis an ſibi noceat .*
9 *Actione qua agere posſim contra tertium vendentem rẽ meam in caſu,quo poſſum ab eo repetere pretium.*
10 *Abſens & ignorans an videantur conſentire.*
11 *Præſens,& tacens an videatur conſentire . & nu.12.*
*Tacere dicitur quid medium inter conſentire , & diſſentire .*
13 *Scholaris venit cum libris ſuis ad cameram ſocij ſui:& ibi eos dimittit præſente ſocio,& tacẽte:an videatur ſe obligare actione depoſiti.*
14 *Subſcribens ſe an dicatur conſentire.*
15 *Sigillans an dicatur conſentire.*

Nuper



NVper. Vſufructuarius rei ſine conſenſu
dñi rem ipſam donãs pp nuptias
non transfert plus iuris, q̃ ipſe habeat. Idem in
eo,qui ſub conditione adueniente hẽt rem in hr̃ditate : vel
feudo.cõis diuiſio.ſcd̃a ibi[.vos autem.] ¶No.primò, ꝙ in
donatione rei qñq; apponitur certa conuentio ſiue pactũ.
iſta autem pacta,& conuentiones limitatum producũt effe
1 ctũ. † Vt ſic actus agentium non operent̃ ultra intentionẽ
agentium,ut l.non oĩs.ff.ſi cer.pe.& l.ſi decreta. C.de trãſa.
¶Secundò no.ꝙ res qñq; conceditur posſidenda, donec il
le vixerit,qui recepit eam : & qñque traditur ad alimenta,
qñq; ad uſumfructum.utrùm ergo iſtis caſibus ille , cui ſic
conceditur,ſit cenſendus uſufructuarius , uel habeat in ui-
ta rei dñium.dic ut plenè no.Bar.in l.quæro. quæ eſt 4.ff.de
2 ali.& cib.leg.¶Tertiò no.†ꝙ ille,qui habet ius in re, tem-
pore limitatum,p̃t illud ius ſuum in alterum trãsferre. vtrũ
autem transferatur ipſum ius,uel eius commoditas : dic ut
l.neceſſariò.§.ꝙ ſi pendente.ff.de peri.& commo. rei uend.
¶Quartò no.in §.poſtulaſti.ꝙ hic facta fuit concesſio ſibi,
& hr̃di,[quem de legitima &c.& ſic p̃t qs alicui per uiã con
tractus prouidere , tanq̃ ſuo hr̃di . quid ergo ſi hæres non
fuerit:vel quia noluit:uel quia non potuit:an habebit, qđ in
ſtip.deuenit.dic ut l.eum qui ita.§.ſi te & Titiũ.de uerb.ob.
3 & l.3.ff.de le.j.¶Quintò ex hoc no. †ꝙ ſi concesſio eſt fa-
cta alicui,& alteri tanq̃ eius hr̃di:ſi ille hæres non fuerit:ex-
tinguitur concesſio illi facta, & ad auctorem reuertit̃ poſt
mortem eius.& eſt hoc nouum dictum : vt fiat iſta deuolu-
tio,cum expreſsè actum non fuerit.Sed dic,ꝙ eoipſo,ꝙ cõ
cedens paciſcitur,vt in certum euẽtum ius , quod hẽt in re,
in alterũ transferatur:ſi ille talis non reperitur in rerũ natu
ra:in caſu illo ius tale ad auctorem reuertitur:& nõ cõſoli-
datur penes illum,cui fuit facta concesſio tempore limita-
4 ta.†Vñ ſi dono tibi fundum,appoſito ꝙ te mortuo in Titiũ
transferatur:illo Titio non exiſtente in rerum natura tẽpo-
re mortis tuæ,fundus ille ad concedentem dẽt reuerti.ar.hu
ius c.facit l.inter generũ.§.cum inter.ff.de pac.do. In ulti-
mis voluntatibus diſpõ pro non ſcripta caduca, uel ecõtra
cuius cõmodo cedat,dixi ſ̃.de teſta.c.requiſiſti.Sed in con-
tractibus non habemus ita plenè : niſi qñ diſpõ deficit pro
parte,non in totum.de quo dic ut l.ſi mihi, & tibi.de uerb.
5 obl.facit l.ſi abſentis.C.ſi cer.pe.¶Sextò no.in d.§.ꝙ appel
latio hr̃dis,alio non expreſſo , debet intelligi de omnibus
ẽt extraneis:& ideò hoc adiectum fuit [quem de uxore legi
tima.]&c.quaſi hoc non expreſſo de omnibus debuerit in-
telligi.quod utrùm ſit uerum.dic ut no.Doc. in l.Gallus.de
lib.& poſth.& l.ex facto.§.fi.ff.ad Treb.facit quod no. in l.
6 iuriſiurandi.de ope.lib.p Bar. ¶Septimò no. regulam,†ꝙ
nemo plus iuris trãsferre põt,q̃ habeat:& reſoluto iure au-
ctoris,reſoluitur ius ſucceſſoris.concord. l.lex uectigali.de
pig.10.coll.qui.mo.feu.amit.c.j.§.rurſus . & ibi quid iuris,
qñ dñs rei tali habenti ius tempore limitatum alienanti cõ
7 ſenſit:de quo j̃.ſubdam. ¶Octauò no. in §.illud uerò.†ꝙ
dos eſt illa,quam mulier tradit uiro:ſed donatio ꝓpter nu-
ptias eſt illa , quam maritus uxori conſtituit : & eſt magna
conformitas inter ipſas in conſtitutione, & reſolutione , ut
patet.j̃.e.c.fi.& l.fi.cum Auth.ſuper ea poſita. C.de donat.
ante nup.& cum ſoluto matrimonio illa donatio debeat re
a uerti ad uirum a,ut d.c.fin. quæ erit utilitas mulieris ex illa
donatione?dic ut no.Cy.in Auth.dos data. C.de dona. ante
nup.Eſt & alia donatio, quæ vocatur ſponſalitia largitas:&
hæc ſoluto matrimonio per mortem non repetitur: ſecus ſi
non fuerit ſubſecutum , vt l.cum veteris. & l. in minoribus.
& quod ibi per Cy.C.de dona.ante nup. Eſt & alia , quæ fit
conſtante matrimonio : & de iſta habetur in toto tit.de do.
inter vi.& vxo.patet ergo ex prædictis , quòd in matrimo-
nio tres ſpecies donationis interueniunt : vtrùm autem in-
digeant inſinuatione , ſi excedant legitimum modum. dic
ut d.l.cum qua.& l.donationes.de do.inter uir.& uxo. ¶Vl
tra Doc.quia tex.ille dicit,ꝙ datio in dotem eſt efficax poſt
8 mortẽ illius,q hẽt ius in re ad tp̃s,ſi dñs rei cõſenſit.†q̃ro ſi
quis cõſenſit alienationi rei ꝓpriæ:uel ſibi debitæ : ſiue ſibi
obligatæ:an ſibi præiudicet. ita ꝙ nõ posſit rem illã poſtea
aduocare,vel petere:nec ẽt pretium,ſiue æſtimationem.di-
cit Barto.quando quis conſenſit alienationi alicuius rei:aut
illa res erat ſua,aut ſibi debita,aut obligata.primo caſu aut
ille,qui eam uendidit mihi,donauerat: & uideor conſentire
animo donandi.ut l.ſi remunerandi.§.Pap.mand. Aut non
donauerat ipſe:ſed auctor ſuus donauerat,uel legauerat. &
tunc aut ille,qui conſentit,erat libertus ipſius dantis:& cõ-
ſentiendo videtur remittere ius ſuum,vt l.codicil.§.j.de le-
ga.2.Aut non erat libertus. & tunc præiudicat ſibi in re:nõ
in pretio,ut ibi Bar.l.ſi fundum.ff.de lega. j. Secundo caſu
quando res non erat conſentientis re:ſed ſpe.& tunc aut cõ
ſentiendo alienationi impedit exiſtentiam illius conditio-
nis,propter quã debebat ad ſe peruenire: & præiudicat ſi-
bi,ut l.nihil.§.j.de leg.j.& l.cum pater.§.libertus.de lega.2.
aut non impedit:quia ex alio euentu debebat ad eum per-
uenire:& tunc ſibi non præiudicat,ſiue fuit ſciens,ſiue igno
rans,ut no.in l.ſi à ſubſtituto.de leg.j.& per Dy.in l.qui Ro
mæ.§.duo fratres.de uerb.ob.Tertio caſu,qñ quis conſen-
tit alienationi rei ſibi obligatæ.dic ut C.de remi.pig. per to
9 tum.¶†Sed incidenter quæro.in caſu, quo à tertio uenden
te rem meam poſſum petere pretium, qua actione illud cõ
ſequar.dic,ꝙ aut ille,cuius alienationi conſentio , alienauit
illam rem ut meam:tunc repetam actione mandati , ſi res
eſſet communis aliquo iudicio diuiſorio,ut l. factam. ff. fa.
erciſc.ſi uerò uendidit rem meam,ut ſuam : tunc,ſi quidem
eſt res perempta,uel præſcripta:& habeo actionem ne. ge.
ratum habendo in ſubſidium,ut C.de rei uen.l.mater. poſ-
ſet etiam mihi conſuli,ratum habendo,etiam ſi res extat,ut
plenè no.Bar.in l.ſi eum ſeruũ.ff.ſi cer.pe.& hoc, cũ conſen
tio alicui uendenti rem meã.quid ſi conſentio alicui donã-
ti.dic ꝙ nihil poſſum petere,ut l.ſi ſeruus communis. de do
na.inter ui.& uxo.quid ſi conſentio alicui leganti rem meã.
dic,ut l.cũ quis decedens.in prin.de leg.3.¶Secundò quæ-
ro.dixi ſ̃.de illo,qui expreſsè conſenſit alteri alienanti rem
ſuam.quid ſi non expreſsè conſenſit:ſed tacuit, cum hoc ſci
ret.dicit Barto.ꝙ quatuor ſunt caſus:nam qñque loquimur
de abſente:qñque de præſente:quandoque de ſubſcribẽte:
10 qñq; de ſigillãte.¶†Circa primum de abſente quæritur,an
abſens,& ignorans uideatur conſentire . dic ꝙ non. ut l.qd
de eo.& l.pe.de ritu nup.& l.2.in fi.ſol.mat.& ibi uide quid
iuris de furioſo.quid de ſciente,non tamen præſente:dic,ꝙ
abſens in caſu,in quo præſens deberet conſentire,præſumi
tur conſentire,ut d.l.2.§.uoluntatis.ſolu.matr.aliàs conſen
11 ſus non præſumitur,ut l.in delictis.de noxa.¶†Quid dices
de præſente,& tacente:an uideatur conſentire . dicit Bar.ꝙ
uerè loquendo,tacere eſt quid medium inter conſentire, &
diſſentire:quia nec uerè conſentit,nec uerè negat, ut in c.is
qui tacet.de regu.iur.lib.6.dic tamen,ꝙ quandoque ſumus
in tali caſu,in quo non requiritur aliquid extremorum: ſed
ſufficit ſola ſcientia ,uel ignorantia:& tunc nulli applicabit̃.
ut l.j.§.ſcientiam.de tribu.qñque eſt neceſſe , ꝙ applicetur
alicui extremorum:& tunc qñque quis tacet per contuma-
ciam:& tunc præſumitur cõſentire,uel diſſentire, prout ma
gis eſt ſibi damnoſum,ut l.de ætate.§.qui tacuit.de interro.
act.& no.in l.quandiu.ff.de acq.hær.quandoque tacet nõ p
contumaciam:& tunc qñque ſum præſens , & tacens actui
formali,ut certo contractui,uel quaſi.qñque ſum tacens, &
prę̨ſens actui diſformali . ¶Primo caſu aut actus, qui ge-
ritur,concernit fauorem mei præſentis,& tacẽtis: & uideor
conſentire,ut l.ſi remunerãdi.§.ſi paſſus. & l.qui patitur.ff.

man.qñq; actus ille tendit in mei p̃iudicium:& tunc aut cir-
ca ius reale:aut circa ius pſonale. ſi circa ius reale: & tunc
aut eſt ius reale:& tunc ſi eſt ius obligationis(puta vẽdit qs
mihi rẽ obligatam me pñte,& tacente) dic vt l.fin.de remi.
pig.Aut eſt ius dñii,vel vſusfr. & tunc gl.diſtinguit.aut erat
talis actus,quem non poterã impedire contrahendo: & nõ
p̃ſumit̃ conſenſus,vt l.Gaius.de pign.act.& l.Lucia.§.Titia.
de le. 2.fallit rõne coniunctionis: qa tunc p̃ſumitur cõſenti
re,ut l.ſi ſeruus.de do.inter vir.& vxo.& hoc uerũ,niſi ſit ta
lis coniunctio,quæ habeat in ſe reuerentiam: quia tunc fa-
ceret præſumi diſſenſum, vt l.j.§.q̃ onerandæ.ff.qua.re.act.
non da.ſi verò contradicendo poterat impedire:tunc tacẽs
præſumitur conſentire.ita dicit gl.in l.ſi fideiuſſor.ff.de pig.
& hæc dicta ſint, cum tractatur de præiudicio circa ius rea
le.ſi verò de præiudicio perſonalis obligationis contrahen
dæ contra præſentem,& tacentem.& dic, ꝙ tacens non vr̃
conſentire,vt l.filius,§.inuitus.ff.de procu. fallit fauore pu-
pillorum.vt l.filius.de tute.& l.2.ad munic. Eſt & alius ca-
ſus,qñ actus,qui gerit̃ me præſente,& tacente,reſpicit p̃iu-
12 dicium tertii:ſed ad me pertinet cura,& ſolicitudine. & tũc
non videor conſentire,vt l.3.de auct.tu.& ibi tex.¶Quero
ſi ſum præſens,& tacens actui difformi: puta intras poſſeſ-
ſionem meam,& accipis de rebus meis.iſto caſu dic, quòd
qñq; præcedit cõtractus,ex cuius natura tenebar illud pa-
ti:& præſumor conſentire,vt l.2.& ibi no.de acqu.poſ.qñq;
talis contractus non præceſſit: & tunc qñq; tractat de ma-
gno p̃iudicio:& præſumor diſſentire, vt l.pe.de fur.& no.in
d.l.2.ſi de modico p̃iudicio: & præſumor conſentire in l.
quã Tuberonis.§.ſunt quidã.de pec.& l.Sabinus. ff.cõi diu.
& p̃dicta oĩa hñt locum in ſcientia, intercedente tp̃e nego-
cii geſti:ſed ſi ſuperueniat ex poſtfacto,remittit Bar.ad no.
ꝑ eum in l.quo eñ.ff.rem rat.hab. & tangitur in l. ſi abſen
tis.ff.ſi cer.pe.& hæc ſint dicta de tacẽte,& p̃ſente. & faciũt
13 ad q.quam tangit Cy.in l.inuitus.ff.de proc. †Pone ſchola-
ris venit cum libris ſuis ad camerã ſocii ſui,vel doctoris: &
ibi eos dimittit,pñte ſocio,& tacente: an videat ſe obligare
actione depoſiti.vr̃,ꝙ non: quia cum q̃ritur de aliquo obli-
gando: pñtia cum taciturnitate non hr̃ ꝓ conſenſu, vt d.§.
inuitus.contrariũ de æquitate ſentit Cyn.in d.l.inuitus. vbi
videas de p̃dicto argu.& ꝑ Bar.in l.q̃ dotis.ſo.ma.vbi iuxta
14 p̃dicta querit.†Quid iuris de ſubſcribente.& dicit,ꝙ ſi ſub
ſcribat,vt teſtis,non vr̃ conſentire: aliàs ſic:niſi erraret, vt
l.fideiuſ.§.ſi tibi.de pig.& l.ſicut.§.non vr̃. ff.quibus modis
15 pign.vel hypo.ſolu. ¶†Quid de ſigillante,an videatur con-
ſentire.videtur ꝙ ſic,vt l.2.C.de reb.alie.non alie. & l.fide-
iuſſor.ſecundùm unam lecturam.de pig. Sed in quibuſdam
caſibus ſigillare habet vim acquiſitionis poſſeſſionis, vt l.ſi
neque.de pericu.& commo.rei vendi.

ADDITIO.

a ¶Reuerti ad uirum.Idem Bal.& Sal. in Auth. ſiue à me C.ad Velleianum.

*SVMMAE.*

1 *Marito vergente ad inopiam,pro dote ſatiſdatio peti poteſt.*
2 *Fideiuſſor põt accedere pro dote danda, uel ſoluenda. Et an ad obligationem dotis.nu.17.*
3 *Extraneus,qui promiſit dotem pro muliere, põt contra virum agentem ad dotem exceptionem opponere, ꝙ vergit ad inopiam.*
4 *Maritus,qui repulit vxorem à ſe,non põt dotem petere: nec etiam fructus lucrari.*
5 *Vir præſtando cautionem idoneam euitat exactionẽ dotis ab eo fiendam.*
6 *Cautio quare non exigitur à uiro vltra quã fieri poſſit.*
7 *Cautionem qui non poteſt in totũ præſtare: debet præſtare illam,quam poteſt.*
8 *Mulier,quæ ſciebat tempore,quo virum accepit, ipſum eſſe dilapidatorem,& labi facultatibus, an habeat remedia,ut poſſit dotem repetere.*
9 *Cautio poteſt præſtari pro debito, cuius exactio non competit de præſenti.*
10 *Cautio idonea,quæ dicatur:quæ ſimplex.*
11 *Lucrum honeſtum percipi poteſt ex pecunia, quæ ad vſum conceditur mercatori.*
12 *Lucrum ex dote proueniens ſpectat ad uirũ propter onera matrimonij ſubeunda.*
13 *Mulier ſi non dat uiro dotem promiſſam, an poſſit eã expellere de domo.*
14 *Maritus ſi duxit uxorem ſine dote: an debebit eã alere, & onera matrimonij ſupportare.*
15 *Vxor an teneatur alere uirum pauperem.*
16 *Vxores expulſorũ propter partialitatem, an poſſint rerepetere dotem.*
18 *Maritus an habeat bonorum paraphernalium adminiſtrationem.*
*Et an lucretur eorum fructus.nu.20.*
19 *Bona paraphernalia quæ dicantur.*
21 *Condictio, quæ competit ad repetendum bona paraphernalia,ſolu.matr.non eſt priuilegiata.*
22 *Iura diuerſimodè loquuntur ſuper repetitione dotis, cũ uir uergit ad inopiam.quæ hic uide.*
23 *Facultates viri non ſufficere quò ad dotis quantitatem, quomodo probetur.*
24 *Paupertas, ſiue inopia quomodo ſumatur in caſu huius cap.*
25 *Virũ inchoare malè uti ſubſtãtia ſua,qualiter probetur.*
26 *Maritus eſt mercator:vadit per mare cum mercibus, de quibus incipit perdere,& depauperari (& ita eſt uulgi opinio ꝙ uergat ad inopiam)an mulier poterit repetere dotem.*
27 *Maritus ſi eſt exbannitus de ciuitate ſua ꝑꝑ maleficium: an mulier poterit repetere dotem.*
28 *Mulier dedit dotem marito,qui erat in inopia: conſtãte matrimonio an poterit repetere dotem.*
29 *Socer ſi recepit dotem,& uergat ad inopiam:& malè vtatur ſubſtantia ſua:an poſſit agi contra eum ad dotis repetitionem.*
30 *Maritus,& ſocer tenentur alternatiuè. & ſi unus eorũ uergat ad inopiam:an habeat locum repetitio dotis.*
31 *Extraneus ſi recepit dotẽ,et uergat ad inopiã:an habeat locum repetitio dotis.*
32 *Lex an extendatur ad caſus ſimilẽ rationẽ habentes.*
33 *Maritus ſi uult dare fideiuſſorem mulieri agenti pro dote repetenda,an euitabit exactionem.*
34 *Filia an poſſit agere,patre inuito,ad repetitionem dotis, vbi dos eſt communis patris,& filiæ.*
35 *Dos qualiter intelligatur magna,vel parua.*
36 *Filia an poſſit agere patre abſente in caſu,in quo nõ põt agere ſine eius conſenſu.*
37 *Pater an poſſit agere ad repetitionem dotis,nolente filia, ſi vir vergat ad inopiam,vbi dos eſt communis patri, & filiæ.*
38 *Mulier dedit dotẽ,& ſtipulata fuit reddi,quãdocunq; ſoluto matrimonio:an currente inopia poſſit agere.*



39 *Extraneus ſi dedit dotem pro muliere, & pactus eſt totã ſibi reddi:an in caſu inopiæ viri poterit agere.*
40 *Extraneus an hẽat remediũ legis in omnib.ff.de iud.*
41 *Pater ſi ſtipulatus ſit dotem ſibi reddi,ſol. ma. an poterit agere vergente caſu inopiæ.*
42 *Mulier an poſſit agere, quando pater,vel extraneus dotem recipit,& vergat ad inopiam.*
43 *Vir an poterit agere contra extraneum, vel contra patrem pro dotis repetitione,ſi vergant ad inopiam.*
44 *Liberi,mortua vxore,an poſſint agere contra patrẽ uergentem ad inopiam.*
45 *Vxor habet dotem,& filios: & marito uergente ad inopiam,eſt excõicata,vel exbannita:ita ꝙ propter ſuũ delictum non põt agere,quin repellatur exceptione:filij volunt agere contra patrem:& ẽt contra alios poſſeſſores hypothecaria,cum illa actio ſit fauore matris, & filiorum:an ex alia ſuſtententur.*
46 *Mulier qua actione aget ad dotis repetitionem.*
47 *Diſcuſſio an dẽat prius procedere in bonis viri; cũ vxor vult agere hypothecaria contra extraneos.*
48 *Mulier ad quas res poterit agere hypothecaria.*
49 *Vir minor accipit vxorẽ:an erunt eius bona tacitè obligata:ita quòd poſſit vxor in caſu inopiæ agere hypothecaria.*
50 *Fructus eius anni,in quo dos repetitur, an diuidentur, ſcd̃m formam l.de diuiſione.cum l.ſeq.ff.ſo.ma.*
51 *Libellus,litis conteſtatio, & reliquus ordo iudicij an requiratur in repetitione dotis.*
52 *Iudex quas exceptiones admittere debeat in iudicio repetitionis dotis.*
53 *Mulier(quia uir uergit ad inopiã) repetit dotẽ cõſiſtentem in quantitate:uir uult opponere exceptionẽ cõpẽſationis alterius quantitatis ſibi debitæ: an poſſit.*
54 *Mulier agens ad repetitionem dotis an poſſit ſibi conſulere per uiam retentionis.*
55 *Vir ſi eſt contumax in reddenda dote: an procedatur ad diffinitiuam.*
56 *Maritus an poſſit ſpontanea uoluntate propter inopiam mulieri reſtituere dotem.*
57 *Repetitionis dotis effectus quis ſit.*
58 *Mulier in repetitione dotis an conſequatur dominiũ rerum conſignatarum ſibi à uiro pro dote.*
59 *Mulier agit hypotheca.contra virũ, & conſequitur oĩa bona ſibi obligata:an poterit habere talia bona obligata ſibi pro quantitate dotis:vt pignori incumbat:ſicut alij creditores faciunt.*
60 *Vir conſtante matrimonio extra iudiciũ, vel corã iudice mulieri reſtituit certa bona:& confeſſus eſt ſe uergere ad inopiã.an ualeat iſta reſtitutio: ita ꝙ præiudicet uiro,& alijs creditoribus,ne poſſint reuocare.*
61 *Contractus oĩs,ex quo dotis conditio fit melior,& uir nõ efficitur pauperior,eſt licitus inter virum,& vxorẽ.*
62 *Res mulieri reſtitutæ ſi fiunt deteriores: ad quem pertineat commodum,vel incommodum.*
63 *Fructus dotis ſi nõ ſufficiunt uxori ad alimenta. an vir teneatur dare ultra.Et quid ſi ſuperſunt,n.64.*
65 *Petitio dotis,quã facit mulier uiro,an habeat effectum ſolidæ exactionis:an uerò inquantum uir facere põt.*
66 *Vir ſi poſt dotis reſtitutionem effectus eſt diues:an dos ſibi reſtituetur.*
*Mulier ex bonis rèſtitutis pro dote,an teneatur alere uirum,& ẽt ſocerum,& filios ex alio matrimonio.*

1 PEr veſtras. †Marito vergente ad in-
opiam, pro dote ſatiſda-
tio peti poteſt.cõis diuiſio.ſecunda ibi [ cũ ergo.]
primò ponit cauſæ delegationem:actoris petitionẽ:rei ex-
ceptionem,& declarationem:iudicum interlocutionem.ſe-
cunda ponit duas cauſas mandati alternatiui,quod inter il-
las interſerit.¶No.primò,ꝙ iſti iudices retulerunt Papæ
quòd egerunt in cauſa iſta.& hoc fortè per modum apoſto
lorum;quia vir iſte appellauerat ab eorum ſententia: vnde
ſibi, etiam nõ petenti, apoſtoli ſunt tradendi, vt C.de app.
l.eos.in fin.& c.ab eo.& c.vt ſuper.de appel. lib.6.vel fortè
ita conuenerunt partes, vt iudices Papam conſulerent, an
ſententia eſſet iuſta.multa enim conſenſu partium in iudi-
cio terminari poſſunt,vt l.ex conſenſu.de app.& l.ſi conue-
nerit.ff.de re iud.¶Secundò no.ꝙ iſte H. pauper agebat cõ
2 tra magiſtrũ R.quia dotẽ ſibi promiſerat.ex eo collige, †ꝙ
p̃t accedere fideiuſſor pro dote danda,ſiue ſoluẽda. vt l.mu
3 tus.& l.promittendo.de iur.do.¶Tertiò no.†ꝙ extraneus,
q̃ promiſit dotem pro muliere: p̃t contra virum agentẽ ad
dotem exceptionem illam,ꝙ ipſe vergit ad inopiam, oppo
nere.& ſic videtur caſus,ꝙ etiam extraneo,cui ſoluto ma-
trimonio,debet fieri dotis reſtitutio, competit beneficium
l.vbi adhuc.C.de iure do.& l.ſi conſtante.ff.ſol.ma. quæ ll.
loquuntur ſolùm in muliere:non in alio dotem dante. Sed
hic eſt argu.ꝙ etiam extraneo detur illud beneficiũ,de quo
4 dicam in d.l.ſi conſtante.¶Quartò no.†ꝙ maritus,qui re-
pulit vxorem à ſe:non poteſt dotem petere: nec etiam fru-
ctus lucrari,vt l.inſulam.§.vſuras.ff.ſol.mat.& l.vlti.de doli
excep.& l.cum poſt.§.j.ff.de iure dot. ¶Quintò no.ad for-
mam ſententiæ conſulum. dixerunt enim; quia vir ad ino-
piam vergere videbatur.& hoc verbum,videbatur,põdera.
ſufficit.n.ſuſpicio,& veriſimilitudo dilapidationis, & vulgi
opinio:vt mulier poſſit dicto caſu repetere dotẽ. qđ dic,vt
5 no.in d.l.vbi adhuc.& l.ſi conſtante præall.¶Sextò not.†ꝙ
vir p̃ſtando cautionem idoneã euitat exactionem dotis ab
eo fiendam vigore dictarum legum:cuius contrariũ deter-
minat Cy.in d.l.vbi.in 3.q.& idẽ ibi gl.quia poſſet fieri ege
nus:& mulier,& familia non poſſet ſuſtentari. Item cautio
fragilis eſt:ideò tutius eſt habere rem,q̃ fideiuſſorẽ:ſicut tu
tius eſt pignori incumbere: q̃ in perſonam agere. ad hoc l.
qui ita.ff.ad Treb.& ff.de fideiuſ.l.ſi ita ſtipulatus eſſes.¶Se
6 ptimò no. † rationem,quare cautio non exigitur à viro vl-
tra q̃ poſſit.quia ſatis põt credi modicũ dotis, &c.dignior
eſt.n.perſona,q̃ res.12.q.j.c.præcipimus.vbi de hoc. aliam
rõnem reddit tex.in l.j.C.ne fideiuſ.vel mã.do.den.¶Octa
7 uò no.†ꝙ qui non p̃t præſtare cautionem in totum, debet
præſtare illam,quam poteſt.idem in iudiciis,ſi quis tenetur
ad cautionem:ſi non p̃t præſtare cautionem cum fideiuſſo-
re,præſtabit iuratoriã.vt in Auth.generaliter.de epi. & cle.
Vtrum autem illa iuratoria debeat eſſe pœnalis, dic vt l.2.
§.fi.ff.de iud.¶Nonò no.videtur fuiſſe pauper à principio,
ſcilicet tempore conſtitutionis dotis.dum tex.dicit[pro H.
paupere.]&c.& tñ exigitur ab eo cautio:quam pręſtare po
8 teſt.quod facit ad q.Cy.†vtrum mulier, quæ ſciebat tempo
re,quo virum accepit,ipſum eſſe dilapidatorẽ, & labi facul
tatibus,habeat remedia prædictarum legum:vt poſſit dotẽ
repetere.Dy.ꝙ non,quando ſciuit:ſecus ſi ignorauit, vt l.ſi
is à quo.§.vlti.ff.vt in poſſ.le.& ita refert Cy. in l.vbi. in 4.
q.Bar.indiſtincte tenet, ꝙ ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit vi-
rum talem eſſe,habeat remedia prædictarum legũ. allegat
pro caſu illud c.inducendo ipſum,vt dixi.& ita not.in l.ſi cõ
ſtante.in 6.q.j.partis.ff.ſolut.matri.Bal.contra,vt no.in d.l.
9 ſi conſtante.¶Decimò no.†ꝙ pro debito,cuius exactio nõ

competit de præſenti,puta dotis:tñ præſtatur cautio, quòd
ſoluetur tempore debito . ſi quis ergo tenetur mihi aliquid
dare,vel facere in diem,vel ſub conditione : interim poteſt
agi,vt caueat de ſoluendo:cum tp̃s , vel conditio extiterit .
gl.tamen alibi dicit , ꝙ pp pendentiam dilationis in bonæ
fidei iudicijs ſatiſdat : ſed in ſtricti iuris iudicijs diſtingui-
tur:an fideiuſſor poſſit inueniri de facili,aut non.qñq; peti
tur ſatiſdatio ratione imminẽtis ſuſpitionis,vt erat hic : tũc
videtur tex. ꝙ ſemper ſit ſatiſdandum in l.ſi creditores . de
priuil.cre.Interdum petitur ſatiſdatio ratione modi imple-
tionis:tunc in ſtricti iuris iudicijs dic,vt l.dedi.de condi.ob
cau.in bonę fidei iudicijs dic,vt l.inſulam.§.fi.loca.Interdũ
non petitur ſatiſdatio:ſed nuda cautio ſemper peti poteſt ,
vt l.chirographis.de admi.tu.& l.ſicut datam.de lib.cau.&
ad hoc vide,quod no.in l.2.§.nec cogitur.ff.ſolu.ma.& l.in
omnibus.& l.non quemadmodum.de iudic. ¶Vndecimò
10 no.ꝙ quædam cautio eſt idonea:quędam ſimplex.†Idonea
enim eſt cum fideiuſſore,vel pignoribus.ſimplex verò cum
ſimpliciter promittitur.quod dic,vt l.ſancimus. C.de verb.
ſigni.Inter ſententiam autem Papæ hic , & conſulum nõ eſt
ſolùm diuerſitas in qualitate cautionis : pronunciauerunt
enim conſules,vt præſtaret idoneam.Papa verò pronũciat,
vt præſtet qualem poteſt.¶Duodecimò no.in verſi.vel ſal-
11 tem.†ꝙ poteſt honeſtũ lucrũ percipi ex pecunia[a] : quæ ad
a vſum cõceditur mercatori:mercator enim ponit induſtriã:
iſte vir pecuniã.& ſic habet inſtar ſocietatis,quæ poteſt mo
do prædicto contrahi;quaſi vnius opera, & induſtria cum
alterius pecunia cõpẽſetur. vtrùm autem iſto caſu partes
lucri erunt æquales.& an,cum diſſoluet̃, iſta pecunia cõica
bit:vel tantummodo lucrum inde prouenięns . & quid iu-
ris,ſi perdita fuerit.dic,vt no.in l.j. C.pro ſocio. p gl.& Cy.
in caſu tñ huius c.non credo,ꝙ ſit intellectus huius c. vt ta
lis ſocietas contrahat̃ cum mercatore:ſed dubito , an dẽat
dari periculo mercatoris:vt ſi eam perdat,ſuum ſit pericu-
lũ:ſi lucret̃,det partẽ illius lucri.vr̃.n. iſta quodãmodo vſu-
ra,poſtquam capitale non ſubiaceret periculo.vide tamen,
quod circa hoc no.Hoſt.in ſumma de vſur. §.an aliquo ca-
ſu.in 7.col.ver.vſura igitur.vſq; ad fi.§. vbi tractat de eo, q
certa penſione concedit boues;vel oues: qui contractus vul
gariter appellatur ſocida.& vide in Spe.de loca. §.iam.ver.
12 ſi autem aliquis boues . ¶Decimotertiò no.†ꝙ lucrum ex
dote proueniens , ſpectat ad virum , pp onera matrimonij
13 ſubeunda,vt l.pro onerib.C.de iure do. †& ſi mulier nõ dat
viro dotem promiſſam: an poſſit eam expellere de domo :
vr̃ hic caſus,ꝙ ſic.ibi[ne occaſione dotis dimiſſa . ] &c. ad
14 hoc l.pen.C.ad Velle. † Quid dices ſi maritus duxit uxorẽ
ſine dote:an debebit eam alere : & onera matrimonij ſup-
portare?Cy.ꝙ ſic.quod ſic probat.maritus plus debet vxo-
ri viuenti,q̃ mortuæ:ſed eam mortuam tenet̃ de ſuo ſepeli-
re,ſi non hẽt dotem. ergo multò fortius tenet̃ viuenti ad ali
menta.ar.ff.de reli.& ſump.fun.l.ꝙ ſi nulla . alibi tñ plenius
ſic diſtinguit.aut maritus hẽt uxorem in ſuo obſequio : aut
non.ſi habet eam in ſuo obſequio:tũc debet eam alere: ſiue
dotem habeat,ſiue non,vt d.l.ꝙ ſi nulla.& argu. de ope.lib.
c.ſicut.quod intelligit verum Vbertus de Bobio,qñ non ha
buit mulier dotem.ſi autem dotem habuit, q̃ fuit ab ea,vel
pro ea promiſſa,& non ſoluatur:tunc non tenet̃. quia dece
ptis,& non decipientibus iura ſubueniunt.pro quo facit in
Auth.de non alie.ſecundò nu.§.illud quoq;. ſecundo caſu ,
qñ non habet eam in ſuo obſequio : tunc aut hoc contingit
pp propriam vxoris temeritatem,& culpã:& hoc caſu non
debet aliquid in eam impendere.nam fruſtra petit debitũ ,
qui,quod dẽt,non impendit.ff.de act.emp. l.qui pendentis.
& l.Iul.§.offerri.e.ti.Aut hoc contingit pp culpam,& teme-
ritatem mariti:& tunc idem,quod in primo caſu , qñ eſt in
eius obſequio.ar.C.de inſti.& ſubſt.l.j.de contrah. emptio.
l.Labeo ſcribit ſi mihi.Aut hoc contingit ceſſante vtriuſq;
culpa pp infirmitatem.& intellige infirmitatem,quæ exigit
maiores expenſas : & quæ facit oĩno eam ceſſare ab obſe-
quio.& iſto caſu refert:aut vxor habet vñ alat̃,(quia eſt di-
ues)& tunc maritus tenet̃ ſcd̃m quantitatẽ dotis,& non vl-
tra.ff.ſo.ma.l.ſi cum dotem.§.ſi autem in ſæuiſsimo. aut eſt
vxor inops,& non habet,vñ alatur:& tunc tenetur maritus
præſtare ſibi alimenta,ẽt ſi nullam habet dotem. ar.d.l.ꝙ ſi
nulla.& Auth.prætorea.C.vñ vir & vxor.ſicut & aliàs alitur
quis rebus alienis.ff.de car.edic.l.fi. & iſta eſt diſtinctio Ia.
15 de Are.quam refert Cy.in l.qd̃ in vxorem. C.de ne.ge.†An
autem econuerſo vxor teneatur alere virum pauperẽ . dicit
gl.ꝙ ſic de dote. ſed certè fructus dotis maritus iure ſuo ꝑ-
cipit,non vxoris beneficio.vt l.dotis fructus.ff. de iu.dot.&
p̃t intelligi glo.cum vxor pp inopiam viri recuperauit dotẽ
beneficio l.vbi adhuc.quo caſu virum egentem,& familiam
tenetur alere.vt d.l.ſi cum dotem.§.ſi autem. vide quod no.
in Spe.eo.ti.§.fi.ver.quid ſi vir.vbi quid iuris, ſi maritus eſt
exbannitus,an debeat ali de dote.ad quod vide l.mutus. ff.
de iure do.¶Venio ad oppo.& primo oppo. Papa mandat
hic dotem viro vergenti ad inopiam reſtitui , præſtita cau-
tione,quam poteſt.Sed contra hoc opp.& vr̃,ꝙ non debeat
ſibi dari,vel ſequeſtrari.vt l.ſi cum dotem.§.ſi uerò.ff.ſolut.
ma.pręterea alia l.dicit,ꝙ dicto caſu, cum.ſ.verget ad ino-
piam,dẽt eam reſtituere mulieri,vt l.ſi conſtante. ff.ſo.ma.
& l.vbi adhuc . de iure do.ſi ergo debet reddere, ſi haberet
penes ſe: vr̃,ꝙ eodem caſu non poſſit eam petere , ob. reg.
dolo facis . & reg.cui damus actionem,multò magis exce-
ptio.ſolu.dicit glo.& bene.contraria loquuntur, qñ vir con
ſumit,& dilapidat bona ſua:hic cũ abſq; dilapidatione pau
pertate laborat.tu diſtingue tres caſus.nam qñque conſtan
te matrimonio mulier vult repetere dotẽ : quia maritus eſt
ſuſpectus de patrimonij dilapidatione.Interdum vult repe
tere:quia maritus premitur cumulo æris alieni. Interdum
vult repetere : quia maritus aduerſo caſu,& fortuna efficit
inops:puta quia vi fluminis,vel hoſtium res ſuas amittit.pri
mo caſu,qñ diſſipat,repetere poteſt. & ꝓuiſum eſt iure ve-
teri Dige.Cod.& Auth.plenè,plenius,& pleniſsimè, vt no.
Bar.in l.ſi conſtante.circa prin. ff.ſol.ma.& hoc verum , qñ
eſt mulier ſanæ mentis:ſi uerò eſſet furioſa:& vir dilapida-
ret dotem,ſiue bona:tunc deberet dos ſequeſtrari , vt d.l.ſi
cum dotem.§.ſi uerò.ſo.ma. & ita intelligit Bar. illum §.in
d.§.ſi verò.Secundo caſu,qñ vir premitur ære alieno.& tũc
mulier agit hypothecaria,per quam conſequitur res ſuppo
ſitas pro dote:& ante nuptias donationes. & ita loquitur l.
vbi adhuc. C.de iure dot. Tertio caſu . quando vir laborat
aduerſa fortuna:vel aliter eſt inops:tunc mulier non poteſt
agere ad dotem;quia debet eſſe particeps infortunii, & ad-
uerſi caſus viri ſui.arg.d.l.ſi cum dotem.§.ſi maritus.ſo.ma.
& ita refert Cyn.in d.l.vbi.in 7.q.& non ſolùm non poteſt
mulier repetere illo caſu:ſed ipſam ſoluere, ſi non dederat.
vt in illo c.Aduertendum,ꝙ in caſibus prædictis, in quibus
dixi reſtitutionem fiendam, ſcias, ꝙ per iſtam reſtitutionẽ
non deſinit eſſe dos : ſed eſt quædam ſimplex tranſlatio de
viro in eam.dos tamen eſt, & ſola adminiſtratio in mulierẽ
transfertur:vt ex dote reſtituta ſe, & familiam ſuam alat,&
virum egentem.vt hic dicit gl.& §.ſi uerò. ex quo infertur,
ꝙ ſi illa dos eſſet profecta ab extraneo:& in caſu reſtitutio-
nis ſibi eſſet ſtipulatus. In caſibus p̃dictis non debebit ſibi
reſtitui,ſed uxori.& hoc no.glo.in d.l.ſi conſtante.in princ.
16 & prædicta faciunt ad quæſt. †vtrùm vxores expulſorum
b propter partialitatem poſſint repetere dotem[b].& uidetur,
ꝙ non:quia iſta eſt potius infelicitas fortunæ,q̃ maleficium
viri.vide quod circa hoc no.Bal.in l.ſi cum dotem. §.ſi ma-
ritus.præall. ¶Secundò oppo.Papa mandat,ꝙ vir præſtet
cautionem,quam poteſt.Sed contra hoc oppo.& vr̃, ꝙ non
debeat



debeat preſtare aliquam cautionem,vt l.j.C.ne fide.vel mã
17 da.do.den.Sol.ex dictis Docto.hic , & alibi ita dicas.†cum
quæritur vtrùm ad obligationẽ dotis poteſt accedere fide
iuſſor:diſtingue.aut mulier dat fideiuſſorem marito de ſol-
uendo ſibi dotem promiſſam : & valet fideiuſſio. ff.de iure
dotium.l.mutus.& l.promittendo. Aut maritus cauet vxo-
ri:& tunc aut conſtante matrimonio: aut eo ſoluto.ſi eo cõ
ſtante:& tunc aut per dationem pignorum.& valet,vt l.Ca-
lippus.aliàs l.quamuis.ff.de ſol. Aut dando fideiuſſorem:&
tunc,aut de dote conſeruanda. aut reſtituenda.ſi cõſeruan-
da:& non valet.& ita loquitur l.j.præall. ſi de reſtituẽda : &
tunc iſta cautio eſt præſtita:quia vir vergit ad inopiã, & va
let,vt in illo c.Aut alia rõne:& tunc Dyn.conſuluit, ꝙ valet
fideiuſſio,ꝑ iura,& rationes,quas refert Cyn. in d.l.j.quod
Bar.reprobat in l.ſi conſtante.§.quoties.ff.ſo.ma.ubi Bald.
tenet cum Cy.Io.An.remittit hic ad no. per eum in Spe.eo.
titu.§.nunc de dote.verſi.illud.vbi omnino videas,dicit ip-
ſe. ¶Tertiò oppo. & vr̃,ꝙ non debuit hic præſtari cautio à
marito:agebat.n.iſte vir contra extraneum. ſ. magiſtrũ R.
& ſic actio.qua tenebatur extraneo ſtricti iuris , in quibus
quidem actionibus ſtricti iuris cautio non præſtatur, iuxta
no.in l.in omnibus.ff.iud.ſol.vt dixi s̃.in q. Aduerte tamen;
quia eſt quædam actio competens vxori ad repetitionẽ do
tis.& iſta eſt bonæ fidei,vt in §.fuerat. Inſt.de act.quædam
eſt actio competens viro ad dotem ſibi promiſſam:& in il-
la eſt opinio,an ſit bonæ fidei,vel ſtricti iuris. Bar.tñ tenet,
ꝙ ſit bonæ fidei.quædam eſt actio competens extraneo ad
reſtitutionem dotis datæ per eum: & illa eſt ſtricti iuris . &
iſta no.Bar.in l.de diuiſi.ff.ſo.ma.licèt aliter ſentiat in d.l.ſi
conſtante.in 2.q.prin.¶Quartò oppo.iſte R. contra quem
agebatur,erat laicus.quod patet: quia alia vice coram con
ſulibus ſibi quæſtio mota fuit:quod non potuiſſet, ſi fuiſſet
clericus,vt s̃.de for. comp.c.ſi diligenti. Si ergo erat laicus,
debuit conueniri coram iudice ſeculari,vt s̃.de fo. compet.
c.licèt.& c.ſi duobus.de appel.hic autem conuentus fuit co
ram iudice eccleſiaſtico:ergo malè.ſol.Io.An.hic ſuper ver
bo[auctoritate noſtra.]dicit,ꝙ fortè iſte erat clericus : ſed
non eſt verum,vt s̃.dixi.vel quia actor pauper erat, & miſe
rabilis perſona, potuit contra laicũ impetrare literas à Pa-
pa,ad quem pertinet tuitio pauperum: & miſerabiliũ per-
ſonarum.s̃.de off.deleg.c.ſignificantibus. & 87.diſt.cap.1.
¶Quintò opp.dr̃ hic,ꝙ exceptum fuit de ſubreptione lite-
rarum.quia tacitò de re iudi.impetratio facta fuit: ergo im
petratio nulla.vt l.fi.C.ſenten.reſcin.non poſſ.& s̃.de re iu-
dic.c.inter monaſterium . hic autem excepta iſta exceptio-
ne ad confirmationem ſñiæ cõſulum proceſſerunt.ergo ma
lè.ſol.dicit Innoc. ꝙ ideo tenuit impetratio: quia ſententia
conſulum non produxerat effectum rei iudicatę perpetuò:
ſed ad tempus,ſcilicet donec maritus non caueret idoneè ,
negaretur ſibi exceptio.quia ergo maritus ille paratus erat
cauere eo modo,quo poterat:meritò potuit impetrare, nõ
habita mentione illius ſententię non habentis vim excluſio
nis perpetuæ,ſed temporalis.argu.ff.ſolu.ma.l.rei iudica.§.
ſi in iudicio.vel dic ſecundùm Hoſt. ꝙ iſta ſententia conſu-
lum fuit nulla ipſo iure:quia lata contra ius ſcriptum. C.ne
fideiuſ.vel manda.do.den.ergo nõ fuit neceſſe facere de ip-
ſa mentionem,vt no.in c.ex tenore.s̃.de reſcrip. & dicto §.
ſi in iudicio.¶Vltimò Ioan.And.tangit hic de bonis para-
18 phernalibus.& quærit†vtrùm maritus habeat bonorũ para
phernalium adminiſtrationem, ſicut habet adminiſtratio-
nem dotis.dicit,ꝙ non:quia in maritũ tranſit dñium rei do
talis,vt l.doce.C.de rei ven. Iuſtũ ergo fuit ſibi adminiſtra-
tionẽ cõmittere,vt l.nemo.C.de iud. Sed in paraphernalib.
nullum ius hẽt:nec contra expreſſam mulieris voluntatem
p̃ot ſe de illis intromittere : quamuis circa voluntatẽ in his
admittatur cum cautione de rato.C.de procu.l.maritus. &
l.fi.de pac.conuen.ita dicit ipſe. ¶Circa hoc, tu canoniſta
19 debes ſcire,†ꝙ bona paraphernalia dicunt̃ illa,q̃ dantur,vt
non ſint in dotem:& mulier eis poſſit vti,vt l.ſi ego.§.dotis
aũt.ff.de iure do.& dr̃ paraphernalis à parà, quod eſt præ-
ter,& pherni,quod eſt dos,quaſi p̃ter dotem. ſ.quod vxor
ſecum ducit ad domum viri vltra dotem,vt no.p glo. C. de
pac.conuen.ſuper rub. ¶Sed incidenter circa hoc quærit̃.
20 †vtrũ maritus lucretur fructus rerum paraphernaliũ. gl.te
net,ꝙ non,in l.fi.de pac.conu.quam gl. Doc. ibi intelligunt
in fructibus naturalibus:ſed in induſtrialibus dicunt idem,
qd̃ dicit l.in vſuris.quas ſine dubio vir lucratur, vt hic dr̃ in
21 tex.hanc q.diſputauit Mar.Syl.dic vt in ea. ¶Vnum no.†ꝙ
condictio,quæ competit ad repetendum bona pharaphern a
lia,ſoluto matrimonio,non eſt priuilegiata, vt d.l.ſi ego.§.
fi.& ibi Bar.¶Vltra Doc.quia iſtud.c.tractat de materia,cũ
vir vergit ad inopiam (quo caſu poteſt mulier dotem pete-
re)eſt ſciendũ,ꝙ iſtam materiam Bar.poſt Doc.alto, & ꝓli
xo ſtylo proſequitur in d.l.ſi conſtante.Et quia materia eſt
multum vtilis,& incognita Canoniſtis:breuiter quædam ex
dictis ſuis vtilia reaſſumam.& præmitto ad euidentiam di-
22 cendorum. †ꝙ ſuper illa repetitione dotis,cum vir vergit
ad inopiam,habemus tria iura diuerſimodè loquentia : nã
iure Digeſt.iſta repetitio conceditur,cum conſtat euiden-
tiſsimè,viri facultates non ſufficere. hoc modo loquit̃ text.
in d.l.ſi conſtante.vñ ergo agi non poterat,nec illo caſu, ad
aliud, q̃ ad litẽ. Superuenit poſtea nouum ius Cod.quo ꝓ-
uiſum eſt plenius:quia licèt bona mariti ſufficiant exactio-
ni:tñ ſi maritus laboret inopia:puta eſt nobilis hõ,q parum
hẽt:habet tñ.ſ.quantum ſufficit creditoribus , & exactioni
dotis:tũ quia oportet eum ſtare honorificè,oĩa expendit:ſe
cundùm iura Dig.mulier non poterat agere. ſed ꝑ ius Cod.
p̃t.vt l.vbi adhuc.& l.in reb.de iu.do.Superuenit vltimò ius
Auth.quo eſt prouiſum pleniſsimè.ecce vir hẽt tm̃, ꝙ ſuffi-
cit creditoribus,& doti:& eſt ita diues , ꝙ p̃t viuere: tamen
eſt dubium,ne vertatur ad inopiã:quia malè vtit̃ ſubſtantia
ſua.ſcd̃m iura Dig.& Cod.nõ poterat agere:ſed iure Auth.
nouiſſimo p̃t.vnum ergo ius non corrigit aliud:ſed addit al
teri iuri,plenius prouidendo. ¶Sed contra iſtas prouiſio-
nes oĩum prædictorum iurium poſſes inſtare: & dicere,hæc
malè dicta:quia cum aliquid dẽt reſtitui poſt tp̃s: dẽt inte-
rim idoneè ſatiſdari in actione bonę fidei:vt eſt actio dotis,
competens mulieri,vt in §.fuerat.de rei uxo.ac.& l.in oĩb.
ff.de iud.Illa verò iura prouident de reſtitutione fienda añ
tp̃s:non de ſatiſdatione præſtanda.ꝙ reſtitutio fiet debito
tp̃e.ergo malè.ſol.dicit Bar.in d.l.ſi conſtante.in 5.op.me-
lius eſt habere res,q̃ cautionem.vt l.qui ita. §.j.ff. ad Treb.
vel dic ſcd̃m eius opi.ꝙ conſtante matrimonio nõ tenet fi-
deiuſſio,vel cautio de reſtituenda dote,ſolu. vt l.j. C. ne fi-
deiuſ.vel mand.do.den.fuit ergo neceſſarium remedium p̃-
dictarum legũ,vt ibi p eum. Qui ẽt op.ꝙ in caſu dilapida-
tionis dos debeat ſequeſtrari,non reſtitui, vt l.ſi cum dotẽ.
§.ſi verò.ff.ſo.ma.ibi loquit̃,cum vxor eſt furioſa: quo caſu
ſi vir bona dilapidat,ſequeſtrat̃ dos,vt ibi.& dixi s̃. in ſcd̃a
oppo.¶His præmiſsis ordinat Bar.illam materiã per qua-
tuor qõnes prin.prima tendit,& concernit perſonam eius,
à quo petitur pp inopiam.ſcd̃a perſonam eius,qui petit.ter
tia modum repetendi.quarta repetitionis effectũ. ¶Circa
primum.ſ.perſonam eius,à quo petitur pp inopiam. primò
23 quærit,†qualiter ꝓbabitur viri facultates ad dotis quanti-
tatem non ſufficere.Dy.dicit,ꝙ probabitur per vulgi opin.
vt no.in d.l.vbi adhuc.vel probabitur exhibendo creditori
viri quantitatẽ ſui patrimonij : q̃ probatio ſufficere vr̃ . niſi
ipſe probet aliter,ut no.in l.cum de lege.de prob. & s̃.de p̃-
ſump.c.fi. Barto.tñ tenet,ꝙ uulgi opinio ſola ſufficit tertio
caſu:nam ſcd̃m eũ,quædã ſunt cauſæ, in quibus ſñia lata fa
cit magnũ præiudicium:& in illis requirit plena cognitio .

& probatio,quæ reſultat ex demonſtratione patrimonij, &
cumuli æris alieni, vt dixi . quædam ſunt cauſæ, in quibus
ſnīa lata facit modicum præiudicium;& in illis ſufficit ſemi
plena probatio,vt l.3.§.cauſæ.ff.ad carbo.& ff.ad exhi. l.3.
§.ſciendum.& quod ibi no.quia ergo ex ſnīa,quæ fertur in
illo iudicio reſtōnis dotis,marito paratur modicum præiu
dicium:quia deſeruiet oneribus matrimonij: ſicut ſi conſi-
ſteret penes eum,vt dixi ſ̄. meritò ſufficit probatio per opi
24 nionem vulgi. ¶Secundò iuxta prædicta quærit.†qualiter
in caſu huius c.& ſimil.ſumatur paupertas:ſiue inopia.dicit
ipſe,ꝙ qñq; in aliquibus caſibus lex limitat,qualiter debet
intelligi pauper:tunc ſtabo diſpōni legis.vt ff.de accu. l.nul
li.& Inſt.de ſucc.l.j.§.ſed noſtra.cum ſim.qñq; lex hoc non
limitat:tunc in caſibus,in quibus parat̄ ex paupertate par-
uum præiudicium:relinquitur arbitrio iudicis, vt C. vñ vir
& vxor.arbitrabit̄ aūt hic iudex diuerſimodè, ſcd̄m diuer-
ſitatē perſonarum,& fori.nā vna mulier habèns mille in bo
nis,eſt pauper.vnus ruſticus habens minus, eſt diues.argu.
de ver.ſig.l.nepos Proculo. & quod no.de reg.iu.l. in con-
demnatione.& l.ſed ſi ſuſceperit.de iud. Itē ex qualitate fa
ueniſſe ad prẽm.quę diſtinctio non ꝓbatur:& ideò dicit ibi
Bald. ꝙ de rigore iuris præſumitur ad quemlibet ꝑueniſſe
pro parte,iuxta no.in l.vir vxori.§.fi.ff.ad Vell. & ideò non
tenetur quilibet inſolidum ad reſtitutionem,vt l.cum appa
rebit.ff.loca.& ita dicit ibi Bald. Sed aduerte,quia videtur,
quòd pater etiam pro parte filii teneatur. nã eoipſo,quòd
paſſus eſt in inſtrumento filium ſimul ſecum obligari: vide
tur obligationi filii cõſentire:& ꝓ hoc obligatur ipſe,& eius
bona,ꝑ regulam,quam tradit Bar. in d. §.tranſgrediamur.
Pet.de Anch.ſup.4.Decre. p 3 vbi

vbi dicit,ꝙ vbi pater cogitur conſentire, & ſe obligare : ibi
ſimpliciter conſentiendo ſe obligat,vt l.ſi filius.ff.de tute.&
dicta l.ſi inter tres.§.Imperator.ſecus eſt in actibus, in qui
bus pater non cogitur ſe pro filio obligare:tunc.n.eius ſim
plex conſenſus eum non obligat,vt l.cum non ſolum. §.ne-
ceſsitatem.C.de bo.quæ lib.vbi de peculio. ut l.j.& ibi not.
39 ff.quod iuſſu.¶Circa hoc etiam quærit Bar. quidam acce-
pit dotem à nuru:deinde emancipauit filium:unde filius, &
nurus habitant ſeorſum à patre:modò filius petit, ut pater
conſignet ſibi hanc dotem:pater vult retinere dimidiã vſus
fructus,quam debet habere in præmium emancipationis,
per l.cum oportet.C.de bon.quæ libe. quæritur quid iuris.
ſuper hoc puncto.Dyn. conſulendo dixit, ꝙ ex quò filius
emancipatus ſuſtinet onera matrimonii: ꝙ pater non reti-
nebit dimidiam vſuf.uctuum ; quia vſusfructus dotis ha-
bet tacitam conditionem, ſi onera matrimonii ſupporten-
tur.allegat l.ſi maritus.ff.fam.erciſc.allego pro hoc l.ſi is q.
§.ibi dos eſſe debet.&c.ff.de iure dot. ibi enim dicitur, qd
iuris de dote patre mortuo. & ſic filio à patria poteſtate li-
berato.idem dicas eo emancipato,ut l.ſi pater.de iure dot.
de lucro autem,quod prouenit ex lucro dotis, utrùm acq-
ratur filioſa. uel eius patri : ita ꝙ poſt eius mortem debeat
iſtud lucrum cum fratribus communicari.Dyn.ꝙ ſic:ſi hoc
lucrum prouenerit ex dote,patre viuente. ſecus ſi poſt mor
tem eius.vt l. 2.C.fam.erciſc.ubi idem dicit Cy. pro hoc vr̃
tex.in l.dotem.de caſtren.pecu.ſecundùm unam lectu. & l.
actio.§.ſi.cum l.ſeq.pro ſocio.quæ opin.placet Bar. ſecũdũ
iura Digeſt.hodie dicit teneri contrarium: nam quod filius
lucratur ex dote,eſt aduentitium.C.de bo.quæ libe.l.j.ergo
non uenit in collatione,ut l.fin.C.de colla. & hoc putat ue-
riſsimum in d.§.tranſgrediamur. ¶Quintodecimò quæro.
dr̃ hic,ꝙ dos debet reſtitui,ſo.ma.& illa reſtitutio in rebus
mobilibus,immobilibus,& pecunia fieri poteſt : quia ſunt
res,quæ manu tanguntur,& ad oculum demonſtrantur, ut
40 Inſt.de reb.cor.in prin.†qd ergo dices,cũ data ſunt in dotẽ
incorporalia(ut ſeruitutes,vſusfr.& noĩa debitorum.) quid
ueniet in reſtitutione, ſo.ma. Rñd.iſta reſtitutio eſt qñque
difficilis.& ideo dic,ut no.in l.uſufr.ff.ſo.ma. & l.ſi uſusfru.
& l.cum in fundo.p totam l.ff.de iu.do.Sed in noĩbus debi-
torum quæro,mulier habebat debitorẽ ſuum in mille : de-
dit illud nomen in dotem uiro, & uir nihil exegit: quia no-
luit,vel quia nõ potuit;quia erat inops. quæro ad quid tene
bit uir hr̃dib.uxoris.ſo.ma. uel hr̃des uiri ipſi uxori ſupui-
uenti . dic,ꝙ maritus non tenetur de periculo noĩs: ſi nõ p̃t
ſibi culpa imputari.vt l.Męuia.ff.ſo.ma. qđ eſt verũ,qñ no-
men eſt datum ſibi in dotẽ ſimpliciter. ſecus ſi æſtimatum :
quia tunc faceret emptionẽ:& eſſet periculũ uiri,ut l.ſi no-
men.de hære.ven.& hoc uerũ,qñ nomẽ dat̃ in dotẽ, vel ſim
pliciter,uel æſtimatũ.Si verò nomen non datur in dotẽ, ſed
delegatur uiro:tunc aut loqueris de periculo ſubſiſtẽtis in-
opię tp̃e delegationis.& diſtinguit,utrùm uir fuit ſciens,an
ignorans,ut l.promittendo.§.ſi debitorẽ.ff.de iu.do. aut lo-
queris de periculo ſubſequntæ inopiæ:tunc periculũ eſt ui-
41 ri.vt l.Pap.§.2.de ſol.vide tñ l.ſi extraneus. de iu.do.†Quid
dices,ſi res in dotẽ traditæ ſunt euictæ à uiro conſtante ma.
tri.quid eo ſoluto tenebitur reſtituere.dic,ꝙ maritus,re eui
cta,p̃t agere contra mulierem de euicti. & quidquid conſtã
te matrimonio ab ea,uel ab alio conſecutus fuerit, tenebit̃
reſtituere ſo.ma.ut l.quoties.ff.de iu.do. ¶Sed hic inciden-
ter quæritur.mulier repetit ab hr̃dibus viri dotẽ: illi uolunt
deducere expenſas à viro factas:vtrũ poſſint. dic,ut dixi.s̃.
e.c.j.ad fi.ubi remiſi ad Spe.q plenè diſputat iſtam qõnem,
42 hoc.eo.ti.ad fi.¶Sextodecimò quæro. †vtrũ contra mulie-
rem repetentem dotem poſſit opponi cõpenſatio c de ſimi
li quantitate:vel detur contra eam retentio: quia uiro ſit in
aliquo obligata.& vr̃,ꝙ poſſit,vt l.rei iud.§.hr̃di.ff.ſol.mat.
in contrarium facit l.j.§.taceat.C.de rei uxor.ac.glo.in d.§.
hr̃di.titubando loquitur.Sed ueritas eſt,ꝙ ſi utrinq; debeat̃
quantitas:admittitur compenſatio,vt patet ibi in text.dum
dicit[compenſationes,q̃ ad cãm pecuniariã reſpiciũt.]&c.
& no.in d.§.taceat.ubi prohiberetur retentio,non compen
ſatio.& ita dicit Bar.in d.§.hr̃di.Bald.plenius ſic diſtinguit.
aut cõpenſatio opponitur mulieri:& tunc refert,aut oppo-
nitur in dote:aut in acceſſoriis dotis.primo caſu ſunt opin.
nã gl.in d.§.ob dona.tenet,ꝙ non obiiciatur compenſatio.
ſed in d.§.hr̃di.tenet,ꝙ poſſit obiici.& hoc cõiter approba
tur,ut dixi.circa acceſſoria uerò dotis bñ admictit̃ compen
ſatio.& ſic non p oĩa eſt idem priuilegiũ dotis:& acceſſorii,
43 ſecundùm gl.in d.§.ob dõ.¶† Quid de extenuatione. utrũ
res extenuet̃ perceptione fructuum ex rebus obligatis pro
dote.dicit,ꝙ eſt caſus de ſolu.l.Titia.vbi uideas dr̃iam inter
cõpenſationem,& extenuationẽ.quia extenuatio fit ſine op
poſitione alicuius exceptionis:neutra tñ fit, niſi ex debito
conſimili,vel conformi:puta quantitatis ad quantitatẽ : uel
generis ad genus:vt no.Cy.in l.1.C.de pig.ac.fructus tñ nõ
compẽſantur cum quantitate,niſi ſint cõſumpti : nam ſicut
non poſſent ſolui pro quantitate illa , nec cõpenſari, ſcd̃m
Ia.de Are.& Bar.& probatur de fideiuſſ.l.ſi ita fideiuſſorem
accepero.& mand.l.ſi is qui negotia.§.fi.& per hoc limitan
tur iura,q̃ dicunt,ꝙ fructus extenuant ſortẽ.s̃. de iureiu.c.
ad nr̃am.debent.n.intelligi de fructibus cõſumptis . & ideò
debitor,qui allegat extenuationem , dẽt formare argm̃ de
conſumptione fructuũ:q̃ conſumptio, poſtq̃ facta eſt,nõ p̃t
creſcere,uel decreſcere æſtimatio ex mora,ſcd̃m Bald.poſt
Bar.in d.§.ob dõnes.qđ eſt no. ¶Decimoſeptimò quęro .
44 †vtrũ contra mulierẽ repetentem fundum datum in dotem
poſſet obiici exceptio dñii.& vr̃,ꝙ nõ: quia maritus habuit
cãm ab ea:ergo &c.ut l.creditores.C.de pig.ac. & eſt caſus
in l.ſi alienã.ff.ſo.ma.ubi plenè diſtinguit Bar.vtrùm ille, q
hẽt cãm à me,poſſit me excludere p exceptionem dñii p-
prii:uel tertij.quid de exceptione adulterij,an mulier repe-
tens dotẽ poſſit excludi dicta exceptione.dixi s̃.eod.c.ple-
runq;.de illa exceptione,quatenus vir facere p̃t,dixi s̃.ca.j.
& quid iuris de replicatione lenocinii contra uirũ excipien
tem de adulterio,plenè in l.cum mulier.ff.ſo.ma. & c.intel-
45 leximus.de adul.¶Decimooctauò quæro,†qñ naſcatur a-
ctio de dote.gl.in l.iuregen.§.quinimò.uerſi.ut puta.tenet ,
ꝙ actio de dote naſcitur,conſtante matri.pro qua vr̃ caſus.
ff.de iu.do.l.auia.& ſol.ma.l.quoties.& de bon.dã.l.5. legi-
bus probatur,& per rõnem,quòd conditio, quæ eſt omni-
no extitura,non ſuſpendit natiuitatem actionis,vt l.ſi pupil
lus.§.ſi ſub condõne.ff.de noua. Sed actio de dote pẽdet ex
illa conditione,ſi matrimonium ſoluitur:& hęc cõditio cer
ta eſt,ut in Authen.de nuptijs.§.nuptias. alia eſt opinio Io.
in l.pater.ff.de dote prælega. ſ.ꝙ actio de dote naſcatur cõ
ſtante matrim.contra hęredes ſoceri. contra maritum nõ :
niſi in caſu inopiæ.probatur primò in l.ſi conſtante.§.ſi ex-
hæredato.ſo.ma.ſecundò per l.pater. de dote pręleg. tertiò
quia reſpectu ſoceri mortui ſolutum eſt matrimonium , ut
l.cum hic ſtatus.§.ſi pater.de don.inter uir. & uxo. præter-
ea videtur caſus in l.ſed ſi pro dote.§.j.de dote pręleg.Ter-
tia eſt opin.gloſſat.iuris ciuilis.qui indiſtinctè dicunt, quòd
actio de dote non naſcitur conſtante matrimonio : niſi in
caſu inopiæ,vt l.cum notisſimi.§.illud.C.de præſcr. 30.an-
norum.& l.in rebus.§.omnis.C.de iur.dot.& ibi tex.& glo.
hic tenet.C.de iure dot.l.auia. & uidetur tex. in l. dotalem.
C.de manum.& hoc tenet Dyn.& Bar.in d.§. ſi exhæreda-
tæ.ubi reſpondet ad contraria ſupradicta. ¶Decimononò
quæro circa iſtam donationẽ propter nuptias quò ad eius
lucrum.dicitur enim hic , ꝙ debet eſſe æqualitas pactorum
in lucro dotis,& donationis propter nuptias. ad hoc. C. de
46 pact.conuen.Authen.æqualitas. †Sed pone,ꝙ mulier dedit
dotem



dotem,pacto appoſito de lucranda quarta, ſiue tertia par-
te dotis.donatio propter nuptias nulla facta fuit. ſoluit̃ ma
trimonium morte uiri.uxor ſuperſtes petit in bonis uiri tã-
tum,quantum erat illa quarta,uel tertia:quam uir,ſi ſuper-
uixiſſet,fuiſſet lucratus.vtrùm bene petat.videtur,quòd ſic:
quia pacta ſuper dote vim ſuam extendunt ad donationem
propter nuptias,etiam ſi non dicatur, vt l. ſi conſtante. &
Authen.dos data.C.de dona.ante nup.glo.in illa Auth.de-
terminat contrarium.dicit enim,ꝙ ex donatione, quæ non
eſt conſtituta,non poteſt agi.ſed tunc obſtat inconueniẽs :
quia non ſeruatur æqualitas, quam ſeruari præcipiunt illa
uerba.dicit ibi gloſſ.ꝙ hoc non obſtat. Illa enim iura ſta-
tuunt,quòd pactum maius reducitur ad minus : non tamen
aliquod reducitur ad nullum : ſed nullum reducitur ad ali-
quod.quandoque dos,& donatio intercesſit,ut l.fin. §.ſi au
tem.de dona.ante nup.Sed ſi donatio conſtituta non fuit,vt
in quæſtione noſtra:tunc agi non poteſt ſolu.matri.ut con-
ſtituatur ea ratione,ꝙ ſuper lucro dotis cõuentio facta fuit.
hodie tamen illa iura de illa æqualitate ſeruanda in lucro ,
& conſtitutione donationis,de conſuetudine non ſeruãtur,
ut notatur in d.Authen.æqualitas . de augmento dotis , uel
donationis propter nuptias,utrùm fieri poſſit conſtãte ma
trimonio : ita quòd illud augmentum ſoluto matrimonio
poſſit peti,& pro eo competant dotis priuilegia,& donatio
nes propter nuptias.dic ut in Authen.ſed iam neceſſe. C.de
dona.ante nup & circa hoc augmentum uide no.q. Specu.
hoc eo.tit.ad finem.de priuilegiis dotis dixi s̃.de pign. c.ex
literis.& prædicta uariis locis dicta per Doct.vt uideas pro
aliquali inſtructione ſimplicium Canoniſtarum ſuper illo
c.recitare utile mihi uiſum fuit.

ADDITIONES.

a ¶Communionem.Communio eſt cauſa diſcordię. Flor.
in l.re cõi.ff.de ſer.urb.præ.& in l.2.C.qñ & quib.quarta
pars de.Spe.de iud.§.ſequitur uidere.circa prin. l.in iudi
cio.& l.cum pater.§.dulcisſimis.de leg.2. gl.in cap. nul-
lis.17.quæſt.4.
b ¶Quia pater.Adde Raph.Cum.in l.ſi cum dotẽ. §.ſi ma
ritus.ff.de iure do.Alex.in l.ſi donaturus.§.j.de cond.ob
cauſam.Oldr.conſi.132.
c ¶Compenſatio.Vide Bal.in l.diuortij. §. ob donationes
circa medium.uerſi.no.optimam gl.ff.ſol.ma. Bar.in l.j.
ver.eſt & aliud priuilegium.e.ti.Doc.in l.neq;.C.de com
penſa.Bar.in l.filioſa.in prin.ſo.ma.

# De ſecundis nuptijs.

DICTVM eſt ſupra de matrimonio in gene
re.de ſecundo matrimonio eſt videndum,
ſecundùm Goff.uel aliter.Quia ſoluto ma
trimonio morte,diuortio, vel aliter vult a-
liquis ſecundò contrahere: ideò,utrũ poſ-
ſit,ſubiicitur in hac rubrica. quidam enim
damnabant ſecundas nuptias perpetuò.quorum opi.repro
bat Augu.ut patet 32.q.1.c.aperiant.leges uerò damnabãt
etiam eas ad tempus.ſ.intra annum luctus , quod Apoſto-
lus concedit.Ideo quid ſequendũ,etiã hic deciditur. & ſup-
plendo ad rub.poteſt totus titu. ſic ſummari. de ſecun. nu-
ptijs non benedicendis infra cap.1.& 3. non contrahendis
prius , quàm habeatur certitudo de morte coniugis . infra
c.2.non prohibendis,infra annum luctus. infra c.pen.& vl-
timo.habetur de materia.31.q.1.c.quomodo.& c. ſeq.2.q.
3.§.hinc colligitur.3.q.3.unde tria.in fine. & quia hic dici-
tur de ſecundis:quid de tertiis,quartis,& ulterioribus . dic,
quòd appellatione ſecundarum omnes ulteriores includit.
ff.de uulg.& pupill.l.1.

*SVMMAE.*

1 *Secundæ nuptiæ non debent benedici.*
*Rationem reddit.nu.3.& 4.*
2 *Nuncius quis poteſt eſſe in re propria.*
4 *Sacramentum matrimonij,ſtrictè ſumendo, non eſt ſa-*
*cramentum.*

1 CApellanum. No.†ꝙ non debẽt
ſecundæ nuptiæ be
nedici.rationem.ĩ.ſubiiciam. ¶Secundò not.ꝙ
pro iſto delicto iſte ſuſpẽditur ab officio,& beneficio . utrũ
autem ſuſpenſus ab altero ex ijs duobus uideatur ſuſpẽſus
à reliquo.dic,ut in gl.fin.de pœnis.ubi plenè de materia ſu-
ſpenſionis.& s̃.de conſue.c.cum dilectus. ¶Tertiò no.ꝙ ul
tra pœnam ſuſpenſionis à iure inflictam, iſte remittitur ad
apoſtolicam ſedem.ex grauitate igitur pœnæ patet iſtũ gra
uiter deliquiſſe.Hoſt.intelligit iſtud. c.cum ſacerdos bñdi-
xit ſecundas nup.uiuente prima.quod Io.An.nõ potuit pci
pere ex antiqua.Egi.& Boati. dicunt,ꝙ illa eſt prouidentia
2 non de caſib.reſeruatis. ¶Quartò no.†ꝙ p̃t quis eſſe nun-
cius in re propria.& ferebat iſte literas Vrię.ſ.contra ſe, ut
s̃.de reſcr.c.olim.facit qđ no.in l.eum qui.§.ſi epiſtola.ff.de
3 fur.per Bar.¶Quærit gl.†quare non debẽt ſecundæ nuptiæ
benedici.reddit duas rationes,pp exhortationem continen
4 tiæ:& quia ſacr̃m iterari non debet.†caue;quia illud,ſtrictẽ
ſumendo,non eſt ſacr̃m : quia non eſt de illis 7. de quib. de
ſacra.non reite . ſuper rubr.eſt ergo ſacr̃ale,uel ſacræ rei ſi-
gnum,ſcd̃m Io.An.alia ratio redditur.ĩ.e.c.vir. videlicet ꝙ
benedictio ſemel habita ſemper durat:& tranſeũdo ad ſecũ
das nuptias benedictas, cõicat bñdictionẽ illam contrahen
ti ſecum.nam cum caro bñdicta non bñdictæ p carnis co-
pulã coniungitur,utraq; ex dicta mixtura intelligitur bñdi
cta:ſicut aqua non bñdicta bñdictæ commiſcetur.s̃.de con
ſecr.eccl.uel alta.c.quod in dubiis.& c.aqua.nec mirũ: ſan-
ctificatur.n. vir infidelis per mulierem fidelem:& econuer-
ſo.1.ad Cor.7.28.q.1.§.1.

*SVMMAE.*

1 *Dubius an ſit coniugatus,uel ſolutus, non p̃ot contrahe-*
*re matrimonium.*
*Dubius an ſit ſeruus,uel liber,non p̃ot teſtificari,nec hæ-*
*reditatem adire.*
2 *Viuus potius quis præſumitur in dubio,q̃ mortuus.*
3 *Captus ab hoſtibus,dum eſt in captiuitate,p̃ot contrahe-*
*re matrimonium de iure canonico.*
4 *Matrimonium ſecundum contractum per vxorem du-*
*biam de morte uiri,non ualet.*
5 *Matrimonium contractum à Chriſtianis in terris infide*
*lium,debet regulari ſecundùm ius canonicum.*
6 *Contrahens matrimonium ſecundum bona fide,ſuperue*
*niente ſcientia de uita prioris uiri,debet abſtinere à*
*coniugio ſecundo.*
7 *Quidam fuit in conflictu Sarracenorum.quo ſedato,re-*
*quiſitus inter cadauera mortuorum non potuit repe-*
*riri:modò alij ad patriam redeuntes dicunt, ꝙ cre-*
*dunt eum mortuum:an eius uxor poſſit alij nubere .*

DOminus. Dubitans de morte con-
iugũ (niſi prius inde cer-
tificetur)contrahere non debet.& ſi contraxit,

 de-

debitum reddat:ſed non exigat. & ſi poſtea ſciat primā ui-
uere,dimittat ſcđam.& ſicut ſunt tria dicta:ita ſunt tres par
tes.ſcđa ibi[ſi verò.]tertia ibi]quod ſi poſt.]¶No.primò,
1 †ꝙ dubius an ſit coniugatus,vel ſolutus, non p̄t contrahere
matrimoniū.ſimiliter dubius,an ſit liber,vel ſeruus,non p̄t
teſtari,nec hr̄ditatē adire,vt l.de ſtatu.ff.de teſta. Iſta.n.&
ſimilia,q̄ requirunt liberū conſenſum: vbi libera volūtas,&
abſoluta non p̄t intercedere,vitiantur,& ſunt nulla.¶Scđò
2 no.ꝙ qñq; dubitatur,an quis viuat,vel mortuus ſit. † & in
hoc caſu potius præſumendum eſt,ꝙ viuat, q̃ꝙ ſit mortuus.
quod patet:quia añ certitudinē de morte, nō eſt licitum ſu
perſtiti contrahere.præſumitur.n.quis viuere centū annis,
niſi ꝓbetur mortuus,vt no.gl.in l.2.§.ſi dubitetur.ff.quem-
ad.te.ap.& in hac materia matrimoniali, qñ eſt dubium de
obitu,vel de vita abñtis,an poſſit pñs contrahere,ꝓuidet il
lud.c.ſed plenius Aut.ſed hodie.C.de repu. vbi declaratur,
qualis certitudo ſufficiat de morte, ad hoc vt pñs poſſit im
punè contrahere mr̄imonium.& no.bñ illam Aut. qualiter
probetur mors in materia iſta:in alia aūt materia qualiter
mors probetur.dic,vt no.in d.§.ſi dubitetur. per Bart.& l.
dos à p̄re.C.ſo.ma.¶Tertiò no.coniuncta ſupraſcriptione,
3 ex qua patet,ꝙ de re illa dirigitur captis à Sarracenis : † ꝙ
captus ab hoſtibus, dum eſt in captiuitate, p̄t contrahere
mr̄imonium de iure canonico.quo iure ſerui cōtrahere nō
prohibentur.de iure verò ciuili matrimonium apud hoſtes
contractum non tenet:nec fictione legis Cornelię,vel poſt-
liminii confirmari poſſet:licèt talis fictio poſſit ad contra-
cta prius extendi.facit l.j.C.de cap.Captiuus ergo,vel car-
ceratus p̄t contrahere matrimonium.de hoc in ca.cū locū.
de ſpon.& hēt locum hoc ēt in captiuo hoſte,vt hic patet,li
cèt Inn.no.ibi contrarium,ſcđm Ioan.An. ¶Quartò no.in
verſi.ſi aūt.ꝙ ſi quis contrahat ſcđas nuptias,pendente du-
bio,vtrùm vir eius deceſſit,necne:vr̄ interim ſcđm mr̄imo-
nium tolerari.Sed in d.Auth.dr̄,ꝙ ſi contrahit, non certifi-
cata de morte viri,iuxta formā illius Auth. punitur vt adul
4 tera.†ex quo innuitur,ꝙ non eſt matrimonium cum ſcđo:
nec debet epus tale matrimonium tolerare.& verſic.iſte.ſin
autem.loquitur de matrimoniis contractis ante iſtā Decr.
5 ¶Quintò no. † ꝙ matrimonium contractum à Chriſtianis
in terris infidelium,debet ſcđm ius canonicū regulari: non
ſcđm ritum terræ,in qua contractus perficitur.qđ eſt ideo ;
quia non tractamus de ſolēnitate contractus:ſed de habili-
tate perſonę ad mr̄imonium contrahendum,q̄ ubicūq; cō-
trahat,ſuis,& non alienis legib.contrahere dēt.facit qđ di-
xi ſ.de ſpon.c.j.& c.olim.de cle.coniu.¶Sextò no.ꝙ qñq;
dēt quis exactus reddere debitum,non exigere:& ſic clau-
dicat contractus ꝑꝑ delictum cōmiſſum ab altero ex cō-
trahentibus.facit qđ no.in l.eleganter.ff.de dolo. facit ſ.de
eo,qui cog.conſan.vxo.ſuæ.c.tranſmiſſæ. ¶Septimò not.in
6 verſi.ꝙ ſi poſt.†ꝙ ſuperueniente ſcientia de vita prioris vi-
ri,dēt,q̄ bona fide contraxit,abſtinere à ſcđo cōiugio:quā-
tumcunq; contraxerit cum ſolemnitate illius Auth.q̄ tñ ex
cuſat ab adulterio,ēt ſi per formam conſtiterit de morte vi
ri,licèt falſò,vt l.miles.§.mulier.ff.de adul.Et not.bene hūc
tex.ꝙ ſuperueniēte mala fide,debet quis abſtinere ab actu,
quem ꝑꝑ bonam fidem licitè exercebat.concor.l.q contra.
C.de nup.& 33.q.2.c.cum per bellicam.mala ēt fides ſup-
ueniens interrumpit præſcrip.vt c.malæ fidei. de reg.iu.lib.
6.ſicut ēt ecōuerſo mala fides à principio,ex poſtfacto pur
gatur.facit qđ no.in c.fi. & c.vigilanti.de præſcri. & facit ad
q.ſi à principio habebam iuſtam cām litigandi, conuentus
fortè ꝑꝑ factum alienum, poſtea de obligatione certifica-
tus debeo à lite deſiſtere: aliàs ex tunc videor iniuſtè litiga
re.& per conſequens deberem in expenſis condemnari, vt
no.Bar.in l.ſi quis inficiatus.ff.depoſiti. facit l.rem non no-
uam.C.de iud.¶Quæro de qōne,quam format Cy.in Aut.
7 hodie.C.de repu.pone†quidam fuit in conflictu Sarraceno
rum:quo ſedato,requiſitus inter cadauera mortuorum nō
potuit reperiri:modò alij ad patriam redeūtes dicūt, ꝙ cre
dunt eum mortuum:quæritur,an vxor eius poſſit alii nube
re.vr̄,ꝙ non:quia illa Auth.exigit,ꝙ deponatur de veritate,
non de credulitate. ipſe tenet, ꝙ in hoc caſu recurratur ad
coniecturas,& veroſimiles præſumptiones: puta fuit uiſus ī
loco periculoſo,vbi multi mortui ſunt:præſumptio.n.eſt,ꝙ
& ipſe ſit mortuus:& ſufficit hoc probare per coniecturas,
poſtq̄ non poteſt haberi clara,& aperta probatio, ut l.non
oēs.§.à barbaris.de re mil.& quod no.ſ.vt lit. non conteſt.
c.qm̄.§.ſi aūt de carnali. Iuſta.n.probatio mortis alicuius
eſt,ꝙ intrauit,& non reperitur,vt l.exhæredatū.& ibi Bart.
ff.de his,qui not.infa.& habui in ſimili qōnem de facto Se-
nis.quidam hñs fratrem,profectus eſt Hieroſolymam: nec
rediit longo tpe.frater(tanquam ille deceſſerit)volebat cō-
tra debitores hr̄ditarios hæreditatis paternæ inſolidum ex-
periri.&(quod plus eſt)volebat,tanquam hęres fratris,age
re contra eius debitores.certè non videtur poſſe, niſi aliter
habita certitudine de eius morte,vt dicta Auth. hodie. &
quod notat Barto.in dicto §.ſi dubitetur.& l.nec nos. C. de
capti.& l.Pantonius.§.rei. & l. cum quidam. §. quod dici-
tur.de acqui.hæred.

*S V M M AE.*

1 *Benedictio ſemel alteri ex coniugatis collata, non eſt in ſecundo matrimonio iteranda.*
*Rationem reddit.nu. 2.& 3.*
4 *Pœnitentia quare iteretur. Et ſacra unctio.*

1 VIr autem. No.primò, †ꝙ benedi-
ctio ſemel alteri ex con
iugatis collata,non eſt in ſcđo matrimonio ite-
randa: ſufficit ergo alterum bñdictum fuiſſe. & hoc notat
iſta dictio[vel:] quæ verificatur in altero diſiunctorum, vt
ſ.de reſcri.c.2.qñq;,vel, ponitur pro,&.& ecōuerſo,vt l.ſæ
pe.de verb.ſig.& l.cum quidam.C.de uerb.ſig. ¶Secundò
2 no.†rationem,quare non debet benedictio iterari;quia ſe-
mel fuerunt benedicti:caro.n.non benedicta participat be
nedictionem impenſam ei,cui coniungitur, vt dixi ſ.c.1.&
hic Io.And.qui remittit ad Hoſt.in ſum.eod.ti.§.an licitum
3 ſit.¶Quærit gl.quare non iteratur benedictio.†dicit ex eo,
4 ne ex iteratione videatur fieri iniuria ſacro. †ſed dices,qua
re pnīa iteratur,ſimiliter ſacra vnctio.glo.reddit rationē de
iſta extrema unctione.de quo ēt no.25.diſt.ſed illud de ma
nus impoſitione an iteretur,no.j.q.j.cap.manus.de pnīa an
iteretur,no.gl.hic,quòd nō.de benedictione, cum bigamus
ducit virginem,an iteretur. glo.dicit,ꝙ ſic,de conſuetudine
quorundam locorum. & multum inualuit illa conſuetudo,
quam quidā approbant,ea ratione:quia(vt apparet ex for-
ma benedictionis)tota benedictio fundatur ſuper muliere.
ex quò igitur mulier nunquam fuit benedicta,dabitur; qa
nihil in uiro intelligitur iterari. de iure tamen contrarium
eſt dicendum,ut in illo c.& no.Petrus,& Abb.ſ.c.j.& Hoſt.
hic.& adde quod no.3.diſt.c.leges.in j.gl.

*S V M M AE.*

1 *Mulier mortuo uiro,non debet nubere intra annum numerandum à tempore mortis uiri,duplici ratione.*
2 *Matrimonium ſoluitur morte.*
3 *Authoritas Apoſtoli,ſi aduerſatur legibus,præualet.*
4 *Diſpoſitio pœnalis edita ſuper obſer.legis,corrigitur, correcta lege.*

*Infamia*



5 *Infamia eſt iactura,& pœna,& quare.*
6 *pœna alia,quàm pœna infamiæ an imponatur per ius ciuile ſecundò nubenti.*
7 *Mulieri,quæ nubit poſt tempus luctus,qualiter iura prouideant.*
8 *Mulier ſecundò nubens an ſuccedat filijs primi matrimonij.*
9 *Pœnæ impoſitæ à iure ciuili ſecundò nubentibus,an ſint ſublatæ per ius canonicum.*
10 *Prouiſio,quæ ſit æquior, vel Apoſtoli, quòd ſtatim poſſit nubere:uel iuris ciuilis,quòd debeat expectare per annum.*
11 *Leges prohibentes matrimonium inter certas perſonas an ſint correctæ per ius canonicum.*
12 *Turbatio ſanguinis viri quomodo intelligatur.*

SVper. Mulier nubens intra annum lugubrē,
infamiam non incurrit.h.d. cum c.ſe.
ponit caſum,cui ſecūdò rñdet,ibi[rñdemus.]¶No.
1 primò†ꝙ mulier mortuo viro, non debet nubere intra an-
2 num numerandum à tpe mortis viri, 2 remiſſo triſtiori ha-
bitu.ff.de his,qui no.infa.l.genero.j.reſponſo. & §.ſed cum
tp̄s.rō eſt duplex.prima ꝑꝑ turbationem ſanguinis:ne quis
de prole dubitet.ff.de his,qui no.inf.l.liberorum.§.j. & C.
de repu.l.conſenſu.§.ꝙ ſi præter hæc.Scđa ꝑꝑ vitandam ſi-
niſtram pudicitiæ ſuſpicionem:parum.n.caſtè vixiſſe præſu
mitur,q̄ tam citò ad ſecundas nuptias conuolauit. in Auth.
de reſti.& ea,q̄ pa.§.vnum. ibi[eo ꝙ fortè ſuſpicio.] &c. &
licèt ceſſet prima rō.ſ.timor turbationis ſanguinis(puta qa
peperit intra menſem poſt mortem viri: vel apparet ex eo
euidenter prægnans)nubere tñ non poterit j. annum: quia
remanet ſecunda rō.ſ.ſuſpicio impudicitiæ,ut prædixi. ſuffi
cit.n.ad legis obſeruantiam, ꝙ remaneat vna de rōnibus,
cum ſunt plures,vt no.in d.l.liberorum. & Azo de ſecundis
2 nup.poſt prin.¶Secundò no.†ꝙ matrimoniū ſoluitur mor
te.mors.n.oīa ſoluit. in Auth.de nup.§.deinceps.col.4.vtrū
aūt iſta recuperet,ſi reſuſcitetur.dic vt dixi ſ.de frig. c.fra-
ternitatis.perſona tñ defuncti repræſentatur in hæredita-
te ante aditionem, & poſt aditionem in hr̄de, vt l. mortuo.
de fideiuſſ.& l.hæreditas.ff.de acqu.re.do.& in Auth.de iu-
reiur.à mo.præ.§.j. ſed hæc iura debent intelligi in iuribus
tranſmisſibilibus ad hæredes:quędam.n.non tranſeunt, vt
priuilegia perſonalia,vxores, & ſimilia: iſta namque mor-
te pereunt,vt l.in oībus.ff.de reg.iu. mulier namq; cenſetur
ſocia diuinæ,& humanæ domus. ſocietas aūt morte diſſol-
uitur,vt Inſt.de ſocietate.§.morte. ¶Tertiò no.quid iuris,
3 cum dicta Apoſtoli aduerſantur iuri ciuili:†præualet.n.au-
ctoritas Apoſtoli: cuius legibus, & beati Petri Iuſtinianus
vult ſuas leges concordari,vt l.j.C.de ſum.tri.quid iuris,vbi
iuri canonico aduerſatur.dic vt c.fi.de ſol.& c.2. de reg.iur.
4 lib.6.¶Quartò no.†ꝙ correcta lege, vr̄ corrigi & pœnalis
diſpō edita ſuper obſeruantia illius l.Apoſtolus.n.de pœna
infamiæ abolenda non dixit. ſed cum in annum licentiam
nubendi contra iura conceſſit: ſatis vr̄ pœna legis ſublata,
poſtquam à lege eſt receſſum,vt hic.quaſi acceſſorium ſe-
quatur naturam principalis.& principali ſublato, acceſſo-
rium non duret,vt in regula.cum quid.de reg.iur.¶Quintò
no.in ver.ſe.qđ fit lege permittente,non meretur pœnā.con
cor.C.de adul.l.Graccus. & ꝙ leges nō dedignantur ſacros
canones imitari.ꝙ dic,vt d.c.2.de reg.iu.lib.6. ¶Sextò no.
5 †ꝙ infamia eſt iactura,& pœna:repellit.n. à legitimis acti-
bus,vt c.actus legitimi.de reg.iu.li.6. repellit à teſtimonio,
à promotione,& ab alijs.de quo dic vt no.in ca. inter dile-
ctos.j.de exceſ.prælа. & vtrùm intelligatur de infamia iu-
ris,vel de infamia facti tm̄.& ex quibus cauſis irrogetur: &
quis poſſit ſuper infamia diſpenſare.dic,vt no.ſ.de re iudi.
c.cum T.Ab.& l.neque famoſis. C.de digni. lib.12.& l.j.ff.
6 de his,q no.inf.&C.de ſum.tri.l.j. ¶Quæro†an ſecūdò nu
benti imponatur alia pœna,q̃ pœna iufamiæ per ius ciuile.
dic ꝙ ſic.ꝙ vt plenius de iſtis ſecundò nubentibus maſcu-
lis,vel fœminis inſtruaris.dicas, ꝙ qñq; quæritur de pęna,
q̄ infligitur ſecundò nubentibus intra tp̄s luctus: qñque de
pœna,q̄ infligitur nubentibus poſt tp̄s luctus.i.poſt annum
à tpe mortis viri,vt dixi in primo no.primo ergo caſu, cum
mulier nubit intra annū luctus, patitur plures pœnas. pri-
ma eſt infamiæ:efficitur.n.infamis,vt l.j.C.de ſecū.nu.Item
in rebus propriis:quia ſecundo marito,vltra tertiam partē,
nec dabit in dotem:nec in vltima voluntate relinquet ſecū
do viro,vt d.l.j.Item in rebus alienis punitur: perdit.n. quæ
ſibi prior maritus reliquerit,vel donauerit: nec abinteſtato
legitimas,vel honorarias hæreditates ex ſucceſſione uendi
cabit,vt d.l.j.Eaſdem pœnas patitur,quæ contra ſacrm̄, ſu-
ſcepta liberorum tutela,nubit ſecundò, antequam eis tuto
rem alium fecerit ordinari:eiſq;, quod debetur ex admini-
ſtratione tutelæ,non perſoluerit:debet.n. mater pupillorū,
ſi velit ſecundò nubere,poſt ſuſceptam filiorum tutelā,adi-
re iudicem,vt ordinet tutorem, & ei debet reddere rōnem:
& reddetur id, in quo ex rōne adminiſtrationis apparebit
obligata.C.ad Tertu.l.omnem.& in Auth.de nup. §. ſi autē
tutelam.æedem ēt pœnæ imponuntur ei,q̄ parit intra tem-
pus luctus,ſi indubitatum ſit, ſobolē hanc ex defuncto non
exiſtere:quia fortè parit in 12.menſe, poſt mariti mortem.
ſimiliter dictis pœnis mulctatur illa,quæ ſtupro cognita eſt
intra tempus luctus,vt in Auth.de reſt. & ea,quæ pa. §. vñ.
& hoc de primo caſu,ſiue membro, cum mulier nubit in-
7 tra tempus luctus.¶†Secundo ēt caſu priucipali. ſ.cum nu
bit poſt tp̄s luctus:iura prouident circa res proprias ipſius
ſcđò nubentis:& ēt circa alia,q̄ ſibi à priori viro,vel filiorū
ſucceſſione obueniūt. Circa namq; proprias res prouiſum
eſt,ꝙ non poſſit mulier ſecundo viro ex cā dotis,vel ſimpli
cis dōnis,q̄ ſolet morte confirmari,amplius dare: vel in vlti
ma voluntate relinquere,q̃ vni filiorum primi matrimonij:
cui minor portio data,vel relicta eſt:ita tñ vt portio iuris na
turæ debita liberis non minuatur:niſi ex cauſis, q̄ excludūt
inofficioſi querelam,æedem cauſæ repellant liberos ab iſto
beneficio,vt l.hac edictali.& l.fi.C.de ſecū.nup.& quod di-
ctum eſt in matre conuolante ad ſecundas nuptias: intelli-
gas ſimiliter in patre habente filios ex primo matrimonio.
Idem in auo,& auia,ſi mr̄ non ſit in medio. cui autem illud,
quod plus relinquitur,q̃ dixerim ſ.applicetur: vr̄,ꝙ liberis
primi matrimonij,vt in Auth.de nup.§.optimè. Item quod
tp̄s debet inſpici,vtrùm dederit plus,vel minus ſecundo vi-
ro,q̃ vni ex liberis prioris matrimonij.dic vt not.Azo ī ſum
ma.de ſec.nup.§.ſequitur.verſi.ſed illud quæritur.Itē in re-
bus mariti punitur mulier ſecundò nubens:oīum.n. q̄ con-
ſecuta eſt à marito primo,vel iure ſponſalium,vel iure nu-
ptiarum,vel mortis cā dōne,vel iure legati, vel iure inſtitu-
tionis,vel quocunq; alio tit.dñium amittit, ſed tantùm ha-
bet vſumfru.in die vitæ ſuæ.in Auth. de nup.§.ſi verò expe-
ctet. proprietas verò defertur liberis prioris matrimonij
æqualiter:ſiue ſint hæredes primi parentis, & ſecundi: ſiue
primi tm̄,vel ſecundi,vel ēt neutrius,vt in Auth. hr̄s. de ſec.
nup.& in cor.vñ ſumitur.ingratitudinis autem cauſa repel-
lit eos ab illo beneficio, ſiue liberi fuerint ingrati vtriq; pa
renti:vel ſaltem poſterius morienti,in Auth.de nu.§.ſoluto.
8 †filijs autem primi matrimonij an ſuccedat mulier ſecūdò
nubens.dic,ꝙ ſic,ex teſtō,ſicut quilibet extraneus: abinte-
ſtato verò ſuccedit cum fratribus, & ſororibus defuncti in
virilem portionem in bonis ipſius filij defuncti q̄ſitis aliun
de,q̃ à patre.in illis.n. à patre quæſitis hēt mulier vſumfru

in

in Auth.de nup.§.hinc nos.& §.& qm̄. & in Auth. ex teſtõ.
C.de ſec.nup.Et quæ dicta ſunt de muliere ſecundò nuben
te,ſeruanda ſunt in maſculo ſecundò accipiente vxorẽ: vbi
verò ſuperſtes non tranſiuerit ad ſecundas nuptias: vtrùm
lucra ſibi obuenientia à defuncto,vel ex ſucceſsione alicu-
ius filiorũ ſint ſua quò ad plenam proprietatem: ita ꝙ poſ-
ſit de eis pro libito diſponere: vt teneatur liberis ex primo
matrimonio ſuperſtitibus reſeruare. dic vt no. Azo in ſum.
de ſec.nup.ad fi.vide breuiter p̄dicta,quę præſcripſi, vt cla-
rius intelligas q.gl.& Doct.vt nunc ſubijcio. ¶Scd̄ò igitur
9 quæro.†cum tex.non faciat mentionem niſi de pœna infa-
miæ remittenda propter licentiam conceſſam ab Apoſto-
lo:utrùm iſtæ aliæ pœnę,de quibus s̄.ſint ſublatæ: videlicet
ꝙ non perdat,quæ conſecuta eſt à primo viro. & ꝙ poſsit
relinquere,& donare ſecundo viro quantum voluerit, non
obſtante ꝙ habeat filios ex primo matrimonio: ſecundò ꝙ
ſuccedat filijs ſuis defunctis ſimul cum aliis defunctorũ fra
tribus in proprietate.Ber.hic in c.fi.dicit, ꝙ pœna infamiæ
in vtroq; foro vr̃ remiſſa:ſed ante nuptias dõnem, & qdqd
ex liberalitate viri ad eam potuit peruenire,perdere debet:
quia quandam ingratitudinem vr̃ mulier commiſiſſe.& de-
functum velociter dehoneſtaſſe,vt in Auth.de reſti. & ea, q̃
pa.§.vlt.col.4.Ita dicit gl.Io.An.poſt Inn.dicit, ꝙ quædam
ex præallegatis legibus continent meram pœnam,vt illæ,
de quibus in l.j.C.de ſec.nu.ibi.n.nubens intra annum pri-
uatur oibus bonis,quæ à defuncto marito quocunq; tit.de-
uenerunt:ſed non capit abinte.vltra tertium gradum: nec
p̄t ſecundo viro relinquere:& efficitur infamis.iſtæ ſunt me
ræ pœnæ,& ſunt ſublatæ auctoritate Apoſtoli:de qua in il-
lo c.& ſe.quædam verò ex præalleg. legibus non continent
meram pœnam:ſed tendunt ad prouiſionem filiorum prio
ris coniugij:vt ipſis mr̃ ſecundò nubens debeat reſeruare,
quæ acceperit à defuncto eorum pr̃e,vel ab vno ſuorũ fra
trum:& illæ prouiſiones adhuc durant,non obſtante licẽtia
conceſſa ab Apoſtolo.ſimiliter durat pœna, ſi mulier ſuſci
piens filiorum tutelam,ſecundò nupſit,non reddita rõne,&
reliqua non reſtituit.illo.n.caſu non punitur; quia nubit ſe-
cundò:ſed quia non adimplet id, ad quod ſe obligauit. le-
ges igitur,quæ tendunt ad prouiſionem filiorum primi ma
trimonij:& pœnæ indictæ ei, quæ rationem non reddidit,
non intelliguntur ſublatæ,vt dictum eſt ſupra, ſecundũ Ioã.
An.ex cuius verbis patet,quod Ber. non rectè ſenſit.ſ.ꝙ p-
dere debeat,quod ex viri liberalitate, & donatione perce-
pit:quaſi contra eum videatur ingrata, ita velociter contra
hendo:niſi.n.habeat liberos ex primo matrimonio (in qui-
bus ẽt hodie teneretur reſeruare,vt dixi)poterit de dicta li-
beralitate diſponere,prout ſibi placuerit.& iſtam opin.ſ.ꝙ
non perdat,quod ſibi relictum eſt à marito, non exiſtenti-
bus liberis,tenet D.Fe.de Se.ne mulier decipiatur Apoſto-
li,& can.auctori.23.q.4.c.qui peccat.& 27.q.2.c.de viduis.
dicit,ꝙ hoc tenet Accur.in l.j.C.de ſec.nu.& gl.in Decre.2.
q.3.in fi.& Da.& Hoſt.poſt eum in ſum.de ſec. nup. in fi.&
Go.eo.& hic In.& Ho.q̧ fuerunt lumen iuris can. & qd̄ no.
36.q.2.c.de puel.nam ſi ibi mulier nubendo non perdit lu
crum:multò fortius debet vitare damnum. ſ.amiſsionẽ reli
cti,quod quæritur ipſo iure,vt l.actio.& ita dixit conſi. 35.
Cy.in l.j.C.de ſec.nup.in vlt.q.tenet,ꝙ in foro ſeculari om-
nes pœnæ durant:& reſpondet rõnibus, quas hic adducit
Io.An.poſt Ho.quas reſponſiones Io.An. non reputat effi-
caces,vt hic plenè per eum,tenentem quod s̄. dixi. contra
cuius determinationem op.& vr̃, ꝙ mulier ſecundò nubẽs
non debeat ẽt ſubiacere alijs pœnis:licèt commodum filio
rum prioris coniugij concernant:matrimonia.n. debẽt eſſe
libera in contrahendo,& diſtrahendo in caſibus p̄miſsis,vt
c.Gemma.& ibi dixi s̄.de ſpon.ſed metu prædictarum pœ-
narum abſtineret mulier à nubendo ſecundò.ergo malè.ſo.
c.Gemma.& ſimilia iura loquuntur in pœnis conuentiona-
libus:ſecus in legalibus,quę à iure procedunt, vt de prædi-
ctis prouiſum eſt.vel dic,ꝙ aliud eſt, pœnam pati ea rõne,
ꝙ nubit ſecundò:& hoc tollitur.aliud ad pręmium, ſiue lu
crum ex ſucceſsione filiorum,vel mariti defuncti certa lege
inuitari:illud.n.eſt prohibitum,hoc permiſſum, arg.l.Titio
centum.§.Titio genero.de cond.& dem.& iſta rõ eſt bona,
quare magis remanent iſtæ pœnæ ſecundò nubenti ſuper
ſubſtantia primi viri,vel filiorum,q̃ infamiæ. In infamia.n.
damnum verſatur,& magnum præiudicium:excludi autem
à relictis,eſt lucrum non capere: & hæc diuerſa ſunt, dãnũ
pati,& lucrum non conſequi,vt l.fi.C.de cond.hæc tñ ratio
non placet:quia ſecundùm eum remaneret vera opin. Bar.
quam ſupra reprobaui,ſequendo Io.An. qui vr̃ ſentire ſup
gl.2.licèt aliud ſuper gl.quam alicui,&c.ꝙ prædictæ pœnæ
durent,vbi ex iſta feſtinantia nubendi cauſatur incertitudo
prolis,& ſic ſanguinis turbatio:puta nupſit poſt duos men
ſes à morte primi viri,& naſcitur partus in 7. menſe, ita ꝙ
p̄t eſſe primi viri:vt potè natus intra 9.menſes.p̄t eſſe ſecun
di uiri:puta q̧a natus in 7.& cũ iſta qõ eſſet de facto,fuit cõ
miſſa conſilio Iac.Bu.Pau.de Leaza.d.Io.An.& Ray. q̧ con
ſuluerunt,ꝙ ubi eſt timor perturbationis ſanguinis, ius ci-
uile non ſit correctum per ius canonicum:quia non eſt ue-
roſimile,ꝙ ius canonicum uelit dare filium unius alteri. ff.
de uen.inſpi.l.j.§.quamuis.ſed ubi ceſſat timor turbationis
ſanguinis:tunc habent locum p̄dicta:ut ius canonicum tol-
lat feſtinationis pœnam, non ſanguinis perturbationem.&
hæc ur̃ tenere Roſ.in tit.de bo.poſſ.& tenet Bal.in l.libero-
rum.ff.de his,qui no.inf.¶ Tertiò principaliter quæro poſt
10 Io.An.†quæ ſit æquior prouiſio,uel Apoſtoli, ꝙ ſtatim poſ
ſit nubere:uel iuris ciuilis, ꝙ debeat expectare per annum.
probat ipſe pluribus rationibus, ꝙ æquior ſit prouiſio apo
ſtolica.prima eſt,ꝙ uir,qui ſe exhibet idoneum mulieri,nol
let expectare per annum:& fortè alius non occurret unq̧.
hac enim de cauſa ſæpe honeſtisſimæ dñæ ſolent annũ an-
ticipare,& rectè:quia illa,quæ caſu,& fortuna exhibent ſe
conſpectui, debent accipi,cum occurrunt. s̄.de fer. c.licèt.
2.quia dñæ uiduæ opprimuntur ſæpe in iuribus ſuis. & hac
de cauſa,ut habeant defenſorem, uolũt nubere intra annũ:
ignoſcendum eſt ergo ei,q̃ non carnis concupiſcentia: ſed
rei ſuæ indefenſæ neceſsitate cõtraxit,ſciens(ſi uidua rema
neret)ſe opprimi à tyranno:uel cogi ad matrimonium ſibi
non expediens.j̃.qui cle.uel uo.c.inſinuante.Item poſito,ꝙ
ceſſarent præfatæ rationes:tñ non eſt meritorium, ſi inuita
cogitur ad continentiam per annum.15.q.1.c.nõ eſt. nullũ
em̄ bonum eſt,niſi quod ultroneum eſt,ut ait Hieron. Iſtæ
ſunt rõnes Io.Andr.quibus poſſet leuiter rñderi:nam licèt
poſſent contingere caſus, in quibus ſtatim nubere eſſet iu-
ſtum(ut in caſibus,quos ponit,& dixi.) tñ lex conſiderauit
frequentiam,& ea,quæ frequentius accidunt:ſicut debet fa
cere iuriſlator,ut l.nam ad ea.ff.de legi. & l.iuſto. de uſuca.
conſiderauit etiam honeſtatem,quæ ſæpè p̄fertur ei, quod
licitum eſt:& maximè in copulandis matrimonio: ubi non
ſolum quod licet:ſed quod honeſtum eſt,ſequi debemus: à
qua honeſtate traxit originem publicæ honeſtatis iuſtitia.
ut c.j.de deſpon.impu.li.6.& l.ſemper.ff.de reg.iu.unde ali-
bi Apoſtolus.Oĩa mihi licent:ſed non omnia expediunt. &
ad eſſe legis requiritur honeſtas 4.diſt.c.erit autem.p̄ſumi-
tur em̄ uxor parum continens, q̃ tam citò nubere feſtinat,
& dehoneſtat primum uirum.in Auth.de reſt.& ea, q̃ pa.§.
vlti.nec eſt uero ſimile,quòd Apoſtolus uoluerit leges Cæſa
ris,quibus honorẽ impendere omnibus imperabat, ut pa-
tet ad Romanos.4. c.& s̄.de maio.& obed.c.ſolitæ. Iſta em̄
carnalis concupiſcentia debuit in muliere nõ immeritò re
frenari per annum. Nam & ius canonicum inducit conti-
nentiam,& ad tempus,& perpetuò, iuſta cauſa accedente,





vt patet in toto c.de eo,qui cog.conſang.vxor. ſuæ. & s̄.de
matrimonio contracto contra inter.ec.nec vr̃ abſurdum,p̄-
ceptum Apoſtoli,ſiue dictum ſimpliciter prolatum limita-
ri per l.propter bonum publicum certo caſu: nam & ius na
turale, & immutabile ex cauſa limitatur à iure canonico,
& ciuili,vt no.Inno.s̄.de conſti.c.quæ in eccleſiarum. & c.
cum omnes.dixit.n.Apoſtolus [mortuo viro nubat in Do-
mino.]quod eſt intelligendum ſanè,& ciuiliter,reſpectu ha
bilitatis temporis,& perſonarum.quid.n.ſi vellet contrahe
re cum perſona prohibita: vel tempore,quo de iure cano-
nico nuptię ſuſpenduntur: ex dicta auctoritate ad corticẽ,
& radices intellecta vr̃ hoc ſibi conceſſum.quod eſt abſur-
dum:quia iura ſimpliciter loquentia, recipiunt interpreta-
tionẽ de habilitate,vt l.vt gradatim.§.ſed ſi lege.ff.de mun.
& ho.quod no.Bar.in l.j.§.item nunciatio.ff.de mu. & hon.
Ex his ergo patet, ꝙ non rectius procedit ius canonicũ,
q̧ ius ciuile:hoc.n.conſonum multum honeſtati. ſtatim ue-
rò nubere,contra bonos mores hominum eſſe vr̃,& pericu
lum perturbationis ſanguinis,vt prædixi.ſtandum tamẽ eſt
interpretationi canonicæ: & debemus eam ſequi procul du
bio,quò ad remiſsionem infamiæ,vt in tex. & earum, quæ
ſapiunt meram pœnam,non prouiſionem filiorum prioris
coniugii,ſecundùm opi.Ioan.An.quã s̄.tenui.licèt Cy.con
tra.¶Quartò quæro.dictum eſt.s̄.vtrùm leges,quæ prohi-
bent nuptias intra tempus luctus,ſint correctæ per dictum
11 Apoſtoli:& in quo.†ſed quia quædam ſunt leges,quæ pro-
hibent matrimonium inter certas perſonas,vt inter tutorẽ,
& pupillam ſuam.C.de inter.ma.inter tu.& pu.per totum.
Item cum rectore prouinciæ propter timorem impreſsio-
nis.vt C.ſi rec.prouin.l.j.& l.tutor.& l.ſi quis officii. de ritu
nup.vbi etiã prohibetur filius ſenatoris nubere libertinæ,
vt l.oratione.e.ti.an leges in prædictis,& alijs caſibus,in q̧-
bus inducunt impedimenta in matrimoniis,ſint correctæ p
ius canonicum non adſiſtens dictis caſibus iuri ciuili. dicit
Io.And.ꝙ in omnibus iſtis leges recipiunt correctionem p
canones.vnde Hiero.ad Oceanum.c.2.[aliæ ſunt leges Cæ
ſaris:aliæ Chriſti.aliud Papirius. aliud Paulus noſter præce
pit.]& contra Pelagianos.lib.j.[mihi curæ non eſt,quid Ari
ſtoteles:ſed quid Apoſtolus doceat.] Cy.mouet iſtam q.in
l.ſi quis tutor.C.de inter.ma.inter pu. & tu. vbi refert hanc
opi.Io.An.quem ibi appellat amicum ſuum: & econuerſo
Io.An.refert Cy.s̄.ti.prox.& Cy.breuiter ibi dicit,ꝙ quan-
tùm ad ſucceſsiones ſtandum eſt iuri ciuili: quod fortè ex-
preſsè ius canonicum ponit,tollere nõ poteſt,ar.no.s̄.de te
ſtam.c.cum omnes.& de præſcrip.c.vigilanti.quantũ ad or
dines ſtandum eſt iuri canonico,ſimile no.ipſe in eadẽ ma
teria in l.& ſi contra.C.de nup. vbi etiam in ſucceſsionibus
12 non eſt ſeruandum ius canonicum:ſed ciuile.¶Quintò†q̃-
ro circa perturbationẽ ſanguinis,de qua dixi. pone ꝙ par-
tus poteſt eſſe primi viri defuncti,& ſecundi: cuius eſſe, vel
fuiſſe præſumitur.dic,ꝙ qñq; partus naſcitur in 7.menſe:&
eſt perfectus,vt l.ſeptimo menſe.ff.de ſta.hom.qñq; in 9.&
idem eſt.qñque in 10.& duobus diebus:& idem, ut not.in
l.Gallus.in prin.de li.& poſth.quandoque in 11.& dic,vt in
Auth.de reſt.& ea,quæ pa.in 11.menſe.In caſu ergo propo
ſito,cum habita recta cõputatione tẽporis, poſsit eſſe pri-
mi,& ſecundi viri:cuius in dubio præſumendum eſt.Quidã
dicunt ſtandum teſtimonio matris,vt l.etiam. de proba.ſed
illud non eſt bene dictum:quia poſſet mater decipi,vt l.j.§.
ſi mulier.de li.agno.Iac.de Bel. diſputauit iſtam q.& poſuit
in l.j.de bon.poſſ.ſecundum ta.& dicit,ꝙ debet inſpici,cui
asſimilatur,vt l.ꝙ ſi nolit.§.ſi mancipia. de ædil. edict. ſi ſi-
gna non apparent, debet inſpici, in cuius domo ſit natus.
Bar.in l.Gallus.dicit,ꝙ debẽt inſpici ſigna,quæ ponit Roſ.
in l.j.ſi mulier ven.no.ſi ſigna non apparent,ſtandum eſt cõ
ſuetudini ipſius mulieris,quanto tempore ſoleat apparere,
vt l.non omnis.§.à barbaris.de re mi. ſi ſigna non apparẽt,
eſt committenda peritis illius artis, vt l.j.§.j.de ven. inſpic.
quod ſi non apparet,debemus ſequi,quod frequentius acci
dit, vt ibi ipſe not. ſupra de præſcript.cap. afferte.in gloſſ.
Barto.&c.

### ADDITIO.

a ¶Mortis viri. Sed quid ſi nubat de licentia viri ſibi con-
ceſſa in teſtamento, an puniatur.vide Bal.in l.filium quẽ
habentem.C.fa.erci.& in l.j.C.de his,quæ pœn.nomine.
Sal.in l.j.C.de ſec.nup.

FINIS.

# SERIES CHARTARVM.

† a b c d e f g h i k l m n o p.

Omnes ſunt Terniones,præter † qui eſt vnio.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA